B 17
5
75
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE - FIRENZE

HIERARCHIAE FRANCISCANAE

TOMVS PRIOR.

Cui duæ Facies.

FACIES HOMINIS, ET FACIES LEONIS.

FIRENZE


QVIS NOS SEPARABIT

Sg 17 5. 75

HIERARCHIA FRANCISCANA
In quatuor Facies hiſtoricè diſtributa.

Quarum ſingulæ quatuor Facies patefacient.

CVIVS HIERARCHA CRVCIFORMIS
Chriſti fungens Legationem,

Cum ſuo Dominico conſodali lectiſſimo

MONARCHIAM ECCLESIASTICAM

Stellis duabus nouiter, ac feliciter exorientibus, Columna Romana firmiter patrocinante, ac protegente, inſeparabiliter reparat, ſuſtinetque.

Qui

Varijs Sobolibus, Prolibus, Proſapijs, Synodis, Prouincijs, Sedibus, Domibus, Collegijs

Per totum terrarum Orbem; veterem, nouum, in Fidei, ac Sedis Apoſtolicæ dilatationem, & firmitatem eam ampliſſimè diffundit.

AVCTORE FR. DIDACO DE LEQVILE MINIMO
inter Minores S. Franciſci Tranſtiberini de Vrbe Cænobita.

Tom. I. exhibens faciem Hominis, & faciem Leonis.

ROMÆ EX TYPOGRAPHIA IACOBI DRAGONDELLI. 1664.
SVPERIORVM PERMISSV.

CÆ

MONARCHIAE ECCLESIAST:

HIERARCHÆ REPARATORES

Indiſſolubili nexu coniuncti; ſub duarum veteris Eccleſiæ Columnarum ſymbolis ideati. Atque phyſiognomicè vtrinque deſcripti.

DVAS Columnas erexit in Templo Salomon, vt habetur 3. Reg. 7. quarum *altera vocatur Iachim, altera Booz*. Quod ita declarat Interpres noſter D. Antonius de Padua. Iachim interpretatur FIRMITAS, Booz ROBVR. Per has Columnas Apoſtoli deſignantur, qui benè duæ Columnæ dicuntur, quia bis poſt Chriſti Reſurrectionem acceperunt Spiritum Sanctum. Primò in terra, vt diligeretur proximus. Secundò è Cælo, vt diligeretur Deus. In Chriſti Reſurrectione *firmitatem*, in Spiritu Sãcti miſſione *robur* indeficiens acceperunt. Ita Doctor, & Dux noſter ſer. in Dom: 5. poſt *Reſurrectionem*. Tales prorſus extiterunt in Templo Catholicæ Eccleſiæ viri Apoſtolici, & in vitæ Apoſtolicæ reparandæ, atque inſtituendæ ſocietate Dominicus, & Franciſcus, vt ex ſubiecta iconologia breui apparebit.

Duæ Columnæ præcipuę in Tẽplo Salomonis.

S. Do-

S. Dominicus de Guſman Hiſpanus.

I *Viuens in ſingulari ſua ſanctitate Dominicus, operum prodigijs, & conſodalium ſubſidio imminenti occurrit Mundi ruinæ, & perditorum hominum mores longè lateque reformat. Mirum quam vbique non ſolum ſuæ patriæ virorum, verum & Gallorum, Italorumque, ac aliorum quorumcumque, ſibi conciliabat affectum; quo vellet animos flectens, & ſui iuris efficiens.*

II *Præter ſanctitatẽ iuuit conciliandorum hominum energia, & ſingularis dicendi virtus, necnon virgineus decor, & ſacra maieſtas in vultu.*

III *Erat ſtatura mediocris, æqualis corpore, tenuitate agilis. Facie pulchra, & rubicunda, barba, & capillis ſubrufus, & decorus aſpectu. De fronte eius, & ſupercilijs ſplendor quidam radioſus micabat, qui omnibus venerabilem reddebat.*

IV *Religioſam præ ſe ſemper ferebat lætitiam, & hilaritatem, niſi quando ex naturali compaſſione egenos commiſerabatur. Manus habebat longas. Vocem clarã, & ſonoram. Nihil capitis caluum, ſed integrum cincinnum in Orbem æqualem habebat, paucis canis reſperſum. Vading. tom. 1. ad ann. 1221. num. 48. ex legenda Gregorij IX.*

S. Franciſcus *Morico Italus.*

I Vltra Sãctitatis opinionem & veritatem conciliabat etiam hunc cultum, & venerationem vitæ innocentia, ſimplicitas verborum, puritas cordis, ardens in omnes charitas. Suauitas morum, & aſpectus Angelicus. Verè ipſa exterior cõpoſitio, naturaliſque complexio omnium mouebat affectus. Hanc planè deſcripſit proximè legenda Greg. IX. his ipſis, quæ ſubſicio verbis. Vading. tom. 1. ad ann. 1212. n. 9.

II Erat S. Pater noſter gratus omnibus, quia dulcis in moribus, natura placidus, in ſermone affabilis, in exortatione benignus, in commiſſo fidelis. Prouidus in conſilio, in negotijs gratioſus, & efficax. Mente ſerenus, animo ſedatus, ſpiritu ſobrius.

III In cõtemplatione ſuſpenſus, in oratione aſſiduus, in propoſito conſtans, in virtute ſtabilis, in bonis proficiens, omni facilis, ad iram tardus, liber ingenio, memoria tenax, ſubtilis in diſſerendo, circumſpectus in eligendo, & factis ſimplex, rigidus in ſe, pius in alios, diſcretus in domeſticis fratrum, & exterius ſæculariũ conuerſationibus.

IV Facũdiſſimus eloquio, facie hilaris, vultu benignus, inſolentiæ expers, ſtatura mediocris, parui-

paruitati vicinior. Caput mediocre, ac rotundum, facies vtcumque longa, & protenſa. Frons plana, & parua, mediocres oculi, nigri, & ſimplices. Fuſci capilli, ſupercilia recta, naſus æqualis, ſubtilis, & rectus: aures erectæ, ſed paruæ, tempora plana. Lingua placabilis, ignea, & acuta. Vox vehemens, dulcis, & clara, atque ſonora. Dentes coniuncti, æquales, & albi, modica labia, ac ſubtilia. Barba nigra, pilis non plenè reſperſa. Collum ſubtile, humeri recti, breuia brachia, tenaces manus, digiti longi, vngues producti, crura ſubtilia, paruuli pedes, tenuis cutis, caro pauciſſima, aſpera veſtis, breuiſſimus ſomno, manus largiſſimæ, omnium humillimus, erga cunctos manſuetus, omnium moribus vtiliter ſe conformans. Inter Sanctos Sanctus. Inter peccatores quaſi vnus ex illis. Hanc eandem paucis mutatis ſancti viri phiſonomiæ deſcriptionem tranſcripſerunt, inquit Vadingus, Piſanus confor.10. & Rodulphus lib.1. fol.4. Qualis depingendus S. Franciſc.

Studeant vtriuſque Hierarchæ Diſcipuli, hoc indiſſolubile pacis vinculum, ex quo vtrinque ingenua eorum poſteritas, in vinculis charitatis iugiter ſeruare. Præcauendæ inter ſeſe ſcandala, concertationes, quæ Dominici, & Franciſci viſcera atrociter contorquent. Reparatoribus Eccleſiæ leuamen non ponunt, ſed indignum grauamen, quotiens eorum intentionibus aduerſi mutuæ amicitiæ nodos linguis, & calamis diſſoluere ſatagunt. *Nos enim* (ſcripſit Hieronymus ad Auguſtinum ep.21.) *inter nos eruditionis cauſa differimus. Cæterum æmuli, & maximè hæretici ſi diuerſas inter nos ſententias viderint, de animi calumniabuntur rancore deſcendere.* Monitum ad Prædicatores, & Minores.

In Columna ergo Iachim, Roſarum ſerto redimita, firment Sancti Patris, ac Patriarchæ noſtri Dominici Alumni in profeſſione conſtantes illam fœderis molem cum Franciſcanis, ob quam Religionis Briareus in Hoſtes Eccleſiæ mirificè exurgit, comparato ſibi illo Alciati nomine, *Concordia inſuperabilis*. Roborent ex alia parte in Columna Booz, Liliis circumdata, Sancti Patris, ac Patriarchæ Franciſci filij, cum Dominicanis triplicem illum Charitatis funiculum, cui inſcriptio, *Difficile rumpitur*. Sic enim vtrinque propagata Eccleſiæ reparatione, ob quam vtraque Columna in templo collabentis Eccleſiæ à Deo electa, atque erecta, cuncta Satanæ molimina in ictu oculi irreparabiliter corruent.

Cernant graphicè talis debiti exemplum in frontiſpicii huius Operis icone, vbi dum aſpiciunt nexum inſeparabilem inter Dominicum, & Franciſcum, dicentes filijs ſuis, dum Lateranum ſuſtinent. *Quis nos ſeparabit?* memorent continuò Innocentij Pa- Declaratio- nis frontiſpicii.

pæ

pæ III. Viſionem, omnem noſtram picturam enucleantem. Quam Viſionem pro Dominico retulit D. Antonin. ſub tit.9.cap.3.& alii apud Vading.tom.1.Ann.1210.n.13. & 1215.n.14. Pro Franciſco autem explicuit S.Bonauentura in illius vita, vbi ſic fatetur. *Properante itaque Franciſco cum ſocijs iuxta propoſitum comparere conſpectu Summi Pontificis, Domini ſcilicet Innocentij* III. *præuenit eum dignatione Clementiæ Dei virtus, & ſapientia Chriſtus, ſuum per viſionem commonefaciendo Vicarium; vt ſupplicanti pauperculo & placitũ daret auditum, & benignum præberet aſſenſum. Vidit namque in ſomnis Pontifex ipſe Romanus Lateranenſem Baſilicam ruinæ fore iam proximam, quam quidam homo pauperculus, modicus, & deſpectus proprio dorſo ſubmiſſo ne caderet ſuſtentabat. Cum igitur in famulo Dei, ſuis comparente conſpectibus ſapiens contemplaretur Antiſtes ſimplicis animi puritatem, mundi contemptum, paupertatis amorem, propoſiti perfecti conſtantiam, animarum zelum, ignitumque voluntatis ſanctæ feruorem,* VERE *(inquit)* HIC EST ILLE, QVI OPERE, AC DOCTRINA CHRISTI SVSTENTABIT ECCLESIAM.

Vide etiã in Breuiar. Rom. 4. Octobris.

Verba Pontif. de Franciſco in Cõciſtorio.

Suſtentauerunt per ſe Eccleſiam, ſuſtinentq. adhuc per ſuos Ordines Dominicus, & Franciſcus; ſed inſeparabili charitatis nexu coniuncti. Alter integro Roſario Deiparæ reſperſus Virginitatis explicans in Liliorum ſymbolo ſtemma gentilitium. Alter Liliorum floribus plenus ſupra Columnæ caput proferens Roſam. Quæ dum ſpinis ſtimulat, ac flore allicit, vt fert Interpres noſter, Ordines Prædicatorum, & Minorum ſtimulat inter ſe ad mutuæ, intimæque charitatis concordiam, allicitque ſimul, vt ſint ob iſtã charitatem *Odor bonus in omni loco*, bonis ad exemplaritatẽ, malis ad conuerſionem. *Amicitia*, ait Doctor noſter ſer.3.de Apoſtolis, *erit vera propter voluntatis conformitatem, & cordium vnitatem, quia amicitia vera eſt idem velle, & idem nolle*. Item in ſer. fer.6. in capite Ieiunii. *Amicitia*, inquit, *in corde radicatur, ore reuelatur, ſed opere comprobatur. Et qui amicus eſt diligit omni tempore, vt ait Sapientia.* Erant in Dominico,& Franciſco anima vna,& cor vnum, vna voluntatum conformitas, vna cordium vnitas, vnum velle, & vnum nolle.

Duo in Roſa, ſpina, & flos.

Amicitia vera.

Ardebunt eadem charitate Prædicatores, & Minores, quæ lampades Eccleſiæ in Templo Dei arſerunt, Dominicus, & Franciſcus, vt cum eis pari voluntate, pari corde, & ore dicere poſſint, *Quis vos ſeparabit*, ſcilicet in reparatione, ac leuamine Romanæ Fidei, erunt quidem Lampades contemptæ apud mentes carnalium, qui terrena ſapiunt, *& ſua quærunt, non quæ Ieſu Chriſti*; ſed erunt quoq. Lampades paratæ ad tempus ſtatutum, iuxta D.Gregor. apud Doctorem noſtrum Dom.23. poſt Trinit.

EMI-

EMINENTISS. AC REVERENDISS. DOM.

D. HIERONYMO CARD. DE COLVMNA.

Principi Romano, inclyto D. Caroli Borromæi materno genere Pronepoti.

Iam Archiepiſcopo Bononienſi, nunc verò Epiſcopo Tuſculano,

DOMINO AC PATRONO SVO COLENDISSIMO.

Fr. Didacus de Lequile, Strictioris Obſeruantiæ, Eminentiæ ſuæ Theologus domeſticus, ac humillimus Seruus ad Sacra Purpura oſculum.

1 THEOLOGVS apprimè Areopagicus, qui & Roman. Pont. Opt. Max. Gregor. IX. intimus familiaris, primuſq; ſacræ Theologiæ profeſſor, ac Scholæ Seraphicæ in Ordine Fratrum Minorum inſtitutor ANTONIVS DE PADVA huic Epiſtolæ nuncupatoriæ idoneum dicendis argumentum diſcipulo, ac famulo ſuo præſtare dignabitur. Ipſe namque *Ad fabricam* (ait) *Domus ſuſtinendam conueniunt Capitella, Columnæ, & Baſes. Capitella fuerunt Prophetæ, Patres Apoſtolorum. Columnæ Apoſtoli. Baſes ſunt Eccleſiæ Prælati, in quibus* (vt dicitur

Tria ſymbola in vna Columna.

b 3. Reg.

3. Reg. cap. 7.) *debent eſſe ſculpta iſta quatuor. Cherubim, Leones, Boues, & Lora.*

II Quid autem intelligat ſapidus, mirificuſque Interpres per hanc ſculpturam, in Baſibus Columnarum Eccleſiæ quaterno ſchemmate, ſeù trophæo excellentem, accipe ab eodem ex illis verbis immediatis. *In Cherubim ſcientia, & doctrina, & vita Angelica: in Leonibus terror potentiæ: in Bobus manſuetudo miſericordiæ: in Loris vincula diſciplinæ deſignantur. Sint ergo ſculpta, obſecro, in Baſibus ſcientia doctrinæ, vt doceant. Terror potentiæ, vt corripiant. Manſuetudo Miſericordiæ, vt ſuſtineant. Vincula diſciplinæ, vt reſtringant.* Hactenus Doctor, Magiſter, & Protector meus ſuper themate, in quod ſimpliciſſimæ epiſtolæ meæ breuem ſtructuram ſic modò conſtituam.

Quatuor trophæa in quolibet Eccleſiæ Prælato.

III Cuncta Eminentiæ tuæ Domus, o Princeps humaniſſime, vna ſuſtinet COLVMNA molem. Ab Eccleſiæ primitiuæ initijs Prophetarũ PIETAS, Reipublicæ Chriſtienæ per Sanctos Apoſtolos tranſfuſa, quamplurimas dedit in magnifico, ac peruetuſto illius opificio Columnas Apoſtolicas, per quas ob genuinam Patrum Pietatem imperſcripto ſæculorum ſpatio eam allocutus eſt Deus: *Ego confirmaui Columnas eius.* Pſal. 73.

Ob pietaté Deus perennat Grandiũ Domus.

IV Et quidem *confirmauit* Pius Dominus in inclyta Domo de Columna, adeò pia, à primordiali eius ſtructura proceres Columnas nobilitate propaginis, vt eius rami, amplè per Orbem expanſi ferentes fructibus ditaret Imperia, Auguſtaſque Stirpes affinitate complecterentur. *Confirmauit*, inquam, ſobolum

copia

copia in varios caſus, ac ingentia machinamenta; nunc ſub Purpura Cardinum Mundi, vndè *victæ vectinex* illæ, quibus labia Eccleſiæ ad pulchritudinem, & decorem, necnon & ad facundiam regali maieſtate rubeſcunt: nunc inſuper ſub triplici Petri Tiara, in cuius pondus *Cæli Columnæ contremiſcunt*.

Confirmauit ad Hierarchiæ noſtræ Franciſcanę fundamina iacenda, ſolidandaq; ne minax ſuperum vindicta per hæreſes, ſchiſmata, impietates, ſcelera, tyrannides Eccleſiæ Romanę in interitum vlterius progrederetur. Vnde meritò ad Aram Cæli ſupra Capitolium, vbi Romanorum triumphi celebrati, publico, & perantiquo icone opere vermiculato ad latus Hierarchæ Franciſci COLVNNA eminet dextrorſum; dextrorſum verò ad latus Ioannis Columnæ Principis, ac Senatoris Romani, clamide ſenatoria induti pariter & genuflexi (dum Euangeliſta Ioannes ſibi dexteram porrigit) Hierarcha Franciſcus extat. Operis originale in cubiculo Eminentiæ tuæ translatum eſt; quod enim Aracælitanũ nuncupaui, exemplũ illius eſt.

Tangit hiſtoriam Ioannis Card. & Pauli de Columna.

Iconē Aracælitanum.

V Deniq; *confirmauit* Deus Domus Columnenſium Columnas heroicis dotibus, titulis paribus, virtutibus peregrinis, vſque ad Sanctorum Choros ex vtroque ſexu euectis. Ditionum opulentia, vique bellica, vt aduerſus Hoſtes Eccleſiæ, Eccleſiaſticam, patritiamque ſæpè numero propugnarent libertatem. Id quod pluries (poſt alios, tum Latinè, tum Italicè à me editos libros) in iſto potiſſimum, Pio Domus tuæ nomini, à Deo magis, ac magis in dies confirmato, cui dũ præs, illud omine auſpicatiſſimo condecoras, dicato, pate-

Marci Antonij de Columna, & aliorum geſta

faciam: nihil detrahendo hiſtoricæ veritati, nihilque ei per aſſentationem addendo.

VI In plurimarum Eminentiſs. Domus tuæ ſub vnius Columnæ ſtemmate Columnarum Baſibus adhuc ſculpta admirantur Cherubinorum, Leonum, Bouum, Lorumque trophæa, quorum maiorem partem, etſi perrudi calamo, ſincero tamen animo locis ſuis data occaſione indigitabo.

Laudarem ipſe modo Eminentiam tuam ſyngillatim, dum ei Ordinis S. Franciſci res penè omnes, ab heroica pietate, atque auctoritate tua aliquo peculiari reſpectu protegendas, nunc trado, niſi certus eſſem de tenuiſſima, exilique conditione mea, cuius ſufficientia ſub tanti negotij pondere turpiter equidem preſſa remaneret. Et niſi compertum, tua ſimul eſſe promeтita tuorum maiorum præconia, incredibili ſtabilitate, atque columnata firmitate (etiam inter maligniſſima tempora) perdurantia, quæ paſſim in hoc meo labore reſonabunt.

Gloria filiorum Patres eorum.

Inter generis, ac Gentis tuæ laudes ob ſingularem Pietatem erga Frãciſcanos vinculis charitatis circumligata videbitur COLVMNA ILLA VNA ROMANA, quæ iam Principum, Cæſarumq; Tuſculanorum (Tuſculanum iam olim Columnenſium ditio) ex eo tempore Gentilitium ſtemma fuit, deinde Conſtantini Magni ex gente Aniciana, cui perperam Vitignanus, Seifridus, & alij recenſiores Turrim affigunt, vt ex probatioribus, ac veris monumentis Vrbis Romę, quæ præ manibus habet D. Marchio Cæſar Columnenſis, vir magni ingenij, atque rerum antiquarum

acris

acris, indefeſſuſque indagator, alibi demonſtrabo. Eius vetuſtiſſimum columen cũ Columna vnica Seraphica totius Eccleſiæ; & cum eius Baſibus Cherubinorũ, Leonum, Bouum, Lorumq; ſculptura æterna ſtabilitate eminebit. Quamobrẽ qualiſcumq; hic laudum timnus, dum pro vtraq; neceſſariò eſſet, in vtraq; etiã nomen Domini exaltaret, ſeruans eam legem, ac regulã, de qua D. Bonauent. c 11. ſuper Luc. *Laudator diuini nominis non debet eſſe timidus, vt laudare non audeat, nec tumidus, vt laudare erubeſcat, ſed virilis, & humilis.*

Laudator diuini nominis qui.

Valeat Eminentia tua, & vbi primum in huius opuſculi *Hominis facie* humilitatem meam, deindè in *Leonis facie* virilitatem erga Domus tuæ laudes (quas pluries antequam Eminentiam tuam, vel quempiam alium Principem Columnenſem agnoſcerem, humiliter, & viriliter inſcripſi) intueberis, illinc me eſſe Fratrem Minorem, iſtinc quoque me eſſe tuum Theologum, domeſticum quidem, ſed non mercenarium. experimento probabis.

Tangit ſymboladuarum facierũ. Hominis, & Leonis.

Ex S. Franciſci in Tranſtiberim anno 1664. deuota ſeruitus mea Em. T. Reuerendiſs. illam veram felicitatem precatur, ad quam S. propago D. Caroli Card. Borromæi Proauunculi tui, Pij IV. Medices ex Sorore Nepotis, cui & Tu, Princeps inclyte, Pronepos ex eius ſorore Anna Borromæa, Principis Fabritij Columnæ tui magni parentis, ac Principis Philippi genitoris conſorte, te congenito, ac gemino fomite allicit. *Neminem excelſi ingenij virũ humilia delectant, & ſordida*, ait Seneca ep. 39. *Humlitas* Chriſtiana, Apoſtolica, Euangelica, Eccleſiaſtica, Religioſa, Seraphica in

D. Caroli Borrom. humilitas quãta.

Pro-

Proauunculo tuo D. Carolo, ſordidæ humilitatis, quæ animum, & genus commaculat, profligatrix fuit acerrima. Hæc, per quam moles omnium virtutum conſiſtit, quaque etiam D. Carolus literas ad alios Cardinales obſignabat, ſcribebatque, inquiens Italicè; *bacio humilmente à V. S. Illuſtriſs. le mani; Seruitore humiliſſimo C. Card. Borromeo*; triplicis nobilitatis procera, ſtabiliſque Columna effecta, Columnæ tuæ, in qua Sancti, ac Beati non defuere, ſe inſeruit, vt ſtabilius fundamèn in ſuborituras concuſsiones apponeret. Videbis eam in armis Gentilitijs Borromeæ claritudinis explicatam ad tertiã huius Hierarchiæ faciẽ fol. 109. Et propaginem tuam, S. Caroli iunctam ſoboli, tibiq; in quo hodie conſiſtit, iuxta gradus generationum parentem, in parte vltima facieī 3. vbi de Catarina Auſtriaca itidem videbis ſub fol. 305. Quam peperit hæc Columna Virtutum ſoboles in D. Carolo Proauunculo tuo, ac Principe Eccleſiaſtico felicitatem, hanc tibi Principi Pronepti ex corde precatur

Ita ex literis ad Cardin. Vrſinum ad ann. 1573.

Humillimus ſeruus, ac indignus
Theologus Domeſticus

Fr. Didacus qui ſupra.

OPE-

OPRIS EPIGRAPHEN

Huiuſque enucleatio.

I H*ierarchia* Sacrorum Principatum ſignificat: *Hierarcha* ſacrorum Præfectum. Dionyſius in lib. 6. de Eccleſ. Hierarch. Hierarchiam definit ordinatam omnium ſacrorum adminiſtrationem. Et *Hierarchen* virum diuinum omnium eorum quæ ad ſacrorum pertinet diuinorum. Principatum Franciſcanum (Cuius ſublimitas Humilitas, quæ in Chriſto *venit miniſtrare, non miniſtrari*, cuius decor Mundi deſpectus, cuius diuitiæ Paupertas, cuius imperium omni humanæ creaturæ popter Deum, ſed maximè Eccleſiaſticæ Monarchiæ ſubiectio) Seraphicus Homo, tripliciter Hierarchichus mirabiliter fundauit. Omnis ordinatio eius ſancta, ac diuina.

Herarchiæ definitio.

II In ea, ab ortu ad occaſum, ab Aquilone ad meridiem in vtroque orbe diffuſa, præſunt peculiari modo Chriſti Vicarii, Cardinales Protectores, Miniſtri Generales, qui hæreditario Hierarchæ Franciſco ſuccedunt, Commiſſarii Generales, alii citra vel extra Montes, alii ad nouum orbem, & Indicas oras vtraſque, Vicarii Generales, Commiſſarii Curiæ Romanæ, Procuratores Generales. Hi omnes ad totius Monarchiæ diſcriminatim ſpectant regimen. Præſunt & Prouinciales, tum Miniſtri, tum Commiſſarii, Cuſtodes, Diffinitores, Guardiani, Prædicatores, Vicarii, Conuentus, Nouitiorum Magiſtri, Studiorum Lectores, & ſimiles, qui etiam cunctam Hierarchiam Franciſcanam reſpiciunt, quod eius partes reſpectiuè gubernent.

Hierarchiæ Franciſcanę ordinatio.

Canones Euangelicos, atque Apoſtolicos, quibus tam ſuperiores quam ſubditi regendi ſunt, ſcripſit breui, Chriſto Monarcha inſpirate, Hierarcha Franciſcus; ſuiſq; alumnis (Innocentio III. ex Comitibus ſigniæ vulgo, Conti, voce, Ioanne Cardinali Columna poſt eorum reprobationem efficaciter obtinente Honorio deinde III. Sauello ſcripto approbante) tradidit, reliquitque.

Canones Regulæ B. Franciſci in ſpirauit Chriſtus.

III Tot capitibus eos canones, verè mirabiles, ille ſapientiſſimus idiota diſtinxit, quot Apoſtoli in fundanda Eccleſiæ Monarchia (*tam conſtituti Principes ſuper omnem terram*) Chriſti legem promulgauere, ac propagauere. Hinc non ſecus ac Principatus Eccleſiaſticus, pro cuius reparatione Hierarcha Franciſ-

cus

In tot capita diſtincti quot ſunt Chriſti Apoſtoli.

cus veluti nouus Apoſtolus, imò & viuum Chriſti mortalis, & paſſibilis ſimulacrum, *à Deo miſſus eſt*; Religio noſtra Hierarchiæ nomen, ablata omni oſtentatione, meretur. Qua de cauſa Romanus Pontifex, Leo x. Medices eodem paralello vſus eſt prò Religione Franciſcana, quo vtitur textus Euangelicus prò Republica Chriſtiana ſub Vineæ figura, atque allegoria, ad quam Pater familias miſerat ſuos operarios. Principio enim illius aurei diplomatis, quod anno 1517. quarto Kalendas Iunii, Pontificatus ſui anno quinto emanauit, hæc ſubſcripſit Chriſti Vicarius.

Diploma Leonis X. de B. Franciſci Hierarchia ſub Vineæ ſimilitudine.

IV *Leo Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ite vos in vineam meam, ait homo ille Pater familiaſqui plantauerat vineam mundi, Saluator, atque Redemptor, Dominus noſter Ieſus Chriſtus: qui etiam, & ſi curam gerat de omnibus cunctaque dirigat quæ ipſe fecit; attamen inter cæteras plantationes, quas per ipſum Pater cæleſtis in ſolo plantauit Militantis Eccleſiæ, vineam quandam tam ardenti proſequutus eſt amore, vt ſuam velut propriam vbiuis illam appellet: hanc ſiquidem vineã ſic aſſiduis ſolertibus, ac fidelibus excoluit agricolis, vt alios primò mane, alios hora tertia, ſexta, nona, decima verò, & vndècima, quaſi inceſſanter, cultores tranſmiſerit.*

Eius extenſio ac dilatatio in toto Mundo.

V *Hæc eſt ſacra illa Minorum Fratrum Religiò, quæ virentibus cæremoniarum folijs, per viros Apoſtolicos, tamquam per palmites extenſos à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum, immò aqua ſapientiæ, & ſcientiæ, irrigauit montes, & impleuit terram. Hæc eſt Religio ſancta, & immaculata; inqua per ſpeculum ſine macula Redemptoris contemplatur præſentia; vitæ Chriſti, & Apoſtolorum inſpicitur forma per quam, priorum Eccleſiæ fundatorum ante oculos Chriſtianæ plebis reducitur norma. Quæ demum nihil, niſi Diuinum, Angelicum, omni perfectione refertum, Chriſtoque nihil, niſi conforme, vt non immeritò ſua dicatur; repreſentat.*

S. Franciſci Angelus aſcendens ab ortu ſolis.

VI *Ad hanc vineam excolendam primò mane, oriente iam ſole, miſit ipſe pater familias Angelum illum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui B. Franciſcum, qui comitantibus miræ ſanctitatis viris, prima vitis huius iaceret fundamenta. His ſucceſſerunt viri Religioſi, qui Duce Bonauentura, Muros huius vineæ, iam vtrinque ruinam minantes, hora tertia, Trinitatis ſanctæ virtute, & adiutorio, reparauerunt. Poſt hos, veluti hora ſexta, prodiderunt ſpiritu feruentes Fratres nonnulli; qui à ſacro Viennenſi Concilio, tamquam à Deo miſſi, & confortati, eneruatam penæ diſciplinæ cenſuram ad ſua principia reuocarunt. Hora verò nona moriente Domino ſuo, gentibus in dies malis & ſcandaloſis huius vineæ agricolis, ſuſcitauit*

tauit

tauit ſpiritum adoleſcentis paucorum videlicet Fratrum, qui ſignifero nominis Ieſu, Bernardino Ductore, & præſide, ſacri Concilij Conſtantienſis freti præſidiis, languentem, immò penè mortuum, per orbem vniuerſum, ordinem viuificarunt.

S. Bernardinus reformatorum Dux.

VII *Nouiſſimè verò diebus iſtis, quaſi hora vltima apparuerunt viri alij, qui zelantes prò domo Iſrael ſucciderunt lucos, & demoliti ſunt delubra; ac vbi abundabat peccatum, adiuuante Domino, curauerunt per introductam reformationis normam, vt ſuperabundaret & gratia. Sed veluti inter parabolicos euangelicos illos vilicolas, quia nouiſſimi æquabantur prioribus, murmur ſurrexit non parum. Sic acclamantibus Regibus, Principibus, Communitatibus, & Populis, graues lites, & iurgia, ac diſſentiones, occaſione ſuperioritatum, & perfectionis graduum, inter aliquos huius Religionis profeſſores, per totum mundum magis, ac magis augeri dietim accepimus.*

Principum conqueſtio.

Subdit paulò poſt eos Chriſtianos Proceres, quorum ſumma cura, ac ſtudium, vt Hierarchia Franciſcana (cuius ſciſſuræ integritati, ac ſoliditati Monarchiæ Eccleſiaſticæ haud modicum nocent) firma remaneret, ſtabilis, atque Romanorum Pontificum paternæ vigilantiæ, ac ſollicitudini commendata.

VIII *Quare Nos* (ait) *cuius zelus ab ætate tenera ardenti deuotione efferbuit ad huius Ordinis profeſſores, & Ordinem ipſum totum: nunc verò ex communi cura procurationis, & paſtoralis regiminis, quam immeriti ſuſtinemus, ad componendas huiuſmodi agricolarum lites, & ſcandaloſas, murmurationes, illius euangelici procuratoris more tantò prouocamur ardentius: quantò frequentius, intenta mente recolimus fructus vberes, quos ex eorum exemplari vita, & ſalubri doctrina vniuerſali Eccleſiæ continuè cernimus prouenire; nec minus continuis Principum Chriſtianorum, præſertim chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Maximiliani Imperatoris electi, & Franciſci Chriſtianiſſimi Francorum, & Caroli Catholici Hiſpaniorum, Henrici VIII. Angliæ, & Emanuelis Portugalliæ, Algarbiorum, & Ludouici Vnghariæ, & Bohemiæ, ac Sigiſmundi Poloniæ, necnon Criſtierni Daniæ Regum Illuſtrium, necnon nonnullorum Principum aliorum, Ducum, Comitum,* Populorum, *& communitatum pijs prouocamur ſupplicationibus, & precibus, quibus pro ſedandis huiuſmodi diuiſionibus in ordine D. Franciſci exortis, non ceſſant vſque hodie apud nos poſtulare. Deputatis igitur à nobis &c.*

Zelus verè diuinus, & Apoſtolicus Leonis X.

Imperator, Reges, & Principes nominatim.

IX Admodum deinde peculiaris eſt huius noſtræ Hierarchiæ Monarchiæ Eccleſiaſticæ ſubiectio; audi D. Bonauenturam. *Ex quo apparet, quod nulla Regula ſic ſuum Ordinem ſubiecit, ſicut ordo Minorum eſt Papæ, & Eccleſiæ ſubiectus. Nam & ſi totus Clerus, & Religioſorum vniuerſitas teneantur firmiter Apoſtolico Domino*

Quam peculiaris Franciſcanorum pedibus S. Eccl. ſubiectio.

obedire : tamen Vir ſanctus huic debito votum adijcit ſpeciale. Perfectus igitur Euangelij Obſeruator ſe, ſuoſque in ſe ſpeciali obedientiæ, ac reuerentiæ promiſſione ſubiecit : nam ſic vouendo factus fuit totius Ordinis Procurator , vicem gerens omnium Fratrum , tam præſentium, quam futurorum : vnde Summo Pontifici , ſanctæque Romanæ Eccleſiæ ſunt Fratres Minores ſpecialiter , tam ex ſingulari hac ſponſione, quam etiam ex ſpeciali eius ad ipſos cura & defenſione adſtricti . Hæc ille. Vbi verò de perfecta huius Hierarchiæ inſtitutione loquitur, inquit in 2. ſentent. diſtinct. vlt. quæſt. vltim. in fine . *In regula D. Franciſci ſimpliciter præcipitur , quod illius Regulæ Profeſſores nihil omninò habeant proprium ſuper terram : ſimpliciter etiam præcipitur perpetuo continere , non ſolum ab actu , ſed etiam à ſuſpectu conſortio , & conſilio Mulierum ; ſed non ſimpliciter præcipitur ſuis Prælatis obedire , ſed in omnibus , quæ promiſerunt Dnmino obſeruare , & non ſunt conrraria Animæ & Regulæ ſuæ . Neſcio ſi ad aliquod iſtorum votorum quiſquam ſciat plus addere : in hoc ergo perfectionis culmine congruum eſt , quæſtionis terminare ſermonem .*

Tria vota in Regula B. Franc. & in tota eius Hierarchia Eminentiſſima admodũ.

STEM

STEMMA SERAPHICVM.

Eiuſque quatuor ſuper ſex pennis, ſiue alis ſymbola iuxta quatuor Hierarchiæ noſtræ facies.

Ad Patres omnes, & Fratres, Romæ in Comitijs Generalibus anno 1664. congregatos.

ET AD LECTOREM BENEVOLVM.

I S*Vme ſcutum inexpugnabile ÆQVITATEM.* Quaſi diceret: Tu ſume hoc ſcutum, qui ais Pſalmo 5. alloquens Dominum tuum, Iuſtificatorem tuum, *Mane aſtabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.* Propoſitio, ſeu oratio illa. *Mane aſtabo tibi*, ita pulchrè à Doctore, ac Magiſtro totius Hierarchiæ *Franciſcanæ* ANTONIO DE PADVA, qui mihi Dux, & Ducatus eſt, interpretatur. *Mane, ſcilicet in ortu gratiæ, aſtabo tibi, rectus ſcilicet, & erectus. Auguſtinus ſicut me feciſti rectum, & erectum vt ſolum tangerem pedibus terram, ideſt ſolum neceſſaria quærerem à terra.* Hæc Interpres noſter.

Sap. c. 5.

Mane aſtare Domino quid ſignificet.

II In iſta rectitudinis, & erectionis poſitione idcirco in hunc modum loquitur ſeruus Chriſti ad Dominum ſuum, ortus iam ad gratiam. *Quoniam ipſe eſt Deus, non volens iniquitatem,* ſed *Æquitatem*. Per quam Æquitatem dum in ipſo ortu gratiæ, quæ tota *Iuſtitia* eſt, omnis iniquitas, quæ tota *Iniuſtitia* eſt, moritur, idemet Chriſti ſeruus ſumere poteſt iuxta ſapientis monitum inexpugnabile ſcutum, *ſume ſcutum inexpugnabile ÆQVITATEM. Quæ ita euidens* eſt (ſubdit ſtatim Princeps Gloſſæ Poſtillatæ Lyranus noſter) *quod nullus eam poterit impugnare.*

Ortus gratiæ eſt ipſa Iuſtitia.

III Hæc Æquitas in omni Republica, bene inſtituta, eſt IVSTITIA, & cum communi bono conuertitur, *Mira Reipublicæ æquitas erat*, Tullius in Piſ. Aſt in animo æquitas MODESTIA eſt. *Perſpice æquitatem animi mei*, idem 2. ad Act. Sine iſta bina æquitate rueret proculdubio illa in Republica duplex vis, quam idemet Tullius in Part. tribuit æquitati. Enimuero dempta vna, non poterit vllo pacto prior vis conſiſtere. Claudicaretque

Æquitas variè accipit.

Reſpublica, quia directi, & veri, & iuſti ratio confeſtim ceſſaret. Poſterior de inde vis, quæ ad referendæ gratiæ viciſſitudinem pertinet (& in beneficio gratia, in iniuria vltio nuncupatur), corrueret pariter & ipſa, altera æquitate deficiente. Sicut enim per immodeſtiam, qua animus immoderatus fit, iuſta gauditudo paſſim deſtruitur, ita quoque & illa vltio in eam frequentiſſimè degenerat vindictam, per quam in familiarum, Populorum, Vrbium, Virtutumque moralium depopulationem iracundiæ phrænēſis ſæpènumero debacchatur.

Æquitas Reipub. baſis eſt.

IV *Æquitas* igitur *Scutum* verè *inexpugnabile*, & in Hierarchia noſtra (Patres, & Fratres) tunc competentè iſtud Scutum tale erit, cum Æquitas ipſa, ob quam Hierarchicus Ordo conſiſtere debet, ſub ea ſtatera veluti ſub proprio ſymbolo explicabitur, de qua textus ſacer in cap. 19. Leuit. *Aequa ſint pondera, iuſtus modius, æquuſque ſextarius*. Quod doctor, & Magiſter noſter præfatus ſerm. Dom. 2. poſt Paſqua ita explicat, rei artificiali ethimologiam, ethimologiæ ſimilitudinem, ſimilitudini ſenſum moralc ingenioſè adaptans. *Statera dicta, quæ ex duabus lancibus, & vna, medio ſtilo librata, pendent. Duæ lances ſunt contemptus Mundi, & deſiderium cæleſtis regni. Stilus in medio eſt amor Dei, & Proximi: Hæc eſt ſtatera æqualiter ponderans, vnicuique ius ſuum tribuens. Mundo contemptum. Deo obſequium. Proximo affectum.* Ad huiuſce ſtateræ ablationem, ea ſtatera illicò è regione apparebit, de qua Oſeas I. *Chanaan in manu eius ſtatera doloſa, calumniam dilexit.* Infauſta euenta tam *Monarchiæ* Eccleſiaſticæ, quam etiam & Hierarchiæ Franciſcanæ iſtius ſtateræ doloſæ ſignum abſquedubio auguratur, vti idem doctor, & Interpres noſter paulo ante declararat loco citato immediatè.

Statera æquitatis ſymbolum.

Stateræ interpretatio literalis, & moralis.

Statera doloſa quæ.

V Duas alas Seraphicas, cruciformiter iuxta ſolitum protenſas ſurſum nouiter concedimus ſcuto noſtro inexpugnabili. Cui ſchema ſummum ſtatera Crucis, tenſis in Cruce brachiis, altero Chriſti, altero Franciſci; ſchema vero imum tres Anſeres, quas inſigne Gentilitium ſtirpis Moriconum, vnde non ſine aliquali digno præſagio emerſerat noſter Hierarcha, explicat, panditque. Duas quoſque alas infernas, & eodem modo vt ſupernas, duas etiam medias, alteram dextrorſum, alteram ſiniſtrorſum, eidem ſcuto itidem addere certè poſſumus. Supernis alis Hierarchia noſtra eleuata ob reuerentiam, & honorem ad Deum, *Mundo contemptum*, à Mundo, cui Chriſti crux ſcandalum, contempta, iure merito attribuit. Lateralibus de inde pennis, hincinde pari forma expanſis, æquo liberamine, quò *rectus, & erectus* animus ſub Franciſci iugo, ac ſub prioris

Scutum, ac ſtemma Seraphicum.

Duæ ſupernæ Mundi contemptus ſunt.

ſtateræ

ſtateræ ſigno regulatur, *Deo obſequium*, præſtat. Infernis denique alis, tangens pedibus terram, ſed nonniſi neceſſaria petens à Terra, & iiſdem volans ad Cælum Paupertate ſpiritus, quæ *tota aurea eſt* iuxta Doctorem noſtrum, vnde corona aurea ipſum circumdatur, *Proximo affectum*; ſine quo dilectio Dei nihil eſt, effectu exhibet.

Duæ laterales Deo obſequium.

Duę pedalis Proximo affectus.

VI Cum ſtatera noſtri Interpretis (qui & totius noſtræ gloriæ, imo Chriſtiani Orbis per crebra ſigna, & noua Miracula culmen, & apex: qui & totius Hierarchiæ noſtræ Columna ſanctitatis, & doctrinæ) iſtud ſcutum inexpugnabile, ſex pennis ſeraphicis alatum, & ſuis ſymbolis iuxta alarum numerum quater hierarchicè decoratum, Patribus, & Fratribus omnibus, Romæ ad ann. 1664. capitulariter coniunctis, humillimè nunc patefacio. Scuti ſignificatio ingentem amplitudinem Ordinis Fratrum Minorum ipſis explicabit. Ordinis vero Hierarchica nuncupatio aperiet eis cum totius operis ſtructura quatuor facies, quarum prior erit *Hominis*, poſterior *Leonis*, tertia *Bouis*, quarta *Aquilæ*. In qualibet facie quatuor ſimul facies neceſſario conſpicient iuxta oraculum Ezechielis cap. 1. ſuper quod legendus S. Gregorius Magnus, & ſecundum eius doctrinam concordanda quoque ſymbola inter Monarchiam Eccleſiaſticam, & Hierarchiam Franciſcanam. In ſingulis Animalibus Euangelicis ſecundum textum Ezechielis (cui concordat Viſio Ioannis cap. 4. Apocal. etſi ordo ibi aliquanto mutatus) facies quatuor. Et iuxta eundem textum, cui Ioannes minime concordat, pennæ itidem quatuor. Nam in textu Ioannis, pennæ in ſingulis ſex, non autem quatuor iuxta numerum facierum, vt fert Ezechielis textus. *Et quatuor Animalia* (inquit ille) *ſingula eorum habebant alas ſenas in circuitu*.

Argumenti totius operis explicatio.

VII Itaque Ordinem facierum in Hierarchia Franciſcana habebunt ex Oraculo Ezechielis, numerū vero Alarum, quas ipſe ſcuto, ac ſtemmati Seraphico haud inconſulte apponerē, habebunt ex reuelatione Ioannis. Symbola autem, in qualibet facie immediate ſubiecta tres magni nominis Doctores *Minoritæ* eis præſentabunt. Etenim duo deſumpta ſunt ex D. Antonii de Padua, mirifici ſacrarum litterarum Interpretis, qui & *Arca Teſtamenti*, doctrina, vnum ex D. Bonauentura, & vnum quoque ex D. Bernardino Senenſi. Et quia variæ in vultibus (ſiue ſolis, ſiue iunctis) erant facies aperiendæ, varię materiæ ſub eis conſcribendæ, congeries rerum varia, & inexhauſta, opere prætium fuit vario quoque apparatu eas reſerare, conſulente Quintiliano, *Varietas delectat, placent res variatæ*. Hinc iure quidem deliberaui

Symbola 4. iuxta 4. facies Hierarchiæ.

beraui in eiuſdem varietatis gratiam *Faciei Hominis* duodecim capita connectere *Faciei* vero *Leonis*, in quam prior tomus finem habet, nouem diſtinctiones tribuere. *Feciei* deinde *Bouis* partes ſeptem dare; ſed *Faciei Aquilæ* inſpectiones ſex, & ſingulas inſpectiones ſuis obiectis diſtinquere, & cum poſteriori tomo totum opus Hierarchico ordine claudere. Ad finem poſtea cuiuslibet faciei extant ſuæ propriæ concluſiones, & concordantiæ, quarum ſingulæ omnia, quæ in illa facie ſcribuntur, clara, ac facili ſynopſi legentibus demonſtrabunt.

Religioſi in Comitiis generalibus Obſer. ſub variis gradibus, & ex omni Mundo.

VIII Cuncti Religioſi, in his Comitiis Romanis ex vtroque, veteri ſcilicet, ac nouo terrarum Orbe generaliter inxta præceptum Regulæ congregati, omnem Hierarchiam Franciſcanam cum ſuis faciebus, & pennis, & ſymbolis in Mundi capite (vbi cum Romano Pontifice ſingularum Hierarchiarum Clericorum, Monachorum, Regularium, Fratrumque viſibile caput reſidet) patefaciunt. Inter eos climata varia, variæ gentes, linguæ, Congregationes, Conſtitutiones, & in pluribus etiam ſecundum loca, & tempora, & varias regiones varia quoque habitus fòrma, nec omnes ſine barba. Quippe ceu Eccleſiaſtica Monarchia ita & Hierarchia Franciſcana illi tanto plus conformis, quanto & pedibus eius ſubiecta, religioſa varietate circumdatur, & ſimul cum ea in eius accrementum omnem Orbis ambitum complectitur. Vt propterea ad noſtrorum Comitiorum celebrationem (quod in aliis haud ita contingit) tota Vrbs meritò confluat, ac ſimul obſtupeſcat, veluti ſi in eis omnem mundum compendiatum ante oculos haberet.

Præſentant viſibiliter Hierarchiã Franciſcanã

IX Inter tot, ac tantos (quantitate maiores, ſed nullum fortè ſuperfluum, qualitate minores, & omnes hos graduatos, venerabiles, & tam illos quam iſtos religioſos) officia diuerſa diuerſos quoque conſtituunt gradus. Cœtus vrique vtrinque multus, & tamen adeo harmonicè compactus, vt totus Hierarchicus à ſupremo capite, vſque ad infimum pedem appareat. Hierarcha Seraphicus, qui S. Patriarchæ Franciſco ſuccedere debet titulo, regimine, ac teſſera Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, in hiſce Comitiis eligendus iuxta noſtrorum Canonum præſcriptum, à Miniſtris Prouincialibus, & Cuſtodibus, & ab aliis ad hanc electionem de iure conſtitutis. Sub Centurionis nomenclatura prodit Interpres noſter ſer. Dom. 3. poſt Epiph. Prælatum, atque hæredem B. Franciſci, ita loquens.

Succeſſor S. Franc. fit myſticus Centurio.

Moraliter Centurio, militibus ſtipatus ſignificat Prælatum, qui virtutibus tanquam militibus debet eſſe vallatus, & munitus. Et poſt nonnulla alia, explicans ſyngillatim eſſentiam, & numerum

illarum

illarum Virtutum, quæ veluti inſigniores ac fortiores milites ſtipabunt hunc myſticum Centurionem, ſubdit eas ſub quinario numero, ſunt enim præcipuæ apud eum, *Humilitas Mentis. Caſtitas Corporis. Amor Paupertatis. Excellentia geminæ puritatis. Perſeuerantia finalis.*

Quinque Virtutes, illum Hiſpa-

X Si Prælatus, ac Paſtor totius Gregis Seraphici, à vobis nouiter eligendus, talis fuerit, quemadmodum à cunctis ſperatur, videbimus proculdubio in eo Centurionem memoratum, natione Hiſpanum, officio Hierarcham, influentem, vt ſupremum Caput, in omem Hierarchiam noſtram, aperientemque vnà cũ præfatis quinque Virtutibus quatuor facies Hierarchicas, & Apoſtolicas, & Euangelicas; ſimulque ſex alas & quatuor ſymbola exprimentem. In hunc modum à nulla facie ex quatuor faciebus faciem Hominis ſeparando, inter cunctas quatuor facies, (ne diſcreparet à Dei intentione, & oraculorum Ordine) ſemper *facies Hominis* primum locum dabit cum Seraphico Parente Frãciſco, qui deſcribens Miniſtri Generalis ideam, quotquot traxit in eam efformandam linguæ penniculo lineamenta, tot quoque ſingulis lineamentis dedit initia ſub iſto nomine HOMO. Oſtenditque ſimul, quod Generalis Miniſter in qualibet facie, etiam Leonis, etiam Bouis, etiam Aquilæ, neceſſariò debet eſſe *Homo*.

Miniſter Gener. eligendus ex natione Hiſpanica.

XI Quare multa cum ratione Interpres noſter in prædicta claſſe quinque Virtutum, Centurionem Franciſcanum ſtipantium, Principem conſtituit *Mentis Humilitatem*, quę vilem, exilem, fragilem *Hominis* conditionem neceſſario ſequitur. Docuerat enim ſuus Magiſter bonus, humillimuſque Franciſcus, Chriſto, Humilitatis cordis ſummo Preceptori ſimillimus, vbi monuerat, quod nullus ſibi appropriet Prælationem, hæc in ſpecie. *Non veni miniſtrari ſed miniſtrare*, dixit Dominus Matth. 20. *Illi*, ait, *qui ſunt ſuper alios conſtituti, tantum de illa prælatione glorientur, quantum ſi eſſent deputati officio abluendi pedes Fratrum. Et quanto magis turbarentur de ablata ſibi prælatione, quam de ablato eis officio abluendi pedes, tanto magis ſibi loculos ad periculum animæ componunt.* Ita tom. 1. cap. 4. Opuſculorum.

De non appropriãda Prælatione.

XII Hierarchiæ noſtræ ſupremi Rectores, & Præſules ſub Generalium Miniſtrorum nomine ab anno 1210. in quo lex hierarchica Fratrum Minorum incepit, vſque ad diem præſentem explent catalogum LXIX. Ex Italia, quam ob ad ſedem Romani Pontificis reuerentiam, ac ſanctitatem meritò *Apoſtolicam* nuncupamus, habemus 50. quorum duo Scholarum præcipuarum inſtitutores & Magiſtri, ſanctorum faſtos meritis, & virtutibus decorarunt. Fuerunt enim S. Franciſcus, & D. Bonauentura.

Series Miniſtrorum Generalium ſecundum nationes, & officia extraord.

Itali. 50

Itali etiam fuernnt numero 9. S. R. E. Cardinales, quorum duo & Romani Pontifices, & hoc ante Regularem Obſeruantiam, ex qua tres aſſumpti ad Purpuram Eccleſiaſticam, quorum duos progenuit Italia, reliquum Hiſpania, vt mox dicemus.

Anglus 1. Ex Anglia, quę & maxima Britannia, quæque olim Romanæ Eccleſiæ ſtrenua propugnatrix, vnum tantum habemus, ſed mille equidem prærogatiuis, & benedictionibus exornatum. Alij duos enumerant Anglicanos.

Galli 7. Ex Gallia, quæ in ſuo Carolo Magno ab anno Chriſti 800. nec non in Regibus ſucceſſoribus *Chriſtianiſſima* dicenda (quod ſuperexcellens cognomentum B. Franciſco attribuit etiam D. Bonauent. in cap. 14. vitæ eius) ſub perfecto numero habemus ſeptem, quorum heroicæ virtutes, & præclara geſta Princeps Ordinis regimen meruerunt, imo & ipſorum duo Principatum ſuper omnem terram per Sacram Purpuram.

Demum ex Hiſpania *Catholica* vndecim, & cunctos claritate ſapientiæ, grauitate morum, probitate regiminis celebres, in ſerie reperimus. Horum.

Hiſpani 11. 1 Fr. Ioannes à Sarzola, Catalanus, Prouinciæ Aragoniæ ad ann. 1458.

2 Fr. Franciſcus de Angelis, alias Quinonius Prouinciæ Angelorum ad ann. 1535. Cuius eximiæ dotes Hierarchicam Humilitatem ad apicem Purpuræ Cardinalitiæ cum maximo Monarchiæ Eccleſiaſticæ emolumento euexerunt.

3 Fr. Ioannes Lunellus, Prouinciæ Cartagenæ ad ann. 1534.

4 Fr. Andreas Inſulanus, Prouinciæ Algarbiorum in Portugallia ad ann. 1547.

5 Fr. Franciſcus Zamorra, Prouinciæ Cartagenæ ad ann. 1559.

6 Fr. Franciſcus à Toloſa, Prouinciæ Cantanbriæ ad ann. 1587.

7 Fr. Franciſcus à Soſa, Toletanus, Prouinciæ S. Iacobi ad ann. 1600.

8 Fr. Ioannes à Ferro, Prouincię Angelorum ad ann. 1612.

9 Fr. Bernardinus de Senis, Ptouinciæ Portugalliæ ad ann. 1625.

10 Fr. Ioannes Merinerus, Prouinciæ Caſtellæ ad ann. 1639.

11 Fr. Petrus Manerus Prouinciæ Aragoniæ ad ann. 1656.

12 In Sabbato ſancto proximioris Paſchatis ſuccedaneæ in Pentecoſten dabit nobis ſpiritus Paracletus ad totius ordinis S. Franciſci, quinimo, & totius Reipublicæ Chriſtianæ conſolationem, & ſolamen.

XIII Hos protulit Hierarcas, Viroſque Seraphicos, cuiuslibet generis Herouum fæcunda Hiſpania *Catholica*, *in qua dum*

Franciſcana

Franciſcana Hierarchia maximè floret, vſque ad remotiores vtrarum Indiarum oras diffuſa, ingenti quoque decore à ſuis *Catholicis Monarchis* inſignitur titulis, muneribus, exiſtimatione, reuerentia, familiaritate, pietate, deuotione; ac demum (vt innumerabilia alia prætercam) præcipua, peregrinaque, ac bina illa ſolemnitate, qua tum Toleti noſtra Generalia Comitia tanto ſplendore (confluente penè Iberia omni) tantaque magnificentia celebrantur, vt nihil ſit gratius, nihil iucundius in tali ſacrorum, religioſorumque ſpectaculorum genere in tota Hiſpania. Tū quoque Madriti inclytam cærimoniam Rex Catholicus innata ſua Maieſtate, & clementia peragit, vbi inter ſuos Grandes, Proceresque Hiſpaniæ Generalem Miniſtrum totius Ordinis Minorum s. Franciſci publicè enumerat, declaratque. Regna panica erga Franciſcanos valde propeſa.

XIV Quod meruit à Sede Apoſtolica *Hiſpania* ad ann. Chriſti 736. in ſuo Rege Alphonſo, *cognomentū Catholicum*, quod Heros ille, Romana fide candeſcens, Arianam hæreſim funditus extirpaſſet: ac deinceps in aliis ſuis Principibus (Catholicum nomen nomini acatholico, ſiue hæretico ex diametro aduerſatur, vti chriſtianum ethnico, ſeu infideli) meruit quoque in ſuo Hierarcha Franciſco Religio noſtra, quæ auctoritate Eccleſiæ Romanæ canit de eo in primis Veſperis ad illius feſtum 4. Octobris in priori verſiculo, *Franciſcus vir Catholicus, & totus Apoſtolicus*, &c, Congruum igitur fuit, vt ibi magis, ac magis floreret, & in maiori reuerentia, veneratione, cultu, ac reſpectu haberetur Catholici, & Apoſtolici Hierarchæ nomen, & inſtitutum, vbi Monarchica, atque catholica nomenclatura titulo, & re in Sede Apoſtolica exaltanda, propugnanda, propaganda (parum curans ſuorum Regnorum depopulationem, interitumque) maiori ſtudio, ac ſumma religione, & pietate operam daret Hiſpana gens. Cognomētū Catholicum Regibus Hiſpā. propriū. S. Fr. Catholicus nuncupatus.

Ex hac catholicà Regione venerit *Deſideratus*, & delectus à tot, tantiſque Nationibus, citra, & extra montes *à ſolis ortu vſque ad occaſum* commorantibus, Europeis, Aſianis, Africanis, Americanis, Italis, Germanis, Gallis, Hiſpanis, Bohemis, Vngaris, Belgis, Anglis, Scotis, Hibernis, Tranſiluanis, Sclauonibus, Croatis, Dalmatis, Græcis, Latinis. Aſſueta quidem ſuis ab exordijs Hiſpanica natio, vt viros in omni regiminis genere tū politicè, tum eccleſiaſticè, maſcula virtute præditos vbertim gigneret. Dabit, dabit nobis hæc catholica gens talem Centurionem Seraphicum, qualem præſentia tempora expoſcunt, iuxta Interpretis noſtri doctrinā, paulò ante explicatam. Nationes in Comit. General. cōgregatæ.

Lector deindè beneuolus, qui id opus meum (in principio Mēſis Aprilis currentis anni 1663. inceptum, & in principio etiam

d Menſis

Menſis Septemb. prælo exhibitum) percurrere dignabitur, haud ſatyricè deridebit in eo Montes, ridiculos mures parturientes; ſed contra, vermiculum vnum, iam mōtium congeriem in tam pauco tempore, in tam breui ambitu concludentem, compatietur. Noſtrates, qui ſunt nobis extra montes, vel vltra mare, debent compati ſcriptoribus Italis, maximè recenſioribus, dum latinè ſcribunt, & paſſim tali idiomate malè ſcribunt, quamuis latina lingua in Italia ortum habuerit, educationem, culturam per tot ſæcula, corrupta deinde ob eſterorum nationum inundatione; ſubrepta à Barbaris; & ab eis fota, & ibi penè barbara ſæpenumero effecta, vbi ſolecíſmos, ac barbariſmos ſemper eſt perſecuta. Scripſiſſem Italicè iſtud opus, niſi me coegiſſet occaſio ad aliud ſcribendi genus, per quod haud vni nationi fieret peculiare, ſed omnibus commune.

Eccleſ. Prælati facies Chriſti ſũt. Valete Patres, & Fratres, & cum ſcitis, docente Interprete meo, quod *facies Chriſti ſunt Eccleſiæ Prælati*, ne dubitetis, quin in delecto ex Hiſpanica gente Præſule in totius Ord. S. Franciſci Generalem Miniſtrum Chriſti, & Franciſci Chriſtiferi faciem per poſſibilem imitationem cernere debeatis; ſimulque Centurionem Antonianum, Humilitate mentis ſublimem, Caſtitate corporis prolibus virtutum fœcundum, Paupertatis amore paſtoralium exemplorum perdiuitem, excellentia geminæ puritatis congeminata charitate erga Deum, & proximum, *vnde tota lex, & Propheta*, mirabilem, ac demum perſeuerantiæ finalis propoſito in toto eius ſexennio principia mediis, media fini concinno, aureoque ligamento coniungentem. Qui ſub ſtemmatis Seraphici ſtatera verbis, & paradigmatibus validè fratres, & filios ſuos doceat, vt vnicuique ius ſuum tribuere ſtudeant, ſcilicet: *Mundo contemptum*, *Deo obſequium*, *Proximo affectum*.

Aquila non capit muſchas. Vale & tu quoque, Lector beneuole, & vbi legis apud Magiſtrum meum, quod *Aquila non capit muſchas*, & in ſcharabæum, ab eo laceſſita, certamen inire naturaliter dedignatur (licet vermis ille alatus, qui ſolo intuitu ſtomachū prouocat, ad prolium ſuarum interitum deſtinatus ſit à natura) velim, certo ſcias, Aquilas meas paratas eſſe ad vtrumque, quotiens aliquot muſchas importunas, alioſque vermes aculeatos aduerſus ſcripta mea, animo parum recto ductus, armabis. Expecta tamen quamcitius ſubſcripta opuſcula; quorum

1 *Franciſcus Legiſlator* in illius Legis latæ varii generis hoſtes.

Alia opuſcula Auctoris. 2 *Franciſcus cruentis ſtigmatibus, duriſque clauis*, è carne propria de nouo creatis, à Chriſto immediatè *conſignatus* ob maiorem ſuæ Legiſlationis auctoritatem, ac firmitatem,

3. Calen-

3 *Calendarium omnium Sanctorum, ac Beatorum Franciſcanorum* per ſuos menſes, & dies ſecundum morem Eccleſiæ diſtributum.

4 *Licæum Seraphicum*, ex quo plurimi peculiarum Academiarum inſtitutores prodierunt, iuxta rationem temporum, vel fortè melius iuxta diſciplinarum omnium numerum ordinatum.

5 *Prouinciale Franciſcanum*, in toto Orbe terrarum per Fratres de Obſeruantia, & Reformatos, Diſcalceatos, Recollectos, Tertii Ordinis Regularis Obſeruantiæ ad Gallos, & Luſitanos, Moniales, ſiue Clariſſas, ſiue Tertiarias ſub vario genere; ſed ſub vnius Miniſtri Generalis totius Ordinis s. Franciſci regimine, amplè, ac ſplendidè cum fide Romana, ac Sede Apoſtolica iuxta ingentem Prouinciarum, & cœnobiorum cathalogum, ciſmontanum, vltramontanum, tranſmarinum, Indicumque, hinc inde diffuſum.

6 *Schala Apoſtolica, atque Euangelica* ſex gradibus conflata: per quam dum hiſtoricè ad agnitionem rerum omnium Fratrum Minorum breui, ac tuto greſſu aſcenditur, earum præconia abſque vllo aſſentationis fuco ſimul encomiaſticè reſonabunt. Ita vt cuncta ſchalæ ſtructura hiſtorica erit, iuxta veritatem à Scriptoribus traditam, erit quoque & encomiaſtica, iuxta opuſculi argumentum; quod vbi ex Doctoribus, & Magiſtris noſtris, S. Antonio de Padua, ac D. Bonauentura mutuabimus, eorum quoq. ſententiis, & doctrinis elogiacè eum conueſtimus. Datum Romæ apud S. Franc. in Tranſtiberim 1664.

Homo Cælum eſt Contemplatione.
Infernus tentationis caligine.
Terra dum fructificat. Mare dum mutabilitate agitur.

D. Ant. de Pad. Dom. 22. poſt Trinit.

OMNIBVS, ET SINGVLIS PATRIBVS, ac Fratribus Ordinis Prædicatorum, & Minorum, Fr. Didacus de Lequile veram, ſolidamque cordium tranquillitatem.

Poma noua & vetera iuxta D. Anton. de Pad.

O*MNIA poma noua, & vetera ſeruaui tibi dilecte mi.* Cant.7. Hoc dictum, plurimis ſacramentis confertum, ita pulchrè exponitur ab Interprete noſtro in Dom. 21. poſt Trinit. *Dicitur in naturalibus, quod in India partibus ſunt quidam Populi, qui nulla indigent eſca, ſed tantum viuunt odore pomorum ſyluestrium; longiuſque pergentes, eadem poma in præſidio deferunt, vt eorum olfactu alantur. Odor pomorum vita animæ eſt. Poma ſunt Incarnatio, & Paſſio Ieſu Chriſti, de quibus* Cant.7. Poma noua, & vetera, &c. *Poma noua ex Virgine Filij Dei Natiuitas, & Paupertas, noua ſtella miſſio, miraculorum operatio. Poma vetera fuerunt ſputa, alapæ, acetum, claui, & lancea, quæ nos ab antiqua vetuſtate ſpoliauerunt; quia vetus homo noſter crucifixus eſt cum eo: Qui ergo vult viuere, odore iſtorum pomorum viuat, & in ſuæ peregrinationis exilio, ne in via deficiat, iſta poma ſecum deferat, vt eorum olfactu alatur.*

Quam vber nouorum, ac veterum pomorum Hortus *Prædic.* & Minor.

Nullum fuit ſæculum, nulla ætas, nullumque tempus, quin in Horto Angelicæ Prædicatorum, atque Seraphicæ Minorum Religionis, in eius deliciarum campo fructus vberes non collegerit filius Dei. Omnia certè noua, & vetera poma ſeruauit Chriſto Fratrum Prædicatorum, & Fratrum Minorum Ordo. Quales fuerunt iuxta ſeriem Hierarchicam Summi Pontifices, Cardinales S.R.E. Patriarchæ, Legati Apoſtolici, Primates, Metropolitæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi. Apoſtoli, Martyres, Doctores, Virgines. Generales, Commiſſarii Generales, Vicarii Generales, Diffinitores Generales, Procuratores, ac Commiſſarii Curiæ Romanæ. Viſitatores, ac Commiſſarii Prouinciarum, Cuſtodes, Guardiani, Vicarii, Præſidentes, ac Superiores Conuentuum. Lectores, Magiſtri Nouitiorum. Prædicatores, Confeſſores, Sacerdotes, Choriſtæ, Diaconi, Subdiaconi, Acolitæ, Clerici, Laici. Hi cuncti tum in primo, ſecundo, ac tertio Ordine Franciſcanæ Religionis, tum in quouis ſtatu, & Reformatione eiuſdem Inſtituti, ex quibus omnibus ingens numerus prodiit, qui Mundi, carnis, & Diaboli deuictis illecebris, ſpoliiſque optimis ditati, glorioſè in cælum

præ-

prædictorum pomorum alimento paſti, recreati, atque impinguati longo, ac recto itinere aſcenderunt, micantium fulgore virtutum circundati.

Quorſum autem tantus Beatorum Hierarchicus cœtus iſta poma noua, & vetera profeſſione, imitatione, meditatione, exemplaritateque collegit, hiſque innumerabiliter excreuit? Planè ex pura, integra, perfectaque Regula SS. Dominici, & Franciſci obſeruatione. Qui illam Regulam ſeruat (ait D. Vincentius Ferrer. ſer. de s. Franc. loquenſque de eius Regula, *Sanctus eſt, & quando moritur, poſſet canonizari*. Imò verò Martinus Nauarrus, Doctor eximius hæc ſolebat palam proferre. *Adeo ſuſpicio, & veneror Regulam illam altiſſimam S. Franciſci, vt Obſeruantes eam ad vnguem & mentem auctoris, reputem eſſe quoſdam incruentos Chriſti Martyres.* Vide eum Comment. in cap. *Statuimus*, 10. quæſt. 3. §. 17. Idipſum prorſus dicendum eſt de perfectis S. Dominici Regulæ obſeruatoribus. Scio BB. Patres Humbertum, Ordinis Prædic. Magiſtrum Generalem, & Ioannem de Parma, Ordinis Minorum Generalem Miniſtrum, ſerius de inſtauranda pace, & ſtabilienda fraternitate inter vtrumque Ordinem egiſſe ad inuicem Mediolani anno 1255. Inde ſcribentes communi nomine Epiſtolam Encyclicam ad ſui nominis ſectatores, quam referunt plurimi Scriptores noſtri apud Vadingum tom. 2. Annal. ad an. 1255. & apud Arturum in art. 17. Prologi. Martyrolog. Franc. Item & Chronica Ordinis Prædicatorum 1. par. lib. 2. cap. 26. quæ teſtatur, eandem epiſtolam iterum fuiſſe renouatam, & publicatã anno 1256. quo S. Bonau. electus eſt Gener. Miniſter Ord. Minor. In qua quidem Epiſtola hæc inſerta ſunt. *Cauendum eſt, ne quis noſtrum ſic Sanctos ſuos, ſic ſtatum ſuum imprudenter extollat, quod in aliorum depreſſionem laus taliter fieri videatur.*

Qua les reg. ss. Domin. & Franc. obſeruatores

Proprii inſti tuti laus, cauta eſſe debet

Tantum inualuit Ordinis Minorum ſanctitas apud B. Dominicum Prædicatorum Ord. inſtitutorem, vt B. Franc. ſummo ſemper affectu excoluerit, & eius alumnos maximè dilexerit. Ea propter Comitiis Prouincialibus, atque Generalibus nonnunquam intereſſe voluit, præſertim Aſſiſii anno 1219. cum ſeptem ſociis adfuiſſe, & Ordinis perfectionem admiratum eſſe legimus. Refert ad hæc B. Leo, ſocius tunc S. Franc. qui præſens omnia vidit, multa inter ſe colloquutos Sanctiſſimos Patriarchas ad animarum ſalutem, & chriſtianæ fidei nitorem, & augumentum. Deinde de ſuis inſtitutis largius egiſſe, inuicem de rebus ſuis interrogaſſe, tandemque B. Dominicum adiecisse. *Frater chariſſime propter magnam meam tecum neceſſitudinem, præcordialem erga filios tuos amorem, & pacis, fraternitatiſque inter tuos, & meos ſtabilitatem, vtroſque gauderem.*

Mutuus amor inter BB. Domin. & Franc.

Verba Dominici ad Franc.

-derem ſub vna Religione militare, vt quos Patrum firmus amor ita coniunxit, Religionis, aut vitæ diſparitas non diſſoluat.

Reſponſio Franciſci ad ſuũ Domin. Cui ſumma humilitate amicus *Franc. Diuinæ eſt voluntatis, amantiſſime frater, quod factum eſt, eaque ordinatum eſt; diuerſas à nobis fundari Religiones, vt vtriuſque varietate, præceptorum diuerſitate. illorum rigore, & horum lenitate, varietati ſubueniatur humanæ infirmitatis. Et quibus hæc non placent, illa nõ diſpliceant. Quibus vna dura videtur, altera lenior appareat. Et ſic non vnius Religionis anguſtijs Deus animas perdat, ſed alterius capacitate lucretur.* Vide Vadingum tom. 1. Annal. 1219. & alios apud ipſum.

Operis mei Hierarchici frontiſpicio, titulo, SS. Dominici, & Franciſci ideæ, principio, medio, ac fini cuncta hæc iam correſpondent. Abſque his haudquaquam teſtari poſſet Religio Dominicana, ac Franciſcana, vtraque ſponſata Chriſto, *Omnia poma noua, & vetera ſeruaui tibi dilecte mi*. Inculta remanet animorum terra, in qua introducta ob carentiam pacis, & charitatis ſterilitas, haud fructus proferre valebit, ſed *ſpinas, & tribulos*.

Fructus ſpiritus eſt Charitas;
Quæ eſt votum
Ad perfruendum Deum propter ipſum,
Et proximum propter Deum.

D. Ant. de Pad. Dom. 14. poſt Trinit.

Ego

EGo infraſcriptus de mandato Reuerendiſs. P. Michaelis Angeli à Sambuca ſtrictioris Obſeruantiæ totius Ordinis Seraphici Miniſtri Generalis, vidi, & omni diligentia qua potui perlegi, & perpendi opus, quod *Hierarchia Franciſcana* nuncupatur, Auctore doctiſſimo viro Adm. R. P. Didaco Lequile eiuſdem Inſtituti profeſſore, Prouinciæ S. Nicolai Patre benemerito, & quia nihil in eo reperi, quod Fidei Catholicæ, aut bonis moribus aduerſetur, Typis mandari dignum fore exiſtimo. Datum in Conuentu noſtro S. Franciſci trans Tyberim die 5. Iunij 1663.

Ita eſt ego Fr. Franciſcus à Setia, Lector, ac Concionator generalis, & in prædicto Conu. ſacror. Canon. profeſſor.

FR. MICHAEL ANGELVS A SAMBVCA totius Ord. Min. S. P. F. Miniſt. Gen. & Seruus.

Dilecto nobis plurimum in Chriſto P. Fratri Didaco Lequile, Prouinc. noſtræ Reform. S. Nicolai Lectori, Concionatori generali, ac Patri benemerito, necnon ex confeſſionibus Sereniſſimorum Archiducum Auſtriæ, ſacellano, Theologo, Prædicatori Italo, Hiſtoriographo actuali, ac Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Hieronymi Card. de Columna Theologo domeſtico, & ad præſens Guardiano, ſalutem.

CVm iuxta Apoſtolicas, noſtriq; Ord. Conſtitut. reuiſum, & approbatum fuerit quoddam Opus à Nobis tibi commiſſum, & per te collectum, cuius titulus eſt, *Hierarchia Franciſcana*: Tenore præſentium, ad ſalutaris obedientiæ meritum, facultatē tibi impartimur, quibus ſeruatis ſeruandis illud Typis mādare queas. Vale, &c. Dat. Romæ ex noſtro Aracælitano Conu. Die 27. Nouemb. 1663.

Fr. M. Ang. à Sambuca Miniſt. Gen.

DE mãdato Reuerendiſs. P. Fr. Hyacinti Libelli Sac. Pal. Apoſt. Promagiſtri, Opus inſcriptum, *Hierarchia Franciſcana*, R. adm. P. Fratr. Didaci de Lequile, diligenter euolui, inuenique illud, nõ modo catholicæ doctrinæ, ac pietati conſonum, ſed varia, eaque peregrina eruditione ſacra, atque prophana refertiſsimum, dignum proinde, quod ad Seraphici ſplendorem Ordinis, publici Iuris fiat. In quorum fidem, &c. Dat. in Collegio S. Caroli ad Catinarios Romæ. Die 1. Decemb. 1663.

Don Gabriel Fantes Cler. Regul. S. Pauli Qualificator Sancti Offic.

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſs. P. Sac. Pal. Ap. Magiſtro.

O. Archiep. Patrac. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Hyacintus Libellus Promagiſter Sacri Palatij Apoſtolici.

HIERARCHIÆ FRANCISCANÆ PRIOR FACIES.

DVABVS STELLIS, SERAPHICO HOMINE, HIERARCHICO STEMMATE,

QVINQVE SOBOLIBVS DECORATA.

EIVS PONTIFEX CHRISTVS.

Columna firmiſſima Immaculata B.V.Conceptio.

PONTIFICES BENEFICI FERE VNIVERSI.

Obedientialis Humilitas ad pedes Eccleſiæ.

NOMINA IV. REFORMATIONES TOTIDEM,

Sobolum exercitatio in hoſtes Eccleſiæ.
Perſecutio in odium Eccleſiæ.

DEFENSIO CHRISTVS.

Deipara.Patres.Principes Chriſtiani, quorum Summus Princeps, & Pater Vicarius Chriſti.

Eius Capita duodecim, quot Regulam Seraphicam, Duodecim Apoſtolorum vitam profitentem, conſtituunt.

FACIES HOMINIS A DEXTRIS IPSORVM QVATVOR

Crucis quadriformitate per ſex Seraphim alas mirificè efformatur. Quandoquidem Seraphim Chriſti

Sex Alæ in Beato Franciſco myſticum habent ſignificatum. Duæ reſpectu ſui, Innocentia, & Iuſtitia. Duæ reſpectu proximi, vis illuminatiua, & vis intellectiua. Duæ reſpectu Dei, aſpectus veritatis, & hauſtus Charitatis.

S. Bernardinus Senenſ. tom. 2. ſerm 60.

IN NOMINE DOMINI, CVI SOLI HONOR, & GLORIA.

CAPVT I.

Sanctiſſimi Hierarchæ Dominicus, & Franciſcus duæ nouæ ac benignæ ſtellæ ſub inſcrutabilis Prouidentiæ Dei ſignaculo ab æterno clauſę. Sed debito tempore cęlitus patefactæ ad felicem Eccleſiaſticæ Monarchiæ, vndique collapſæ reparationem.

I. ETIAM *Stellas claudit* (Deus) *quaſi ſub ſignaculo*, aiebat Sanctus Iob cap. 9. loquens de admiranda Dei prouidentia, cuius regimen dum omnia creata numero, pondere, ac menſura diſponit, ea infallibili mente ex ſeipſa gubernat. *Stellæ ſunt Sancti* (exponit miſticè D. Antonius de Pad. in Dom. 5. poſt Paſch.) *quos Chriſtus ſub ſignaculo ſuæ Prouidentiæ claudit, ne appareant quando velint, ſemper parati ad tempus à Deo ſtatutum, vt cum audierint aure cordis vocem iubentis, à ſecreto contemplationis egrediantur ad opera neceſſitatis.*

Sancti Stellæ ſub ſigillo à Deo clauſæ

II Chriſti præcurſores in præcurſores Antichriſti, quinimò & in ipſum Antichriſtum extitiſſe, atque per ſuorum ordines extituros eſſe Dominicum, & Franciſcum, ſicut de primo nulli dubium eſſe poteſt, ita & de ſecundo firmiſſima ſententia eſt. *Chriſtus ante primum aduentum* (ait Iacobus de Voragine ex Ordine Prædicatorum, & Epiſcopus Ianuenſis de D. Franciſco) *qui erat miſericordiæ, præmiſit Angelum, ſcilicet B. Ioannem Baptiſtam, ante verò ſecundum aduentum ſuæ iuſtitiæ præmiſit alterum Angelum, ſcilicet*

D. Franciſ. alter Angelus, ac [illegible] illi præcurſor.

B.Franciſcum. Id pariter de D.Dominico fatendum, vt ex mox dicendis apparebit.

III Præfulſiſſeque hoſce duos Angelos,ac conſodales & amicos, alterum Hiſpanicum, Italũ alterum, veluti duas nouas Stellas eo modo, quo paulò ante D.Anton.protulerat, res proſectò compertiſſima;imò & longe ante eorum ortum plurimis tranſactis ſæculis, & ætatibus, nimirum ann.pluſquam 1900. & fortè 2300.& amplius; tum pro eorum munere in præcurrendo Chriſti Aduentu in iudicio, tum etiam & pro eorum dignitate Oraculis propheticis ſub forma etiam duarum Stellarum vaticinatos fuiſſe; Hiſtorici omnes. qui de hac re ſcripſere, communiter ſetunt. Peculiares, quos citat Vadingus noſter in apparatu ad Annales §.1. Bartholomæus Piſanus lib.1.conformitatum cap.15.Ioannes Gerſon in vita D.Dominici. Petrus Rodulphus lib.1.Hiſtoriæ Seraphicæ.Henricus Sedulius in Elogijs S.Franciſci, & alij.

IV Reſcribam vaticinium ex eodem Vadingo, nam inde apparebit,quali ſuprascripta calculatio noſtra rationi tempori correſpondeat. Pronunciauit illud Sybilla Erithræa, quæ in ordine Sybillarum floruit quinta, quæque multa prædixit de Chriſti aduentu, de Eccleſiæ ſtatu, de nouiſſimo Iudicio. *In vltima ætate* (ait) *humiliabitur Deus, & humiliabitur Proles Diuina; Iungetur humanitati Diuinitas; Iacebit in fœno Agnus, & puellari officio decubabitur Deus, & homo*. Et infra: *Erit autem Beſtia horribilis, ab Oriente veniens, Stellæ quoque duæ donec veniat abominatio, & voluntas Altiſſimi conſummetur*. Vbi per beſtiam horribilem intelligunt citati Auctores, quos ſequitur Ioãnes Villanæus lib.5.cap.34.Mahometem, inſignem Antichriſti præcurſorem,imò inter eos plurimos, & communes Antichriſtos,de quibus textus ſacer epiſt.1.Ioan.cap.2. *Nunc Antichriſti multi ſunt*, vnicus, ac præcipuus in Chriſtianos omnes Anteſignanus. Qui ſectam ſuam inchoauit ſub Romano Pontifice Honorio I. qui creatus fuit anno 626.& ſub Imperatore Heraclio, & anno 629. Regnum Saracenorum occupauit. At per duas Stellas duos hoſce Patriarchas intelligunt, qui quaſi Stellæ in medio nebulæ claris vitæ, & doctrinæ apoſtolicæ fulgoribus Orbem terrarum illuſtrarunt.

Sybillæ Erithreæ Vaticinium.

Mahometes Antichriſti Præcurſor, & Antichriſtus nõ proprius.

V Sed per abominationem (in cuius aduentum hę Stellæ vel denuò apparebunt aduerſus eam per anticipatam reſurrectionem, reſurrectionem generalem anticipantem, vt nonnullorum pietas coniectauit, vel melius per earum Ordines vſque ad ipſam peruenient, & tunc quando voluntas Altiſſimi cõſumabitur iuxta phraſim illius vaticinij, ac verborum conſtructionem) intelligenda eſt illa eadem abominatio, de qua loquitur Chriſtus in c.24.Matth. ex Daniele ad literam, quod de vltimo Antichriſto, iuxta alteram ſenten-

Antichriſtus vltimus dictus abominatio.

ſententiam ex duabus, quas refert Diuus Hyeron. in lib.4. Comment.ſuper illum locum, exponi poſſe, ipſemet Auctor teſtatur.

VI Tangit cum vaticinio ipſo hanc ſententiam D.Bonauentura in poſtremo ſymbolo ex ſeptem alijs, quæ concinnis paralellis, Seraphico Oratore valdè dignis, dum proponit, ea modò hic annectam, nec puto me grauare lectorem. Septem Paralella D.Bonau.de DD. Dominico,& Franciſco.

1 Paralellum ex Gen.cap.1.ſic proponitur, & explicatur. *Hi ſunt (ad gloriam Dei loquamur, non noſtram) duo magna luminaria, quæ lumine cæleſti ſedentes in tenebris, & vmbra mortis vbique terrarum illuminant, & miniſtrant.*

2 Ex Numerorum c.10. *Hi ſunt duæ tubæ veri Moyſis Chriſti Dei noſtri, quorum miniſterio multitudinem populorum iam ad ſuum principium conuocauit.*

3 Ex Exodo c.25. *Hi ſunt duo Cherubin pleni ſcientia, mutuo ſe recipientes, dum idem ſentiunt, & alas ſuas extendentes ad populum, dum ipſum verbis, & exemplis protegunt, & diſcurrunt ſecundum Obedientiæ volatum ſuper omnem populum, diſſeminando ſcientiam ſalutarem.*

4 Ex Cant.cap.4. *Hi duo ſunt vbera Sponſæ, ex quibus paruuli in Chriſto lac ſugunt, quo nutriantur, & augumenta ſumant in ſalutem.*

5 Ex cap.4.Zachariæ. *Hi ſunt duo filij olei ſplendoris, qui aſſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ, prompti ad eius imperium quocumque voluntas eius eos duxerit ſuam legationem implere.*

6 Apocalyp.11. *Hi ſunt duo teſtes Chriſti, qui ſaccis amicti iam prædicant, & teſtimonium perhibent veritati.*

7 Et vltimum vaticinium, & ad rem noſtram valde conſonum Sybillinum eſt, & hiſce verbis expreſſum. *Hi ſunt duæ Stellæ, quæ ſecundum Sybillinum vaticinium habent ſpecies quatuor animaliũ in diebus nouiſſimis nomine Agni vociferantes in directionem humilitatis, & voluntariæ paupertatis.* Ita Seraphicus Doctor in Epiſtola ad omnes Prædicatores,& Minores apud Petrum Rodulphum lib.2. Hiſtor.Seraphicæ, & alios. Vide ſuper hanc rem teſtem oculatum Iacobum de Vitriaco S.R.E.Cardinalem, qui obijt anno 1240.

VII Sunt & alia Oracula de hiſce Patriarchis apud eundem Vadingum, & illud maximè de duobus virgis, de quibus Zacharias cap.2.& ex eo Diuus Antonius 3. parte Hiſtor. tit. 23. cap.1. §.1.iuxta Abbatis Ioachimi expoſitionem; vnde apparet, quod ſub benignis harum Stellarum aſpectibus, & influxibus, illæ duæ virgæ (& quidem vigilantiſſimæ, atque rectiſſimæ: has enim pro ſe ſpeciali dilectione aſſumpſit Deus) exortæ ſint, quæ eorum Ordines ſymbolicè denotabant. *Aſſumpſi mibi* (ait textus) *duas* Harum Stellarum influxibus duę virgæ exortæ.

virgas

virgas, vnam appellaui decorem, alteram funiculum, & paui gregem. Eius interpretatio ex præfato Abbate ſic ſe habet. *Virgæ duæ* (ait D. Antoninus) *ſunt duo Ordines Mendicantium; Virgæ rectæ, ſanctitate exiles, & graciles auctoritate, percutientes doctrina auctoritate. Decor eſt Ordo Prædicatorum, per habitum decorum, quaſi Prælatorum deſignatus. Funiculus dicitur Ordo Minorum, quia funiculo manifeſto cinguntur, & ſequitur, & paui gregem, ideſt populum Chriſtianum doctrina eorum.* Vtriuſque huius Virgæ mutuam, & amicam excellentiam largius proſequitur Marianus Florentinus in prologo ſui faſciculi Chronicorum.

Sybillæ Erithrææ tempora.

VIII Sybilla Erithræa viuebat, vel ſub Regibus Iuda Achaz, aut Ezechia, & Romulo Romæ conditore, vt vult D. Auguſtinus lib. 18. de Ciuit. Dei. cap. 23. vel Belli Troiani tempore, vt placet quibuſdam, quos tacito nomine idem Auguſtinus citat ibidem ad finem. Prior ſententia exiſtimatur ſolidior, ac melior, poſterior verò minus probabilis. Ex vtraque traham modò calculationem meam ſupra memoratam, iuxta Chronologiam Cardinalis Bellarmini in hunc modum. Troia euerſa fuit annis mundi 2821. ſub Dercilo Aſſiriorum Monarcha, & Atalo Hæbreorum Iudice, ac Principe. Chriſtus naſcitur iuxta eandem annis mundi 3984. ſub Octauiano Auguſto, extincto iam Aegyptiorum Regno, & ſub Herode Aſcalonita, Rege Iudæorum. Quæ numeratio ſi vera eſt (nam circa hanc materiam quot Chronologiæ, tot ſententiæ, vt aduertit Baronius in Marr Rom. die 25. Decemb.) ſequitur ex ea, quod vaticinium illud Sybillinum de noſtris Parentibus, ac Patriarchis ortum præceſſerit D. Dominici annis 2810. B. Franciſci verò 2820. Nam natus eſt D. Dominicus Caralogæ ex illuſtri Guſmanorum Familia anno Domini 1170. ſub Alexandro Tertio, & Federico Primo Imperatore Barbarubra. B. Franciſcus verò ſub eodem Cæſare, & ſub Lucio Tertio anno Domini 1181. Quia verò neſcimus, an ea Sybilla ſub principio, vel ad finem Troiani Belli floruerit, hac de re Troiæ euerſionẽ ſumpſimus pro noſtræ calculationis argumento.

Troia quãdo euerſa.

Roma condita.

IX Verum iuxta principaliorem ſententiam numerus prædictus minus erit annis 889. Quandoquidem Roma condita eſt (teſte eodem Bellarmino) anno 12. Regis Achaz, mundi verò 3233. Sed Propheta Zacharias vnde deſumpſit vaticinium ſuum ex Abbate Ioachino D. Antoninus citatus, poſterior fuit Sybilla Erithræa annis pluſquam 200. Prophetauit enim anno ſecundo Darij Idaſpis, qui fuit quartus Perſarum Monarcha poſt Cyrum. Ac proinde ex eodem Bellarmino lib. de Scriptoribus Eccleſ. Teſtam. veteris, viuebat idem Zacharias anno mundi 3465. Igitur vaticinium Sybillinum de duabus Stellis vetuſtiſſimum, ac longiſ-

ſimum

ſimum eſt,licet prior calculatio non ita probabilis ſit, ſicut poſterior, quæ dum prior ſententiæ, quam primo loco refert Auguſtinus propter ſuam maiorem ſoliditatem, innititur, annis ferè bis mille earum ortum præceſſit.

X Orta ex Iacob Stella Chriſto ſeptem Iudæorum hæreſes Antichriſti tyrannidem præcurrebant, ſcribit Epiphanius in 1.lib. ſui Panarij contra 80.hæreſes. Harum omnium, & aliarum ſuccedentium poſt Chriſtum matres quinque, quarum prima gens Barbara, ſecunda Scitica, ab ea exorta, tertia Græcanica, quarta Iudæa, omnium origine prima, quinta Samaritana, vnde Simon Magus omnium Hæreſiarcharum pater, & princeps in noua lege. Illarum ſeptem hæreſum Sectatores, Sadducæi, ſcribę, phariſæi (ex hac erat Diuus Paulus, vt ipſe teſtatur cap. 23. & 26. in Actibus Apoſtolorum) ſecta nobiliſſima, & præſtantiſſima apud Iudæos, vt ex textu Græco aduertit Cornel. à Lapide in procem.epiſt.D.Paul. Hermorobaptiſtæ, Oſſæi, Nazarei, Herodiani. Ex Iudæis orti Samaritæ, in quatuor ſectas, hæreſeſque diuiſi. Dicebantur enim alij Gorreni, alij Iebuſæi, Eſſeni alij, alij verò Doſithei. De eius dogmatibus idem Epiphanius, & ex eo Cardinalis Baronius in app. Annalium. In plenitudine temporis *Statim acceſſit* (ait idem Epiphan.ibidem) *Domini noſtri Ieſu Chriſti in carnem aduentus, qui ſanè relatas ſeptem hæredes deprehendit Hieroſolymis. Extinxit autem præſentia eius, atque diſſipauit.*

Hæreſes Iudæorum naſcente ſtella ex Iacob.

Hæreſes Samaritanorũ.

Chriſtus præſentia ſuaom nes Iudæorũ hæreſes extinxit.

XI Epiphanij veſtigia ſequutus eſt, Eccleſiæ Hebrææ ſtatum tempore aduentus Chriſti deſcribens, Baronius in citato ſuo Annalium apparatu. Quemadmodum & in ſuo Baronij ingenium, morem, ordinemque deinde imitatus eſt Vadingus noſter, eius amicus, ac dignus emulator, qui non ſine optima ratione Eccleſiæ Romanæ ſtatum in aduentu, ac ortu harum duarum Stellarum in principio demonſtrare ſtuduit. Talium enim Stellarum apparitio pro Stella ex Iacob orta ordinata erat, ipſiſque valdè in quamplurimis ſimillima, prout deindè exitus probauit acta; ac per conſequens ex ipſius Eccleſiæ Chriſtianæ ſtatu, ſtatui Eccleſiæ Hebrææ, nec ſine modico exceſſu, vt infra dicemus, reſpondente, multum quidem congruebat, vt in ipſarum Stellarum aduentu hæc eadem paritas monſtraretur.

XII Itaque Vadingus fauſto præclari operis ſui apparatui, infauſtum totius Orbis Chriſtiani, tragicumque pulchra antitheſi opponit apparatum; ibi enim in priori §. multis, ac varijs argumentis Eccleſiæ Chriſtianæ incredibiles ærumnas, luctuoſas peripetias, & ea omnia, quæ ad totalem eius interitum moliri Satanas tunc valebat, lepido, ac graui ſtylo (vt in toto Annalium opere aſſolet) patefacit. Sic primum pro eius exordio magnam Dei

proui-

Status Eccleſiæ in ortu Dominici, & Fräciſci valde infelix.

prouidentiam erga Eccleſiam ſuam, & ſi vndequaque afflictam, aperit, ingentemque eius calamitatem, extremamque miſeriam in vtroque imperio ſub ortu Diuorum Dominici, & Franciſci; mox ſtatim tranſit ad plurimas hæreſes, & hæreticos, qui tunc extabant, quique radicale excidium Matri Eccleſiæ, à qua aberrabant per apoſtaſiam, de proximo moliebantur. Hinc Valdenſium, Albigenſium, familiæ amoris ſectarios; illinc verò haud paucos pertinaciter dogmatizantes ſub Innocentio Tertio deſcribit. Inde ad Maronitas, & Georgianos in Oriente dirigit calamum, & ad alias ſectas in Italia, & ad illas etiam, quas nuncupant Catarorum, & Paratenorum.

XIII Porrò perſecutionem maximam in Eccleſiam à Friderico excitatam tangit, atque Henrici Quinti eius filij indigniſſimam, turpemque crudelitatem, moxque ad illam deuenit, qua Otho Quartus in ipſam Eccleſiam inſurrexit, quaque Fridericus Secundus omnibus tyrannis immanior tyrannus eam perſequutus eſt. Narrat inſuper Orientis, & Septemptrionis Imperium, ac Regna valdè turbulenta, & quod grauius erat innumera deterrima execrabilia in Chriſtum vitia, crimina, ac ſcelera. Denique annectit, oſtenditque Deum, Eccleſiæ ſuæ diu laboranti ſubuenientem, & quomodo ante malorum remedium nouam, acrioremque inferat tribulationem; nihilque Auctor affert, quod exemplis hiſtoricis, ſcripturis, ac Patrum ſententijs demonſtret; additque, vt principijs media, media fini correſpondeant; ad has diaboli acies debellandas exortos fuiſſe Ordines Prædicatorum, & Minorum, & ad id demonſtrandum (licet ſit ipſo Sole clarius, vtitur illis Scriptoribus, qui eodemet penè tempore Diuorum Dominici, & Franciſci viuebant, vel ſaltem ipſis erant viciniores.

Ordo Prædicatorum ſub fauſta Dominici ſtella.

XIV Ordo Prædicatorum ſub auſpicatiſſima ſui Parentis, ac Patriarchæ Dominici Stella, illas acies, & maximè eam Albigenſium, quæ validior erat, & magis, ac magis in animarum perniciem graſſabatur, feliciſſimè profligauit. Stella hæc in vtero matris, illam digno Cælo geſtantis, ceu canicularis, antequam caniculari tempore ad lucem egrederetur, apparuit, & adeò accenſa, ac flammifera, vt dicat Eccleſiaſtica Hiſtoria in eius officio die 4. Auguſti. *Huius mater grauida ſibi viſa eſt in quiete continere in aluo catulum ore proferentem facem, qua editus in lucem, Orbem terrarum incenderet*. Fuitne viſio iſta vana, ceu vt plurimum vana ſunt ea, quæ ſomniando mulieres vident? Abſit, nam hiſtoria ſic ſtatim, *Quo ſomnio ſignificabat, fore vt ſplendore ſanctitatis, ac doctrinæ gentes ad Chriſtianam pietatem inflammarentur. Veritatem exitus comprobauit, id enim & præſtitit per ſe, & per ſui Ordinis ſocios deinceps conſequutus eſt.*

Stella Canicularis Diu. Dominicus in vtero matris.

Lucerna

XV Lucerna lucens, & ardens fuit Ioannes Baptiſta in vtero matris, vt Chriſtus teſtatus eſt in cap.5.Io. Dominicus verò Stella canicularis extitit, multa luce, ac ardore circundata. Illa lucerna aduentum Solis Iuſtitię pręcurſura, tenebras originalis culpæ gratia ſanctificationis diſſipare antea debebat. Sic ſtella canicularis D.Dominicus, vt Chriſti aduentum in iudicio contra Antichriſtum expeditori greſſu pręcurreret, illud tempus in eius apparitione ordinauit Deus, quo Eccleſia Chriſtiana, ceù tempore Pręcurſoris Eccleſia Hebręa vexabatur. Hinc factum, vt baptiſmatis tempore etiam in fronte Dominici adhuc pueruli eadem Stella, mirifico ſplendore fulgente, contueretur. Quod ergo aſſeritur, & creditur de Ioanne Baptiſta in ſuę ſanctitatis argumentum, de D.Dominico, & Franciſco dicimus piè verbis Petri Chriſologi ex ſer.87. mutatis tantum lucernę, & Ioannis nominibus. *In Dominico, & Franciſco, qui velut ſydus natus eſt, teſte D.Bonauent. Dominus accendit ſui luminis, & præmiſit ſtellam, vt deguſtato lumine, ipſe iam Diuini Solis iubar, ipſum præferrent oculi hominum, nocti aſſueti, ipſam Deitatis caperent claritatem. Vt ille denſas noctis placido lumine aperiret tenebras, ipſe noctis neſcium diem iam deſiderantibus ad lucem perpetem redonaret.* Quod egregio teſtimonio explicat de Magorum Stella, inquiens ſtatim. *Hinc eſt, quod Magos adhuc noctis incolas, & totis obſtupeſcentes oculis, tenuiter micans ſtella aſſuefacit ad lucem, & gradatim pertrahit ad ipſum fontem luminis, & dierum.*

Comparatio inter lucernam. Io. Baptiſtæ, & Stellam D. Dominici.

Stella in fronte Dominici viſa.

XVI Ad noſtri argumenti probationem, voluit Deus, vt prior in illuſtri familia ſua, qui Dominicus in Baptiſmate vocaretur, vocaretur Dominicus; ſicut enim primus fuit Chriſti Præcurſor, qui in Zachariæ Cognatione Ioannes diceretur, ita prior nuncupandus erat (etſi non tempore primus) multis ex cauſis Dominicus inter ſex alios Dominicos, & omnes Sanctos, de quibus mentio apud Martyrologium Romanum; quique præceſſerunt Dominicum noſtrum, ita vocatum in memoria S.Dominici de Silos Monaci, & Abbatis. Hic apparuit D.Ioannæ de Aza ad illius Sepulchrum oranti, monuitq; eam de nouæ prolis felicitate; Hic S.Abbas Dominicum noſtrum annis 100.anteceſſit. At vetuſtiores ipſo fuere alii Sancti eiuſdem nominis, ſcilicet,

Nomen Dominicus in cognatione ſua primum.

Dominica Virgo, & Martyr ſub Diocletiano, 6.Iulii.
Dominicus Abbas Sorę 22.Ianuarii 1031.
Dominicus Loricatus 14.Octobris 1050.
Dominicus Calciatenſis Confeſſor 12 Maii 1060.
Dominicus Epiſcopus Brixien. 20.Decemb.
Dominicus Martyr ſimul cum Victore, & aliis 23.Decemb.

Alij Dominici, qui præceſſerant D. Dominicum

Neminem ex hiſce Dominicis ad reparationem Eccleſiæ ſuæ ele-

git Deus, & ad illum Ordinem inſtituendum, cuius doctrina, ac ſanctitas vniuerſum Orbem docere, & illuſtrare debebat.

Primum omnium SS. Domin. Dominicus.

XVII Igitur primus omnium horũ Dominicorũ noſter Dominicus dicendus eſt, tũ quia primus omniũ illud antiquum nomen, veluti nouum inter mortales effecit, ac ad nouam quamdam eminentiam ſublimauit; tum etiam quia prior extitit ad illud munus ſubeundum, quod nullus alius eorum ante ipſum promeruit. Quo pacto tradit D. Paulus de nomine Ieſu, quod eſt ſuper omne nomen, etſi multos Ieſus in veteri teſtamento reperiamus. Coniecturam haud leuem afferrent quoque pro eodem argumento

Prodigia naſcente Dominico viſa.

1 Tres Soles illi, qui naſcente Dominico exorti ſunt, quique mox vnus Sol euaſerunt, & iſte ſolus occidit.

2 Tres illę Lunę, quę pauló poſt viſę ſunt in Cęlo.

3 Stella illa, quę miro lumine in fronte Infantuli Dominici vix baptizati apparuit, ſed de hoc pauló poſt.

4 Examen Apum in ore Dominici, incunabulis obdormientis repertum. Tres Soles, nempè ſanctitas vitę cum gratia miraculorum; claritas doctrinæ cum cęleſtis ſapientię lumine; Puritas caſtimoniæ cum virginitatis candore vnum nouum Solem in vnico Dominico effecerunt. Occidit hic magnus Sol mundanis rebus, vt magis exoriretur Diuinis. Tres Lunas per ſe, ac per ſuum Ordinem exterruit, profligauitque; nam ſignificabant, vt Scriptores vitæ Dominici interpretantur, tres errores de recenti exorti, ſcilicet, Albigentium, Valdenſium, ac Schiſmaticorum. Eius Apoſtolica prædicatio ſuper mel, & fauum auribus Dei dulcis extitit, ac propterea in præfato Apum examine præfigurata, cuius ſuauiſſimus liquor Satanæ, eiuſque ſectatoribus amarum toxicum ſemper abundè profudit. Hæc, & ſimilia prodigia in puerulo Dominico plurimum valuerunt, ad manifeſtandam illam futuram ſanctitatem, quæ in tam nouo, ac magno cum B. Franciſco Eccleſiæ Catholicæ Reparatore conueniens erat, congruaque. Fallar, niſi ad id alludat interpretatio Diui Antonini, dum dicit, quod iſtud nomen *Dominicus*, idem ſit ac *Domini totus*: ſiquidem inter Eccleſiæ Sanctos Domini totus fuit Dominicus noſter, qui nunquam, ſub præcipua Dei tutela, dæmonis fuit, ſed ſemper ab infantia vſque ad tranſitum anno vno ſupra quinquageſimum Domini fuit. *Grata ſunt omninò nomina* (aiebat Caſſiodorus 6. Variat 7.) *quæ deſignat protinus actiones, quando tota ambiguitas audienti tollitur, vbi in vocabulo concluditur quid geratur.*

Dominici nominis interpretatio.

XVIII In iſto nomine, *Sanctus Dominicus*, ſexdecim literæ continentur, quæ ſi traſponantur, admiranda arcana vtique patefaciunt. Tria tantum hic modò proferre ſufficere poſſunt, cum ſint ad materiem, & ad Hiſtoriam de Dominico valdè conſona, & appri-

apprimè pura, quomodo etiã & puriſſimus fuit Dominicus vſque ad mortem, & puriſſima vita functus.

I.

SANCTVS DOMINICVS

Anagramma.

Canis, mundi Cuſtos

Tria arcana ex nomine S. Dominici deſumpta.

Primum.

Paraphraſis Exaſtica.

Canis.

Ore facem vibrans, genitrix ſic cernit in aluo,
Ipſe ſuos generat ſic quoque iure Deo.

Mundi.

Quem deuorare cupit Triſaucis Cerberus: Iſtam
Ordine nonne ſuo territ, & interimit.

Cuſtos.

Et generoſus adeſt tanta virtute, quod omni
Fit Chriſti gregi Spes, Charitaſque, Fides.

Iſtud Anagramma intimè reſpondet tam eſſentiæ facti, quam omnibus eius circumſtantijs, quas ſupra tetigimus de viſione matris D Dominici, &c. Etenim ſi ſtella canicularis Dominici, ingenti lumine ex vtero Parentis coruſcans, vniuerſum mundum ſedentibus in tenebris, & vmbra mortis per ſe, ac per ſuos ſocios incendere, & illuminare debuerat, iure meritò Canis Mundi Cuſtos deinde extitit Sanctus Dominicus, eo modo, quo iam explicuimus. Sed ad aliud arcanum, Stellam Pueruli Dominici in fronte viſam præſeferens.

Secundum.

I I.

SANCTVS DOMINICVS.

Anagramma.

Sidus noctu Micans.

Paraphraſis exaſtica.

Sidus.

Quale ſuo tunc, Infans cum eſſet, fronte refulſit.
Quale & poſt terram reddidit Aetheriam.

Noctu.

Falſum Dogma omne eſt nox, nox ſunt crimina, Noctes
Luce ſed hac cunctæ iam periere ſua.

Micans.

Et veluti Sol ſolus adeſt, radioque ſolamen
Sidere Sole nouo, nocte dieque nouus.

Natiuitas Dominici nomine, re, & officio noua, & Sydereis, imò & ſolaribus radijs collucens, & in nocte culpæ, & in die gratiæ

ſemper noua. Tertium, quod ſequitur, arcanum, ad eius perpetuam puritatem alludit, includitque ex conſequenti prædictam mundationem.

Tertium.

III

SANCTVS DOMINICVS.

Anagramma.

Ducs caſtus in omni.

Diſticon.

Lilium & hinc ſibi ſcutum, arma, inſigne, trophæum.
Munda hoc Religio, Munda Virago Parens.

Ordo Min. ſub Stella D. Franc.

XIX Ordo Minorum ſub Franciſci Stella & ipſe in totius Eccleſiæ iuuamen auſpicatiſſimus. *Franciſcus Aſſiſius* (ait Raphael Volater. lib. 21. Antrop.) *tamquam nouus Sydus in terris apparuit, teſte Bonauent. qui eius vitam exequitur, Conſeruatoris noſtri ferè per omnia typum geſſit*. Romanus Pont. Gregorius Nonus habens ſermonem in Canonizatione B. Franciſci, nullum aliud thema ſelegit, niſi illud Eccl. 10. *Quaſi Stella matutina*, &c. Vadind. tom. 1. ad ann. 1227. num. 4. Peculiare nomen retinuit Franciſcus, etſi in Baptiſmate à matre Ioannes vocaretur, non ob reuerentiam erga genitorem, qui ita nuncupari voluit, rediens ex Gallia, vbi diuitem, ac nobilem mercaturam exercebat, ſed id, Deo ordinante, vt in famulo ſuo etiam primum, ſicuti & in Dominico, illud nomen reſonaret.

Nomen Frãciſcus in Frãciſco primũ

Cum eis ſortum nouum ſignum in Cælo.

XX Igitur Stellæ iſtæ ad hæreſum, ſchiſmatum, tyrannidum, criminum, in quorum medio vniuerſa Eccleſia cum Petri nauicula extremè naufragabat, dum poſtremã Orbis terrarum abominationem præcurrebant, ad infauſtum, infelixque prognoſticum exortæ ſunt. Propterea non immeritò aliud cæleſte ſignum cum eis conſociabatur, quod cum eis pariter nunc infelicia malignantium Eccleſiæ, tot, tantorumque ſcelerum varietate conflatæ, euenta, nunc id ſocijs ſuis, & Chriſti Eccleſiæ in Antichriſti dedecus felicia, auſpicataque de vicino promittebat prognoſtica. *Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyades, & interiora Auſtri*, vt Iob fatetur cap. 9. fecit & cum his quatuor rebus duas nouas Stellas, de quibus nunc ſcribimus. Quod ſic oſtendam ex D. Antonii doctrina loco citato, iuxta ſenſum miſticum, reducendo generalitatem ad proprium argumentum. In ſeptem Arcturi Stellis, intelligit Sanctus Doctor ſub Plauſtri forma quinque ſenſus corporis, cui addit ſpem, & timorem, veluti duas Vaccas Arcam Dei trahentes ſuper plauſtrum nouum vſque ad Bethſames, quæ interpretatur Domus Solis, vt habetur 1. Reg. 6. Dicamus modò in hunc modum cum eodem interprete, addendo Dominici, & Franciſci nomina.

Corpus humanum plauſtrum ſymbolicum.

mina. Corpus ſuum Dominicus, vti & ſuum Franciſcus ſemper, vt debuit, voluit *in operibus miſericordiæ*. Semper in vtriſque nouum hoc corpus extitit, *ſatisfactione pœnitentiæ*. Semper *Arcam Obedientiæ* detulerunt, *eã ſpes, & timor vſque ad domũ Solis, ideſt vitæ æternæ manſionem, in qua habitat Sol Iuſtitiæ*, feliciter ducentes.

Orion & inſeparabilis quoque à nouis Dominici, & Franciſci Stellis; ſiquidem *Orion in ipſo pondere hyemalis temporis exoriens ortu ſuo imbres, & tempeſtates emittit*. Eſt namque Stella à gladio dicta, eo quod ſit armata vt gladius, & Stellarum luce terribilis, & clariſſima.

Orion cum Domin. & Franc. ſtellis Hyades etiã cum eiuſdẽ ſtellis.

Pariter in hiſce Patriarchis, eorumque Ordinibus *Orion contritionis cordis, & oris confeſſionis, quæ lacrimarum imbres, & diſciplinæ, & ieiunij, & abſtinentiæ*, continuò emittentes contra carnem, mundum, & diabolum, imbres, & tempeſtates cæleſtes excitarant, prout & in dies excitant, aduerſus imbres, & tempeſtates terreſtres, & infernales, vndè tam crebrò Nauicula Petri tunc ipſis exorientibus quatiebatur.

In hiſce nouis Stellis & quinque ſimul Stellæ, quibus Hyades efformatur: dum enim hæ quinque ſtellæ quinque D. Pauli verba ſignificant ex 1. Corinth. 4. *Nimirum verbum orationis, laudis, conſilij, exhortationis, confeſſionis*, nõnè ferè quæ de noſtris Patriarchis exprimi poſſunt, ad viuum repræſentant?

Hyades etiã cum eiſdem Stellis.

XXI Et quid dicam de Auſtri interioribus, quæ ſimul cum præfatis aſtris à Iob aſſociantur? Si Auſter, cum ſit ventus calidus, Spiritus Sancti ſymbola explicat, meritò ait Sponſa, & in ea vterque Patriarca, Cant. 4. *Surge Aquilo, veni Auſter, & perſla in hortum meum, & fluant aromata illius*. Diabolus (ait noſter interpres) veluti alter Aquilo tunc ligat aquas, cum malitiæ frigore reſtringit aquas compunctionis in corde peccatoris. Eodẽ modo clamauerunt ad inuicem hi duo ad nouum, ac peregrinum illud opus de reparanda Eccleſia, ad quod delecti fuerunt, & ſingularẽ à Deo gratiam, & beneficia adepti ſunt. Vtraque in eis plena Dei ſpiritu mens ſemper aiebat: *Surge Aquilo, longe abi, & recede. Veni Auſter, veni Sancte Spiritus, perſla in hortum conſcientiæ meæ, fluant aromata illius in illis lacrimis, ac fletibus, quæ in conſpectu Domini redolent ſuper omnia aromata*. *Interiora Auſtri* in Dominico, & Franciſco ſub commemorato ſigno, *ſecretum cordis, gaudium mentis, ſuauitas internæ dulcedinis, quæ Spiritus Sãcti ſunt quaſi quædam ſecreta interiora, quibus ipſe inhabitat, & habitando ſui amoris ſuaui aura perſlat*.

Interiora auſtri.

Aquilo Diabolus myſticè.

XXII Ex his deindè innumeros influxus, & omnes auſpicatiſſimos hauſit Eccleſia, & tunc quando nil aliud expectabat (valdè

iam

iam nigra in ſuorum filiorum ſceleribus effecta) quam extremam in ſui excidium incinerationem. Id enim indicare videbatur viſio illa D.Dominico oſtenſa, de qua Surius tom. 4. & alij. Vbi Chriſti manus dextera, in quam incidere valdè horrendum, tribus fulminibus armata erat, & ante filium, ingenti indignatione excandeſcentem, Parens Virgo genuflexa, & in faciem ſuam proſtrata, oſtendens ei, quem precibus, ac fletibus placare conabatur, ne mundum explanctaret, Dominicum, & Franciſcum.

D.Dominici cæleſtis viſio antequã cognoſceret Franciſcum.

Reſtaurauit genus humanum Chriſtus, Eccleſiam Chriſtianam, ac Romanam per ſe, & per ſuos Apoſtolos fundando. *Magna feciſſe in homine, & pro homine antequam fieret homo, parum, ſed eadem reparaſſe magnum*, ait Diuus Baſilius. Reparauit denuò, & reſtaurauit Eccleſiam ſuam ruinæ valdè proximam idem Chriſtus, ſed per Beatos, ac nouos Apoſtolos Dominicum, & Franciſcum. Hæc reparatio, ac reſtauratio etiam magna, ſemper enim reparatio magnum laborem ſolet afferre. Nec mirum, cum dixerit idem Chriſtus de ſeruis ſuis, *Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet, &c.* Et ſicut ſe geſſit in fundanda Eccleſia ſua, ita pariter & in eius reparatione, vt meritò prædicarit Cornelius Muſſus Epiſcopus Bituntinus ex Ordine Minorum in Dominica 2. poſt Paſcha. *Initio annunciationis Euangelicæ, cum verbum Domini Iudæis, & Ethnicis prædicaretur, duo electi ſunt Apoſtoli, Petrus, & Paulus. Cum mundus in tanta prolapſus eſſet vitia, & Dominus pietate motus voluit illum reformare, non elegit vnum tantum, ſed duos: vnum Cherubicum Dominicum, & Franciſcum Seraphicum, duo corpora, ſed vnam animam.*

Magna res, & ingens beneficium reparatio Eccleſiæ.

Eandem animæ vnitatem perpenditur in opere eccleſiaſticæ reparationis, ac reſtaurationis, in duabus Hierarchijs, altera Prædicatorum, altera Minorum, fundatæ, D.Antoninus in cap 1. Hiſt. p. 3. tit. 29. Ait enim, illam vitæ Chriſti conformem demonſtrans, in hunc modum. *Hi vtique ſunt duæ oliuæ pinguedine dilectionis, & deuotionis, & duo candelabra lucentia ante Dominum, Orbem doctrina illuſtrantia. Hi duo Cherubim ſapientia plena, obumbrantia propitiatorium, necnon & duo Seraphim charitate ardentia, clamantia, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Dominus Deus Sabaoth, & implentia omnem terram gloria eius documentis, & exemplis. Hi ſtatus Mendicantium, vtrumq; ſtatum videntur comprehendere Prælatorum Eccleſiæ Epiſcoporum, & aliorum quoad actum doctrinæ, & prædicationis, ſpectantis ad vitam actiuam, & ſtatum Religioſorum, ſeu Monachorum deſeruientium contemplatiuæ, quo ad ceremonias regulares, & officia, vndè dici poteſt vita mixta, quã & perfectiſſimam tenuit Chriſtus.*

Intima vnitas animarũ inter Dominicũ, & Franciſcum.

Simi-

Similia habet M.Antonius Coccius Sabellicus lib.1.Aennead.9. nuncupatq; Dominicum, & Franciſcum, *duo lumina, quibus multum maxima parte orthodoxa creuit fides*. Concordatque Thomas Bozius lib.7.de ſignis Eccleſiæ cap.1.comparans cum D.Antonino Dominicum, & Franciſcum duobus Candelabris Apocal. 11. *Ab his enim*, ait, *verè dicta eſt Eccleſia, domus ruinam quodammodo minans, inſtitutis ſuis, & cæleſtis vitæ innocentia ſuſtentari*.

Inſtituti Or. Præd.& Min ſuſtentāt Eccleſiam.

XXIII Tria fulmina erant illa, quæ Romæ in Chriſti dextera in extaſim raptus contuitus eſt Dominicus. Ad ea retundenda, ac extinguenda Virginis interceſſione, veluti duæ ſtellæ miſſi Apoſtolici homines Dominicus, & Franciſcus. Vnuſquiſque tribus radiis ea penitus retraxit, & ab exterminio humanum genus. *Venerunt namque* (teſte Iacobo de Voragine ſerm.2.de S.Franciſco, de quo tantum loquitur, ſed Franciſcus cum Dominico venit) *portantes ſecum tres radios, ſcilicet radium doctrinarum, per quem illuminauerunt obſcuros. Radium exemplorum, per quem inflammauerunt tepidos. Radium miraculorum, per quem conuerterunt obſtinatos. Ipſi enim excuſſerunt ignorantiam in erroneis radio doctrinarum. Negligentiam in tepidis radio exemplorum. Duritiā in obſtinatis radio miraculorum.*

Tribus fulminibus in dextera Chriſti indignati à Dominico viſis, tres radij ſtellarū Dominici, & Franciſci oppoſiti.

XXIV Quod igitur in apparitione Stellæ Chriſti, ex Iacob ortæ, intonuit Paulus Apoſtolus, & cum eo Eccleſia in die Circumciſionis Domini, & ex illis D. Bonauentura in exordio prologi vitæ B.Franciſci, id totus Chriſtianus Orbis in harum Stellarum paralellarum apparitione intonare neceſſe eſt, ne earum beneficiorum immemor arguatur, vt ingratus. Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri diebus iſtis nouiſſimis in ſeruis ſuis Dominico, & Frāciſco omnibus verè humilibus, & ſanctæ paupertatis amicis, qui ſuperfluentem in eis Dei miſericordiam venerantes, ipſorum erudiuntur exemplo, impietatem, & ſæcularia deſideria funditus abnegare, Chriſto conformiter viuere, & ad beatam ſpem deſiderio indefeſſo ſitire. In ipſos namque vt verè pauperculos, & contritos, tanta Deus excelſus benignitatis condeſcentione reſpexit, quod nō ſolum de mundiali cōuerſationis puluere ſuſcitauit egenos; verum etiam euangelicæ perfectionis profeſſores, duces, atq; præcones in lucem dedit credentium, vt teſtimonium perhibendo de lumine, viam lucis, & pacis ad corda fidelium Domino præpararent.

Apparuit gratia Dei in ſtellarum Dominici, & Frāciſci apparitione.

Maxima Dei condeſcendētia in his ſtellis, præcurſoris Chriſti æmulis.

XXV Hi etenim quaſi duæ ſtellæ matutinæ in medio nebulæ claris vitæ, & doctrinæ micantes fulgoribus, ſedentes in tenebris, & vmbra mortis irradiatione præfulgida direxerunt in lucem, & tamquam geminus arcus refulgens inter nebulas gloriæ ſignum in ſe Dominici fœderis repræſentans, pacem, & ſalutem euangelizaue-

Duæ ſtellæ in medio nebulæ.

Geminus arcus vterque eorum.

zauerunt hominibus, exiſtens vterque Angelus veræ pacis ſecundum imitatoriam quoque ſimilitudinem Præcurſoris deſtinatus à Deo, vt viam pacis in deſerto altiſſimæ paupertatis tam exemplo, quam verbo pœnitentiæ prædicaret. Primum ſupernæ gratiæ vterque præuentus donis, dehinc virtutis inuictæ adauctus meritis, prophetali quoque repletus ſpiritu, necnon & Angelico deputatus officio, incendioque ſeraphico totus ignitus, & vt vir Hierarchicus curru igneo ſurſum vectus, ſicut & ipſius vitæ decurſu luculenter apparet, rationabiliter comprobatur veniſſe in ſpiritu, & virtute Eliæ. Hactenus cum D. Bonauentura de duabus Stellis Dominico, & Franciſco ſub ſignaculo diuinæ prouidentiæ clauſis, deinde in optimum Eccleſiæ reparationis augurium patefactis.

Dei præcurſores.

Angelico officio deputati.

CAPVT II.

Hierarcha Franciſci ortus temporalis, ac ſpiritualis: ex hoc veluti è conflatorio Diuini Spiritus ceù nouus Seraph, ac nouorum Seraphinorum Hierarchiæ Fundator, exiuit Franciſcus.

I. CATHOLICI, atque Apoſtolici viri, inclitique Confeſſoris Chriſti B. Franciſci vita admiranda annos 45. complexa eſt. Et cum iiſdem annis ſeptem Pontifices, & ſingulos (vno excepto) ſub eodem nomine tertios, ſcilicet Lucium Tertium, Vrbanum Tertium, Gregorium Octauum, Clementem Tertium, Innoc. Tertium, Honorium Tertium. Complexa eſt pariter Franciſci vita Imperatores tredecim, quinque occidentales, Fridericum Primum, Henricum Tertium, Philippum Primum, Othonem Quartum, Fridericum Secundum; octo verò orientales, Connenum, Andronicum Connenum, Iſaaucium Angelum, Alexium Angelum, Balduinum Belgam, Henricum, Petrum, & Robertum. Promerita quidem hæc Chronologia in pauperrimo, & humillimo viro, cuius vitam, Chriſti vitæ ſimillimam, tam ad Eccleſiaſticæ Monarchiæ, quam ad vtriuſque Imperij reparationem in ſpiritualibus ante mundi conſtitutionem Deus ab æterno peculiari modo prædeſtinarat; & vna cum præcellenti D. Dominici vita, & ad eumdem finem. Etenim annorum Dominici curricula ab anno 1170. vſque ad annum 1221. totidem prorſus Imperatores, totidem que fermè Pontifices, vnus tantum plus,

Totus S. Franciſci vitæ curſus ann. 45.

Octo Pontif. & tredecim Impp. in tota Franciſci vita.

Totidē in B. Dominici vita, ſed Pont. vnus magis.

plus, qui fuit Alexander Tertius prædeceſſor Lucij Tertij, ſequuta ſunt. Maior in Pontificum numero Hierarcha Dominicus, quia maior ſuo Franciſco in hæreticos Toloſanos euertendos, profligandoſque.

Annus Eccleſiaſticus
Ortus B. Franciſci, menſis, dies, tempus, aureus numerus.

I Natus eſt Parens noſter Euangelicus, necnon & euangelicæ vitæ reſtitutor, inſtauratorque (qui plurima conſilia euangelica in præcepta obligatoria ſub mortali commutauit, ſuiſque alumnis tradidit) in Vrbe Aſſiſij, Hieroſolymæ ad Vmbriam, vt fertur, valde conformi. Felix Vrbs, quæ talem, ac tantum meruit gignere Eccleſiæ Romanæ Reparatorem, Redemptori Chriſto ſimillimum. Noui prodigij natiuitas anno Domini 1181. ſub Romano Pontifice Lucio Tertio, & Romanorum Imperatore Friderico Primo; mors verò ſub Honorio Tertio, & Friderico Tertio anno Domini 1226. In Vrbe Aſſiſij naſcitur nouum prodigium ann. 1181.

II Lucas Vadingus noſter in appar. ad 1. tom. Ann. §. 3. defendit cum Cæſare Baronio, qui alios citat tom. 12. ad ann. 1182. hoc eodem anno B. Franciſci contigiſſe diem natalitium. Alioquin, inquit, Sanctum Patrem anno 1226. minimè obiiſſe, ſed anno vno amplius, contra omnes hiſtoricos fateri neceſſe eſſet. Verum abſurdum iſtud potius ſequitur ex ſua, ac Baroniana calculatione, quam ex alia memorata. Quis enim iuxta vulgariſſimam computandi rationem contradiceret, additionem annorum 45. vitæ Frãciſci ad annos 1181. ſui ortus, annorum 1226. quibus obiit, ſummam minimè derelinquere; ſed anno vno maiorem, ſi hæc maior ſumma è contraria ſententia protinus reſultaret? Additis enim annis 45. ad annos 1182. annos complent 1127. qui intantum 1226. annos efficerent, inquantum diceremus, Franciſcum vixiſſe annos 44. Igitur & annos 45. vixit B. Franciſcus, & annis 1226, obiit, poſita eius natiuitate cum Mariano, & aliis ſub anno 1181. Quod cum non aduerteret poſtremò Vadinghi Epitomiſta, ſentẽtiæ Magiſtri ſui ſubſcripſit. Aliis ann. 1182. ſed perperam. Sententia Mariani, & aliorum comprobatur.

III Subſcribunt etiam Baronio, & Vadingo plures ex recentioribus Franciſcanis, quorum nonnullos recenſet nouiſſimè ad cap. 1. ſui Chronologii P. Magiſter Franciſcus Bordonus, Tertii Ordinis S. Franciſci olim Generalis, poſtea Epiſcopus Suffraganeus Tuſculanenſis Emin. Card. Antonii Barberini, præteritis diebus extinctus. Vbi etiam memorat menſem, diem, tempus natiuitatis, atque Baptiſmatis Hierarchæ Franciſci: Refert enim ex fol. 149. Floreti P. Saluatoris Vitalis, natum fuiſſe mirandum puerum

Dies natalitius B. Fran. ſecundũ aliquos.

die 26. Septembris, qui erat dies Dominicus, quique Dominico ſuo, cum quo, vt naſceretur, à Domino ordinabatur, iam nomen dederat. Nam eo anno 1182. currebat litera dominicalis C. affixa prædicto diei 26. infra quem, ait, alia non reperitur: ſignum euidens, inquit, quod eo die fuit dominica circa exitum Septẽb.

IV Verum opinio hæc, ſi vera eſſet (quod tamen mihi non probatur, vt mox dicã) equidẽ non careret aliquo arcano. In menſe Septembri nata eſt B. Virgo Maria, vt veluti noua creatura, & Vnigeniti Redemptoris Mater, cum eo pariter renouaret mundum, in veterem Adam iam decrepitum, ac penè extinctum, & ſepultum. Ita pariter aliquo pacto B. Franciſcus circa eccleſiæ cum D. Dominico reparationem, quæ vt ex iſthoc arcano coniectaretur, voluit poſtea Deus, vt eodem menſe ſacra ſtigmata à Chriſto reciperet. Vnde multa cum ratione in earumdem ſacr. ſtigmatum feſto legitur euangelium D. Matth. cap. 19. *Si quis vult venire poſt me, &c.* Vbi D. Gregor. hom. 32. in euangel. *Quia Dominus, ac Redemptor noſter nouus homo venit in mundum, noua præcepta dedit mundo: vitæ etenim noſtræ veteri in vitijs enutritæ contrarietatem oppoſuit nouitatis ſuæ.* Vt nouus etiam homo venit Franciſcus in mundum, & noua præcepta dedit mundo ſupra tria vota ſolemnia, omnibus Clauſtralibus communia. Alia dicuntur præcepta eminentia, & ſunt nouem, alia æquipollentia, & ſunt duodecim, alia, quæ habent vim præcepti, & ſunt ſeptem, & omnia obligantia ſub mortali. At vbi verius, vt nouus homo, viſus eſt Franciſcus, niſi in eo menſe, in quo natus eſt, & ſtigmatizatus, ſcilicet in menſe Septembris? *Igitur nouus homo Franciſcus*, ait Bonauent. cap. 13. de ſacris ſtigm. *nouo, & ſtupendo miraculo claruit, cum ſingulari priuilegio retroactis ſæculis non conceſſo inſignitus apparuit, ſacris videlicet ſtigmatibus decoratus, deſcendit de monte, &c.*

Eius natiuitas in menſe Sept. in quo fuit à Chriſto plagatus.

Venit Franc. in mundo vt nouus homo.

V Item ex coniecturis colligit præfatus auctor, quod de die, & non de nocte natus ſit Franciſcus in ſtabulo, ab Angelo ſub Peregrini forma, eleemoſinam ad oſtium palatii Franciſci petentis, deſignato, dum eius mater, dolore partus maximè, ac non ſine vitæ periculo laborans, ædere fœtum non poterat. Peregrini enim, inquit, de die, non autem de nocte eleemoſynam petunt. Subdit mox ſtatim idem Auctor tempus Baptiſmi B. Franc. & octauum diem à natiuitate, qui erat dies tertius Octobris, per aliam coniecturam ei præfigit. Hac enim de re Chriſto Domino, qui die dominico, vt tradunt multi, ortus eſt in ſtabulo, & octauo die circumciſus, infantem ſeraphicum accommoda ratione conformat.

Virum de die an de nocte natus.

VI Verum circa eam coniecturam, quam euidens ſignum nuncupat hiſtoricus ille de die natiuitatis B. Franciſci ratione literæ

teræ dominicalis C. niſi habeat pro comperto, in præfatum diem 26. Septembris natum fuiſſe (quod apud alios Scriptores poſt accuratam multorum annorum diligentiam nondum inuenire potui) eius argumentum valdè incertum erit. Quandoquidem Seraphicus homo exiuit à mundo, & iuit ad Patrē Deum die quarta Octobris de ſabbato in ſerò, & fuit ſepultus in die dominico, vt tradit D.Bonau.cap.15. in eius vita, & ex eo omnes noſtrates, & omnis eccleſia Chriſtiana, quæ die eodem celebrat feſtum S.Franciſci. Franciſci ætas annorum 45. expleuit, ſicut etiam apud omnes res comperta. Igitur non poteſt ſolidè aſſignari litera dominicalis C. diei 26. Septembris, ſicut poſſet veriſimilius aſſignari diei 3. Octobris, in quo iuxta nonnullorum placitum obijſſe Franciſcum aſſeritur in hunc enim modum totus annorum 45. ætatis viri Dei circuitus perfectè clauderetur. Martyrologium Franciſcanum die 4. Octobris, poſtquam dixiſſet natum fuiſſe B.Franc.ann.1182. ſtatim ſubdit: *Ioannes prius vocatus à matre, eo quod circa feſtum S.Ioannis Baptiſtæ enixa*. Quod feſtum celebrat Eccleſia die Iunij 24. & propterea iuxta hanc ſententiam ætas D.Franciſci fuiſſet ann.45. minus tribus menſibus.

Sententia aliorū de die, & de menſe ortus B.Franciſci.

Similiter & ſentētia martyrol.Franciſcani.

VII Quia verò natiuitas B. Franciſci contigit anno 1181. vt probatum eſt, & eo anno litera dominicalis erat D. coniectura haud contemnenda eſſe poteſt, quod natus ſit ea die, qua mortuus, ſcilicet quarta Octobris, incidente cum eadem litera dominiali D.

Auctoris coniectura.

VIII Coniectura alia de tempore natiuitatis B.Franciſci, quatenus de die fuerit, non autem de nocte, mihi non placet: poterat enim contingere, vt Peregrinus ille valdè ſerò, & propè occaſum Solis peteret eleemoſynam; nam in hunc modum eo ſpatio temporis, quod requireretur, vt pariens Franciſci mater ſurgeret è lecto, exiret de domo, & iret in eum ſtabulum alienum propè ſuum palatium, in quo paritura erat, protrahere poterat partum.

Tēpus ortus B.Franc.

IX Hanc perantiquam, ac vulgatiſſimam, communemq. hiſtoriam tradidit nouiſſimè Auctor epitome Annalium Vadinghi in priori parte ad apparatum num.15. impreſſa hic Romæ anno præterito. Eſtque huiuſmodi, vbi principio de Vrbis Aſſiſias prærogatiuis. Aſſiſium, ait, ab antiquitate, & ſitu, ab aura ſalutari, a magna cum Hieroſolymis ſimilitudine Ciuitas pleriſq; commendata. Sed nullo titulo magis quam Franciſci ortu, educatione, & vtriuſque ſexus Ordinum, nempè fratrum Minorum, & Clariſſarum ſororum, & multa Sancta, piaque progenie.

Vrbs Aſſiſ. quā felix ex ortu, & educat. B. Franc. eiuſque Ord. Minorum, & Clariſſ. initijs.

Etenim ipſa Franciſci natiuitas, & infantia Angelicis obſequijs, & prodigijs claruit. Nam imitatione Chriſti, quam deinceps perpetuò proſequutus eſt, tunc fecit initium. Cum eius mater dies

Naſcitur in ſtabulo.

plures paritura dolores pateretur, nec fœtum edere valeret, donec ad portã domus acceſſiſſet Angelus peregrini ſpecie qui monuit Picam, non in pretioſo thalamo, ſed in ſtabulo parituram, nec prolem hanc in ſericis, ſed in fœno edendam eſſe.

X Illa liberari cupiens *ſtabulum* domui vicinum acceſſit, & vbi in fœno iacuiſſet, ſine magno labore, vel aliarum, vt aſſolet adiutorio, felicem hunc filium enixa eſt. Stabulum iſtud in Sacelli honore, vſque adhuc conſeruatur hac rudi epigraphe vetuſtis, & aureis literis inſuper liminari oſtij lapide inſcripta.

Stabulum illud oratoriũ hodie eſt.

Hoc Oratorium fuit Bouis, & Aſi-
ni ſtabulum, in quo natus eſt
Franciſcus Mundi ſpeculum.

Quam imitationem Franciſci ad vitã Chriſti, ex quo deinde principiò conuerſus coram Epiſcopo Aſſiſiatis expoliauit ſe, nuduſq; remanſit, iungens poſtremò D.Bonau.cum alia nuditate, in qua iacens in nuda terra, ſpiritum reddere ſuo Creatori æſtuabat, hæc Seraphicis verbis concluſit in cap. 14. eius vitæ. *Vt veritatis exemplo monſtraret, quod nihil erat illi commune cum mundo, in illa infirmitate tam graui, quæ omnem languorem concluſit, ſuper nudã humum ſe totum in ſpiritus feruore nudatum proſtrauit: quatenus hora illa extrema, in qua poterat adhuc hoſtis iraſci, nudus luctaretur cum nudo. Decumbans ſic in terra, ſaccina veſte depoſita, faciẽ ſolito more leuauit in Cælum, & intendens illi gloriæ totus, manu ſiniſtra dextri lateris vulnus, ne videretur, obtexit, & ait ad fratres: Ego quod meum eſt feci, quod veſtrũ eſt Chriſtus edoceat.* Et poſt pauca, vbi de veſte, à Guardiano ſibi cõmodata per obedientiam accepit, hæc alia ſtatim ſubdit.

Se Chriſto per omnia quantum ſibi licuit conformauit.

XI *Voluit certè per omnia Chriſto Crucifixo eſſe conformis, qui pauper, & dolens, & nudus in cruce pependit. Propter quod & in principio conuerſionis ſuæ nudus remanſit coram Antiſtite, & in conſummatione vitæ nudus voluit de mundo exire. Fratribuſque ſibi aſſiſtentibus in obedientia charitatis iniunxit, vt cum viderent eum eſſe defunctum, per tam longum ſpatium nudum ſuper humũ iacere permitterent, quod vnius miliarij tractum ſuauiter quis perficere poſſet. O verè Chriſtianiſſimum Virum, qui & viuens Chriſto viuenti, & moriens morienti, & mortuus mortuo perfecta eſſe ſtuduit imitatione conformis, & expreſſa promeruit ſimilitudine decorari.*

XII Aliud arcanum affert citatus Bordonus ſuper annum natiuitatis B.Franciſci (quem extitiſſe ann. 1182. & quem nos ei, & alijs gratis concedimus) ita ſcribens. Annus ipſe 1182. fuit præſagus, & figurauit tot mirabilia, quæ egit, in eo, quod annus ille fuit emboliſmalis, ideſt excedens alios communes in vna lunatione

Ortus B.Fr.i. in anno emboliſmali.

ne

ne triginta dierum, veluti arguens, Beatum Franciſcum futurum eſſe magnum virum, alios excedens inquam, plurimis virtutibus. Natus eſt ergo Franciſcus in anno 1182. emboliſmali ſecundo ex Aureo numero 5. & Epacta 24. Indictione 15. ſeu prima, ſi tunc Indictio mutabatur in Septembri, luna exiſtente 27. die 26. Septembris; eo enim anno Nouilunium accidit vltimo Auguſti, cui affixa eſt ſupradicta epacta 24. indicans nouilunium eo die contigiſſe. Paſcha fuit 28. Martii. Quod autem eo anno fuerit ſecundus emboliſmalis, deducitur ex ciclo aureorum numerorum, qui incepit anno 1178. ſub aureo 1. epacta reſpondente 10. indicante annum communem duodecim lunationum. 1179. ſub aureo 2. epacta 21. quæ vti maior indicat primum annum emboliſmalem 1180. ſub aureo 3. & epacta 11. indicante annum communem lunarem 1181. ſub aureo 4. & epacta 13. indicante pariter communem. Anno 1182. ad rem noſtram ſub aureo 5. & epacta 24. demonſtrante ſecundum annum emboliſmalem perfectiorem alijs annis communibus, denotantem, Puerum natum futurum eſſe magnum virum in Eccleſia Dei. Scio magnitudinem virtutis S. Franciſci non dependere ab influxu Lunæ, aut alterius aſtri, ſed à diuina prouidentia, & gratia Dei, nihilominus prædicta notaui, vt demonſtrarem aſtra, & cætera inſenſibilia, & ſenſibilia creata eſſe pro ſeruitute hominum, & ſeruorum Dei. Prædicta calculatio eſt vera, & certa inſpectione Kalendariorum eccleſiaſticorum apud Clauium, Ioannem Lucidum, & alios Scriptores. Hæc Bordonus.

Ex ipſo anno emboliſmali deducta aliquo pacto exceſſio ſanctitatis in Beato Franciſco.

XIII Non mirum, ſi naſcenti Franciſco, ad exaltationem exceſſus gratiæ Dei, ſuper illo ſingillatim oſtendendæ, annum excedentem aſſignent pii viri iuxta ſolitam Kalendiſtarum calculationem. Propter eundem exceſſum in omnibus Franciſci operibus ab ortu, vſque ad obitum excedentem quoque catalogum Scriptorum de eo legimus, & admiramur. Qui enim de eo, vel rebus eius non quidem incidenter (nam horum non eſt numerus) ſed ex profeſſo egerunt, elaborando aliquem librum, tractatum, opuſculum, ſermonem, poema, ad numerum 387. (nec tamen omnes ſunt) perueniunt. Qui verò in toto, vel in parte (ex profeſſo tamen) regulam explanando, exceſſum gratiæ, in viro Dei illam legem, Chriſto inſpirante, condente, non tacuerunt, ſunt 142.

Exceſſus ſcriptorũ in rebus B. Franc.

XIV Ad exceſſum gratiæ Dei natum fuiſſe Franciſcum, teſtãtur etiam epiteta 251. variorum Scriptorum, loquentium ceù per hiperbolen, & paradoxicè de Franciſci exceſſu, qui exceſſit omnem creatam cogitationem, & quaſi vt noua Dei hiperbolen, & paradoxum *venit in mundum, vt Deus ſaluaret, & repararet mũdum per ipſum*. Teſtantur idipſum 42. Bullæ, ſeu Diplomata Romano-

Epiteta 251. de B. Fran.

Diplomata Romanorũ Pontificũ, & aliorum Prælatorum.

manorum Pontificum apud ſcriptores, & aliorum Prælatorum, qui in eorum literis liquidò, vel de indiuidua B. Franciſci perſona vel de iis, quæ ad ipſius ſpectant venerationem, honorem, & gloriam ad excedentem gratiam Dei illo excedenti anno natum, eſſe demonſtrant.

Oracula prophetica.

XV Sed ante hæc teſtimonia teſtata ſunt talem gratiam excedentem oracula prophetica, inter quæ eſt illud Abbatis Ioachimi apud Auctorem Conformit. lib. 1. fruct. & confor. 3. *Franciſcus vir lætatur*, vbi loquens de eius ortu: *O quam gauderem, ſi tantum Patrem cum filijs ſuis mererer videre.* Ad quod gaudium ob maiorem huius excedentis gratiæ atteſtationem adducit auctor, primò gaudium cæleſte generale per nouem Angelorum Ordines, & omnis cæleſtis Curiæ. 2 gaudium generale terreſtrium ſpirituum, vti illorum, qui Franciſci ortum prædixerunt. Gaudium parentum, quibus nouus Chriſti præcurſor natus. Gaudium peccatorum, & iuſtorum, fidelium, & infidelium, & totius Militantis Eccleſiæ.

Omniũ gaudium in ortu Franc.

FRANCISCI BAPTISMA.

Nomen Maternum, & Paternum, horumque arcana.

Nomen Franciſci in Baptiſmo Ioãnes

I. IN Baptiſmate Ioannes à Matre, Pica nuncupata, vocatum eſt nomen Franciſci. Parens autem, cui nomen Petrus, cognomen verò de Moriconi, rediens à Gallia, Franciſcum vocari mandauit. Quod factum, & illud tantum nomen (nouum ſanè, & nondum antea ab vllo mortalium deſumptum) vſque ad mortem Dei famulus retinere voluit; non ob patris ſui reuerentiam, ſed ex Dei propoſito (& vt ait Rodulphus) ex diuino inſtinctu. Sic enim ab ipſomet nomine nouiter accepto, res nouæ, ac prodigijs plenæ, quas in toto terrarum orbe Franciſcus effecturus erat mirificè innoteſcere debuerant.

Mutatũ ex mandato ſui parentis.

II Nomen iſtud *Franciſcus*, à Francis quoque Callicanis ita dictum, apud quos diuitem mercaturæ copiam inter Ciues ſuos, haud infima gaudens nobilitate, Franciſci parens exacerbat, eiſq; plurimum addictus erat, nec illorum linguæ, mercaturæ negotiis tunc maximè in Italia neceſſariæ, ignarus. Itaque in gratiam illorum (pro quibus & eius elegans, ac ingenioſus filius, cuius magna erat expectatio, paucum tempus, in eorum linguam addiſcendam, capeſſendamque, iam conſumpſerat, eamque breui perfectiſſimè didicerat) Franciſcus nuncupari voluit. Et eo amplius tunc parentis Frãciſci innatus amor erga Francos, quo tunc temporis quoque Francorum Rex Philippus Auguſtus vbique celeberrimus habebatur.

Fran-

III Franciſcus latinè non aliundè deriuatur, quam à Franconibus, vt placet multis Germaniæ populis, quos nonnulli Francos orientales vocant, quique bonam Galliarum partem occupantes, vbi hodie Lutetia Pariſiorum ſita eſt, ab illis Francia dicta putatur. At *Franco* Italicè idem ſonat ac expeditus in rebus ſuis, liber animo, ac ſpiritu, ſincerus pectore, hilaris, ardens, audax, ac valdè promptus, non piger, non ſocors, non ſimulator, aut duplex corde. Id quod ſanè in B.Franciſco tum temporaliter vſq; ad ann.22.tum etiam ſpiritualiter poſt omnimodam conuerſionem ad Deum ferè in cunctis comprobauere euẽtus admirabiles.

Franciſcus à Franconibus deriuatus.

Franco Italicè.

IV Qua de re à ſignificato, quod Ioannis nomen præſeferebat in gratiæ Dei negotiis ſe vnquam alium præſtitit, nec ab eo, quod Franciſci nomen Italicè præſignabat, ſcilicet ad promptè, faciliter, & expeditè operandum, tantillum defecit. Gratioſus ad omnia, & gratiæ plenus præ omnibus, coram Deo, & hominibus Ioannes erat, nec in eo Baptiſmi nomen otioſum, aut fruſtraneum. Erat quoque & Franciſcus, ſcilicet Francus, calidus, actuoſus, & veluti impatiens in virtutis ſtadio, in quo præcurrendo ſemetipſum, ſemper proficiebat, ne pigritans ad momentum inueniretur. Vide quid ſimile in eodem Rodulpho apud Vading. ibi.§.4. qui priori ſententiæ adſtipulatur, iuxta tradita à B.Bonau. mox citando. Ibi etiam deceptiones Lorini, Ioannis Marquez, & aliorum Recentiorum, qui de nomine Franciſci diuerſa ſentiunt. Remanens ergo in Franciſco res de nomine, quod ei Mater in Baptiſmate impoſuerat, retinenſque paterni nominis vocabulum, nec tamen vacuum illud retinens, egregium argumentum id fuit de eius ſanctitate, de qua nos ſuperius antecedenti capite aſſeruimus, vbi etiam de B.Dominico. *Franciſcus* (ait D.Bonau.in legenda minori) *primum Ioannes vocatus à matre, deinde Franciſcus à patre, vocationis quidem paterna vocabulum retinuit, ſed & rem materni nominis non reliquit: licet enim inter vanos fuerit hominum filios iuuenili ætate nutritus in varijs, & poſt aliquarum litterarum notitiam lucratiuis mercationum deputatus negotijs, ſuperno tamen* (expende iſta amice lector) *ſibi aſſiſtente præſidio, nec inter laſciuos iuuenes poſt carnis petulantiam abijt; nec inter cupidos mercatores ſperauit in pecunia, & theſauris.*

In B. Franc nomen Ioannis, & nomẽ Franciſci optimum de ipſius ſanctitate argumentum.

In tota eius vita præuentus à Deo clementer Franciſcus.

V Inter pios Scriptores, qui tantillum è tramite hiſtoriæ, non autem è rerum operatarum ſignificatione deuiare videntur; pluſrimum facio Iacobum de Voragiqe, qui ſeptem cauſas adducit prædicans de Franciſco circa eius nomen, quod veluti miſterioſum, atque arcanis plenum, & omnibus in ipſo completis, haud immeritò demonſtrat.

Prima cauſa, ratione miraculi connotandi; linguam enim gallicam

cam

eam miraculosè à Deo recepiſſe cognoſcitur; vnde dicitur in legenda ſua, quod ſemper cum ardore Spiritus Sancti repleretur, ardentia verba foris eructans, gallicè loquebatur.

Septem ratio nes circa mu tationem nominis à Franciſco factam.

Secunda, ratione officij diuulgandi, vnde dicitur in legenda, quod diuina prouidentia ſibi hoc vocabulum indidit, vt ex ſingulari, & inſueto nomine, opinio miniſterij eius toti citius innoteſceret Orbi.

Tertia, ratione effectus conſequendi, vt ſcilicet per hoc daretur intelligi, quod ipſe per ſe, & per filios ſuos multos ſeruos peccati debeat francos, & liberos facere.

Quarta, ratione magnanimitatis in corde, nam Franci à ferocitate ſunt dicti, quia eis ineſt naturalis feritas, & magnanimitas animorum.

Quinta, ratione virtuoſitatis in ſermone, quia eius ſermo inſtar ſecuris vitia incidebat.

Septenarium miſteriosum in nomine Franciſci.

Sexta, ratione terroris in dæmonum fugatione.

Septima, ratione ſecuritatis ex virtute, & operum perfectione, & honeſtatis in conuerſatione. Aiunt enim Franciſcus dici ſigna quædam inſtar ſecurium, quæ Romæ ante Conſules ferebantur, quæ erant in terrorem, in ſecuritatem, & in honorem: Hæc ille. Ex quo perpulchro nominis *Franciſcus* ſeptenario clarè apparet, quod vocabulum *Franciſcus* gratioſas, nouas, peregrinas, ac miraculis confertas prærogatiuas non minus in Dei famulo argumentabatur, quam illud prioris nominis Ioannes, quod in baptiſmate acceperat. Et licet non miraculosè, abſolutè, & ſimpliciter, vt aiunt, hoc eſt, per immediatam infuſionem didicerit gallicanam linguam Franciſcus, ſed concurrente eius celeri ingenio, & ſtudio, nihilominus Deus ipſe præcipuo quodam concurſu ei adfuit, quatenus omni ex parte illud nomen cæleſtem gratiam ſeptiformiter pateſaceret, ad cuius exequutionem vir Franciſcus indefeſsè poſtea ſtuderet, vt re, & nomine nouus ſemper euaderet.

Idipſum tangit Vading.

VI Id ipſum videtur tacitè annuere Vadingus citatus num. 6. illius §. 4. his verbis: Illud in hac re peculiare, & mirum, quod ad patris nomenclaturam ei adeò hoc adhæſerit nomen (quod ſicut me priores alij obſeruauerunt, nullus eo prior geſſit) vt ſanctum, ac præclarum in baptiſmate ſuſceptum pænitus abſoluerit! Niſi id ſuo voluerit conſilio Deus, vt noui exercitus Dux, nouo, ac peculiari inſigneretur nomine, nouuſque totus euaderet, & nihil quod à mundo accepit penes ſe retineret. Monuit quidem Bonauentura, quod vocationis paternæ vocabulum tenuit, vim tamen paterni nominis non reliquit. Etenim gratiam, quam Ioannes ſignificat abundantiſſimè eſt ſuperfuſus; interius maternam, exterius paternam geſſit nomenclaturam. Ita Vadingus, ad quem addam ex factis Franciſci, nomenclaturam illam externam haud forinſe-

rinſecus tantum extitiſſe ſine concinna ad internam correſpondentiam, vt ex dictis liquet. Quam correſpondentiam in monte viſionum, ſcilicet Aluenię comprobauit, deinde ſcheda illa, viſa ſuper caput Franciſci, dum per raptum mirifico ſplendore circumdatus in aere libraretur, à Fratre Leone eius ſocio, & Confeſſario, ac hiſce caracteribus obſignata: *Hic eſt gratia Dei*.

VII Diceres, veteres Hetruſcos, vt teſtis eſt Lorinus citatus, & expreſsè apud Ioannem Villaneam lib. 2. cap. 18. *Franceſcos* appellaſſe, qui latinè Franci dicuntur, ſiue Galli, nunc italicè *Frãceſi*. Item latinè res Gallicanas, Franciſcas dici ſolitas, colligitur ex Aimonio Monacho vetuſto Gallorum Hiſtorico, qui lib. 5. de geſtis Francorum cap. 33. ait, Carolum Caluum ad Concilium Pontigonen. intraſſe in veſtitu deaurato, & habito Franciſco, ideſt Gallicano; & lib. 1. cap. 12. Macheram gallicam *Franciſcam* vocat. Quin & Polidorus Virgilius teſtatur lib 1. hiſtoriæ Anglicanæ pag. 13. lanam Gallicam ab Italis dictam *Franciſcam*. Necnon & linguam Gallicam tunc nuncupari *Franciſcam*, probat Epitaphium Gregorij Quinti Pontif. anno Domini 996. quod ex ſepulchrali lapide Baſilicæ Vaticanæ tranſcripſit Onuphrius. Pauin. comm. de Comitijs Imperat. ſub Othone Tertio, in quo de triplicis idiomatis peritia ita in hoc diſticho Pontifex laudatur.

Vſus Franciſca vulgari, & voce latina,
Inſtituit Populos eloquio triplici.

VIII His ſubſcribit Ioannes Pineda apud eundem Vadingum loco citato, qui idem ſonare ait Franciſcum, ac Francicum, ſeu Gallicum, & Iacobus Mayerus ad anni 1226. *Franciſcus*, inquit, dictus eſt à Francis, & adiecta litera *Franciſcus*.

Obiectio. hiſtorica.

IX Quomodo ergo affirmaremus (ſi hæc vera ſunt) nomen *Franciſcus* nouum Franciſco extitiſſe, ac ſingulare, ſi idem ſonat ac Francicus, quod nomen ſicut omnibus Francis erat tunc, ita & modò nomen commune eſt? Et confirmatur, quia additio literę, s, ad nomen *Franciſcus* longè ante innotuerat, vt res Gallicanæ Franciſcæ, Machera Franciſca, vox Franciſca. At reſponſio facilis eſt: nam vocabulum iſtud *Franciſcus*, vt fieret particulare, ac ſingulare, & quod Francicæ nationi, ac Francicis rebus proprium erat, fieret deinde perſonale, tunc primum mortalibus innotuit, quando Franciſci perſonæ, Ioannes antea à matre nuncupatæ, à Patre impoſitum fuit.

Sed occurritur.

X Hinc factum, vt deinceps quamplurimi inſignes, atq; eximij Proceres, etiam regali dignitate excellentes, & nonnulli tum in ſolitariæ, tum etiam & in maximis ſpiritus operibus Franciſci nuncuparentur. Tranſlatum principio vocabulum generale ad

D nomen

nomen perſonale per Franciſcum noſtrum, & per ipſum ſettemplici titulo ad miraculum nobilitatum.

XI. Talem prorſus parentem Hierarcam, ac Patriarcham noſtrum, à Deo ſpiritaliter efformatum, Cardinalis Baronius vbi ſupra ſententioſo calamo ad finem illius tomi 12. nouiſſimè aſſeruit, qualem, vt ita efformaretur, & idem Franciſco, & Eccleſiæ vniuerſæ, interitui proximæ, & Ordini Minorum congruum extitiſſe, totus Chriſtianus Orbis anno vno ſupra viginti à prima eius conuerſione (quæ cotigit anno 1205. iuxta meliorem ſupputationem, quam immeritò carpit Vading. in app. durauitque in vita illa hæremitica per biennium) longo experimento iam antea comprobauerat. Baronij verba multo pondere libranda hæc ſingillatim.

B. Franciſcus in conflatorio Diuini Spiritus efformatus.

Planè Deus Eccleſiam ſuam, in deterius declinantem, collabente deprauata morum diſciplina, ad erigendam eam, in conflatorio diuini Spiritus hunc Apoſtolicum formauit hominem; qui mundi contemptum, ac paupertatem non affectu tantum (quod ad Sanctorum Patrum imitationem ſufficere potuiſſet) ſed effectu etiam conſequutus eſt. Ita Annalium Eccleſiaſticorum Princeps, qui certè meliori ſigillo omnem ſuam ſcripturam, duodenis tomis ſub perfecto numero perfectiſſimè diſterminatam, elaboratamque obſignare paulò ante eius obitum profectò non poterat, quam ſententia hac Seraphica, ſui egregij calami, ac probatæ vitæ curſum Spiritus Sancti gratia ſubſcribente.

XII. In cæleſti curia prior, ac ſuperior ſupremæ Hierarchiæ ſupernorum ſpirituum ordo, quem Seraphim conſtituunt, illud nomen ſortitur, quod magnum, intenſiſſimumque amoris diuini incendium denotat, indigitatque. Nec aliunde id equidem, vt docet Angelicæ Theologiæ Magiſter (cuius ſolemnia, dum hæc ſcribo celebrat Eccleſia) niſi ex immediata ad Spiritum Sanctum, qui totius amoris Dei fons eſt, & origo, approximationem, & propinquitatem, per quam affinitatem quamdam contrahit cum ipſo. *Primus autem ordo* (ait mirandus Doctor par. 1. quæſt. 108. art. 6) *eſt Diuinarum Perſonarum, qui terminatur ad Spiritum Sanctum, qui eſt amor procedens, cum quo affinitatem habet ſupremus ordo primæ Hierarchiæ, ab incendio amoris denominatus.*

Immediata propinquitas ad Spiritum Sanctum efficit in Cælo ordinem Seraphinorum.

XIII. Beatus Franciſcus non ſolum Spiritum Sanctum quam proximè, & ex maxima vicinitate (quantum licebat ad rationalem, mortalemque creaturam pro ſtatu iſto, vt idonea reparatrix eſſet Eccleſiæ Romanæ) appropinquauit: verum etiam ſingularem cum eo ſupra cunctos homines, paucis exceptis, affinitatem contraxit. Imò ipſe Franciſcus, iuxta phraſim ſententiæ Baronianæ ceu liquefactum metallum proiectum in fornacem, vt colliquefiat,

in

in conflatorio Diuini Spiritus immiſſus, adeò colliquefieri ſpiritaliter meruit, iuxta Diui Antonij doctrinam ſuper illud Cant. *Anima mea liquefacta eſt*, &c. vt totus ignitus, totús igneus appareret, ſicut auro liquefacto contigit. Teſtatus eſt Chriſtus alloquens D. Brigittam cap. 9. Reuel. extrauag. *Franciſcus*, ait, *amicus meus fuit quaſi lapis ignitus, & igneus, quia habuit me in ſe, qui ſum ignis.*

Magna vicinitas B. Fráciſci ad ſpiritum S.

XIV Ad id probandum innumera exempla extant in eius vita. Verum de tam præcipua, ſingulari, ac maxima affinitate cum Spiritu Sancto illud inter omnia peregrinum, ac rarum, nec antea, adhuc in Eccleſia excogitatum omninò eſt, quod fertur de ſacris Stigmatibus. Tunc enim temporis nouus Seraph ſingulariſſimo modo euaſit Franciſcus, ac Seraphicus Ordinis Seraphici anteſignanus, & Dux, quia tunc tanto vnica fuit eius approximatio per Chriſtum ad Spiritum Sanctum in terrena Hierarchia, quantò & vnica illa eſt, qua in Cæleſti Hierarchia incorporei primi Ordinis Spiritus, Spiritui Sancto appropinquantur, vt Seraphini inter cæteros aliorum Ordinum euaderent, eo modo, quo iam diximus cum D. Thoma. Verum illud exemplum, ac priuilegium tam grande, necnon & ingentibus ſacramentis plenum, melius circa rem noſtram innoteſcere faciã, & in alia occaſione explicare operæ pretium exiſtimaui. Scio tamen Stigmatum mirificentia inclyta myſterijs ſcatere, ſed adeò magnis, ac multis, vt nonniſi tempore maioris neceſſitatis Eccleſiæ, vt B. Iacobus de Marchia prophetauit, mundus agnoſceret.

CAPVT III.

Stemma Hierarchicum, ac Seraphicum, In ipſomet Hierarchæ Francíſci ſæculari ſtemmate haud obſcurè auſpicatum. Tot hodie ſub eo Ordines, ceu regales ſtirpes, quotquot in eo charitatis inſignia.

I. STEMMATI Seraphico alæ ſex, vulnera quinque, *Corona aurea ſuper caput eius*, hoc eſt in eius vertice, duo brachia, cruciformiter protenſa, & in volis plagata, alterum brachium Chriſti, alterum Franciſci. Omnia hæc non aliunde profectò, niſi à mirifico ſacrarum Stigmatum ſacramento. Tali enim pacto vir Seraphicus, in conflatorio Diuini Spiritus efformatus, multimoda ratione Reipublicæ Chriſtianæ pro-

Stemma Seraphicum conſtituerunt Stigmata.

meritus Seraphinorum Parens, & Anteſignanus.

Omnis gloria Hierarchę Franciſci ex ſacris ſtigmatibus.

II Omnis Franciſci gloria ſecundum hierarchicam dignitatem non adeò profectò luculenta, non ita eminens, ingenua, & ſubſiſtens, vti è ſacrorum ſtigmatum priuilegio. Ex hoc enim ipſe ſolus Monarchæ Chriſto, in Cruce confixo per vulnera, & clauos, *in expreſſam ſimilitudinem*; vt ait Seraphicus Doctor, *configuratus eſt*. Volans ad ſe Seraphim Chriſtus, Seraphim in Eccleſia declarauit Franciſcum, cuius ſex alas pro huius prioris faciei, priori ſymbolo, fronti eius ex D. Bernardino Senenſi meritò appoſuimus. Sic pariter principio etiam eo ſeraphico ſtemmate, materiei pertractandæ adeò concinno; Parentem, ac Patriarcham noſtrum, veluti plurium ſtirpium, ex vna eademque radice, quam ipſe feliciter plantauerat, germinantium, in Franciſcana Hierarchia indigitauimus.

III Miſſale Romanum antiquum, excuſſum Lugduni an. 1526. in ſequentia Miſſæ eſt rytmicum carmen 7. ſtrophis conſtans, cuius totum ſubiectum ſacrorum Stigmatum myſterium. In priori ſtropha ſunt hi quatuor verſiculi.

Tunc ex alto vir Hierarcha
Pauet iſte Patriarcha,
Venit ecce Rex Monarcha
Viſione territus, &c.

Chriſtus ſummus Hierarcha apparens Franciſco in ſpecie Seraph.

IV Chriſtus in illa ſeraphica viſione ſummus Hierarcha erat Franciſcus Patriarcha, & Patriarcha pauperum, quod nomen ſibi ſoli conceſſum in omni Eccleſia, tam Chriſtiana, quam Franciſcana, deſumptum eſt ex cap. 7. vitæ S. Franciſci apud D Bonau. aiente de eo, *Verus pauperum Patriarcha*. At quemadmodum tunc quando apparuit ſibi Chriſtus Patriarcha pauperum extiterat Frãciſcus, & id nomen ei ſolummodò proprium erat; ita pariter veluti ſummus Hierarcha, *Venit ad eum Rex è Cælo amictu Seraphico*: vt per cruenta ſtigmata ſolum Franciſcum, pauperum Patriarcham, Hierarcham, ſibi perſimilem, ſubſtitueret. Igitur ſicut verus Patriarcha pauperum Franciſcus ob totalem rerum temporalium abnegationem, quam mundus antea non viderat, ſic quoque verus Hierarcha Fratrum Minorum propter ſtigmata, quæ vo Rex Hierarcha cruci affixus, in eius carne impreſſit Chriſtus.

Stẽma quid, apud Scriptores.

V Stemma Græca vox eſt, *ſemma*, quæ à verbo ſeſtin, latinè corono, coronam importat. *Magnos viros*, ait Lucius Firmicus lib. 2. *faciet Mercurius, qui ſacris, & glorioſis ſtemmatibus coronetur*. Stemmata item pro maiorum imaginibus, in atriis magnatum ad nobilitatis oſtentationem collocari ſolitis. Item nonnunquam & pro ipſa ſtirpe, ſiue generis nobilitate accepta ſtemmata.

Variæ ſtemmatis acceptiones.

Martial.

Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto.

Stemma quid faciunt? aiebat quoque Iuuenal.ſat.8. Adſtipulantur Suetonius in Nerone illis verbis. *Quod in vetere gentilium ſtemmate C. Caſſij, præcurſoris Cæſaris imagines retinuiſſet.* Quoniam verò mos erat apud antiquos vt viri,ob res benè geſtas coronis donarentur, & æædem ſtatuarum capitibus imponerentur, inualuit conſuetudo, vt ſtemma aliquando pro ipſo facinore (italicè *Impreſa*) accipiatur. Martial.lib.1.

Cæſaris, atque Iouis confer nunc ſtemma iuuentus.

Plin.lib.35.cap.2. Stemmata accepiſſe videtur pro ipſa generis ſerie, gradibuſque deſcendentium, qui ramis quibuſdam, & velut intercurrentibus lineis,diſtinguebantur: *Stemmata*, ait, *lineis diſcurrebant ad imagines pictas*. Denique ſtemmata pro ſaxorum inſcriptionibus aliquando vſurpabantur, iuxta illud Martialis *Stemma pro ipſa generis ſerie.*

Triſtia ſaxorum ſtemmata delet Herus.

VI Stemma Seraphicum in Hierarcha Franciſco primum ipſi corona fuit, ſimul & imago, Euangelica, & Apoſtolica nobilitate decora. Quæ imago, etſi mundo ſtultitia ſit, Deo tamen miranda ſapientia eſt, cæleſtis prudentia eſt,inſueta fortitudo,per quam ab Agnellis proſternuntur Leones, ab Ouibus Lupi. Eſt, inquam, imago iſta locuplex theſaurus ſub altiſſimæ paupertatis cuſtodia. Hæc quidem imago ad dignam, ac iuſtam in toto terrarum Orbe oſtentationem expoſita eſt, Apoſtolica inſcriptione obſignata, ac ore Hierarchæ profecta illis verbis. *Ego autem ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto.* Peregrinum, egregium, præcipuumque ſtemma in Franciſco ſtigmata. Eo in numerum Heroum ſtatuæ coram ipſo Hierarcha coronandæ. Eo & eorum facta in Eccleſiæ factis, necnon & in ipſis tumulis per prodigia, & miracula adnotanda: Geneſis, ſeu Progeniei B. Franciſci ſeries ſub eius ſpiritali, ac Seraphico ſtemmate in quinque ſtirpes digna varietate hodie diſterminatur, vt mox videbitur. Eius auctor ipſe ſolus, ſorori ſuæ lectiſſimæ paupertati noua, Dei diſpenſatione, veluti nouus homo, è Cælo miſſus, ſacramentaliter copulatus, *Variæ quoq; ſtem. Seraph. acceptiones.* *Auctor ſtemmatis Seraphici ſolus Franciſcus.*

Quomodo autem hoc tam rarum, ac hierarchicum ſtemma, quod nil terreni, nil ſæculi vnquam contraxit è ſæculari Franciſci ſtemmate augurari, & auſpicari poſſit,principio tangendum.

VII Stirps materna viri Dei Franciſci (cuius omnis nobilitas mundi contemptus, omnis ſublimitas chriſtiana humilitas, omnis diuitia Euangelica Paupertas, à nemine ante ipſum ita in Eccleſia locupletata, omnis gloria mortificatio, Crux) omninò, eo etiam viuente, deperdita, & fortè in eius matre extincta Domina Pica, piiſſima, ac honeſtiſſima fœmina nuncupabatur Franciſci mater. *Stirps materna B. Franciſci deperdita*

Genus paternum B.Frãc. extabat ann. 1534.

ter. Feliciſſima quidem huius mulieris viſcera,quæ illum felicem fętum portauerunt, qui habuit à Deo per gratiam filium Dei fieri poteſtatem inter omnes hominum filios, quia inter omnes ipſe meruit filio Dei per ſacra ſtigmata aſſimilari. In ſtirpis de perditione poterat per Franciſci partum,Seraphicæ Geneſis auctorem, vſurpare ſibi Domina.Pica, exprimens totius Eccleſiæ figuram, illud Chriſologi: *Semper cum perdita reperimus nouum capimus cumulum gaudiorum, & eſt iucundius nobis acquiſiuiſſe perdita, quam non amiſiſſe ſeruata*. Deferbuerat vitæ Apoſtolicæ genus in Eccleſia, multò antequam ipſum reſtauraret Franciſcus. Franciſci Pater Petrus Bernardoni ex Moriconum ſobole, quem extitiſſe adhuc ann.1534. in Antonio, & Bernardino, Ricardi cuiuſdam de Aſſiſio filiis (alii Ioannis Franciſci de Picardis) demonſtrat Vadingus in app.§.3.ex Archiuis illius Vrbis contra Rodulphum. Geneologica Franciſci diſtributio apud eumdem Vadingum, parum differens ab ea, quam affert idem Rodulphus, ſic ſe habet.

STIRPS B. HIERARCHÆ FRANCISCI.

Bernardonus Morico.

Petrus Bernardoni, cui vxor Domina Pica.

D. Franciſcus. Angelus

Riccardus.Ciccolus.

Franciſcutius,Petrucius,Bernardus,Antonius Franciſcana,Clara.

Ioannes.

Genealogia B. Franciſci ex ſtirpe de Moriconi.

Ita Vadingus, hoſce quatuor gradus tantum enumerans circa B.Franciſci primogeniti genus, & in hunc modum eos declarans. Auus paternus Magni Hierarchę noſtri *Bernardonus Morico*. Parentes verò *Petrus Bernardoni, & Domina Pica*. Frater nomine *Angelus*, qui genus propagauit. Nepotes ex iſto Angelo, duo, *Riccardus* vir quidem perpetua caſtimonia celebris. *Ciccolus* ſtirpis propagator. Pronepotes ex Ciccolo quinque, tres mares,duæ verò mulieres. Mares *Franciſcutius*, qui Franciſci veſtigiis inhærens eumdem induit habitum, plurimum in Religione profecit, religioſus incola, & Cœnobii S.Damiani Guardianus. *Petrucius* cęlibem egit vitam. *Bernardus* ducta vxore, procreauit *Ioannem*, ad quem tranſtulit paternum ſtemma. *Antonius* Franciſcano ſodalitio nomen dedit, & Pariſii theologiam profeſſus eſt. Sed Rodulphus Angelum eum vocat, Pariſiſque lectorem fuiſſe dicit. Fęminæ,

minæ, pronepotes B. Franciſci *Franciſcana*, aliis Franciſcutia, viro ſuo iugata, & *Clara* ſponſo ſuo Chriſto iuncta, cui ſeruauit virginitatem, fuitque Abbatiſſa S. Angeli in Panti.

IX Stemma ſæculare, ſeu gentilitium inſigne ſtirpis Moriconum in Vrbe Aſſiſiate tres Anſeres, italicè *Oche, Paperi*. Duo Anſeres ſuperius, alter inferius, ſubducta in medio partitione, vndis ſupernatans. Anſer auis notiſſima. Præcipuum, ac genuinum de eo hieroglificum, ſiue ſymbolum, & veluti myſterioſum, & magnæ Franciſci, Deo dicati, felicitati præfixum affert ex Rodulpho Vading. citat. reſcribens eum ex Romanorum hiſtoriis apud Pierium Valer. lib. 22. Anſer nocturnas excubias celebrat; vigilias enim ſuas clangore teſtatur. Anſeres olim publicè in Capitolio alebant, quod cuſtodibus omnibus ſopitis, Romanos ad defenſionem Arcis exiſtimauiſſent, & Arcem ſui veluti excubijs à Gallorum vi ſeruaſſent.

Stemma Moricorū in ſtirpe B. Franciſci tres Anſeres.

Anſeres hieroglifici.

X Volue, & reuolue totam Franciſci vitam à principio ſuæ conuerſionis, & fallor, niſi eam inuenies ſtemmati ſuo myſticè perſimilem. Vix naſcitur Chriſto Franciſcus, & ſtatim haud amplius raró reſpiciens, ſed vlterius de virtute in virtutem indeſeſſo ſpiritu progrediens, ſuper feculentas mundi aquas, eas calcando, ſe eleuat. Inde in limpidarum aquarum multarum gratiæ Dei gurgites ſe inexplebiliter, & iterum, atque iterum ſitiens, immergit. Reliquam moxque vitam, diu noctuque in Dei ſeruitio contra hoſtium incurſiones excubias celebrantem, ſub vigilantiſſima cuſtodia agit.

XI Anſer quoque auis eſt natura ſua calidiſſima, eſtq; etiam, teſte Valeriano citato, opportuni ſilentii ſymbolum. Tunc maximè myſticus, ac præcipuus Anſer Franciſcus, cum in Aluerniæ vertice, vbi *nudus ardens totus crebra dans Deo ſuo, cum quo loquebatur, ſuſpiria*, meruitâ Chriſto Seraphino hierarcham ſeraphicum, ei ſimillimum eſſe. Idcircò quod accidit ſibi in nominis mutatione (vt à principio cum Bonauent. dictum eſt) accidit & in mutatione ſtemmatis. Factus enim Seraph in conſlatorio diuini Spiritus Franciſcus, Anſeris proprietatem non amiſit, ſicut nec amiſit in ſecunda nuncupatione, qua relicto Ioannis nomine, quod in Baptiſmate à matre accepit, retinuit paterni nominis vocabulum, & Franciſcus vocari voluit; ſemper calens, vt Anſer vir Hierarcha, ſemper exeſtuans in Dei amore, ſemper aquis cæleſtibus adnatans, opportunè tacens, importunè obſtrepens aduerſus vitia, ſolliciti ſſimus, vigilantiſſimus, omnium virtutum cuſtos, & illius theſauri potiſſimum, quod per ſacra ſtigmata prodigus Deus ſibi abundè communicare complacuit. Igitur ſtemma hierarchicum, ac Seraphicum, per quod ſerum nouæ prolis per plura germina

Anſer miſticus B. Franciſci Seraph effectus.

mina amplificauit in Dei Eccleſia Franciſcus eius ſęculari ſtemmate longè ante auguratum, auſpicatumque. Ex eo quantum reapſe inſęcundus prodiit mundo Franciſcus, tanto è regione, Deo, & Eccleſiæ ſęcundus ſymbolicè exiit.

XII Genus deindè, ad quod ipſum hæreditario tranſtulit, illud videtur eſſe, de quo Apoſtolorum Princeps, vnde Apoſtolicam ſobolem ſub vita Euangelica ipſe Franciſcus hæreditauerat ita graui ſtylo ſcripſit epiſt. 1. c. 2. *Vos autẽ genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis: vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum, &c.*

Imago ſtemmatis Seraph ad gloriã & ad exemplum ſuis poſteris expoſita.

XIII Genus Franciſci electum, ſtirps eius, ſeraphica nobilitate donata, ex quo ſtemmatis ſui hierarchæ imaginem accepit, & cum ea omne eius patrimonium, ſeu hæreditatem, ſemper quidem meminit, quare illi ab eius progenitore tranſlatum. Ipſamet ethnicorum ſchola aurea doctrina hanc ſibi cauſam, etſi omnibus communem, proponit tum in Saluſtio de Iugurta, tum etiam in cap. 8. libri Valerii Maximi. *Audiui* (ait Saluſtius) *Quintum Maximum Publicium Scipionem præterea Ciuitatis noſtra præclaros viros ſolitos dicere, cum Maiorum imagines intuerentur, vehementiſſimè animum ſibi ad virtutem accendi, ac memoriam rerum geſtarum eam famam egregijs viris in pectore concreſcere.* Verba autem Valerii Maximi ſunt iſta. *Prudentiſſimo viro ſuccurrebat effigies Maiorum, cum titulis ſuis in prima ædis parte poni ſolere; vt rerum virtutes poſteri non ſolum legerent, ſed etiam imitarentur.* Genus Franciſcanum, adeò hodie in toto orbe amplum in ſolo ſui hierarchæ ſtemmate cunctas maiorum ſuorum imagines vnà cum eorum geſtis, veluti in quodam ſpeculo, mirandum in modum intuetur. Intuetur, inquam, nec tamen ad ſimplicem inſpectionem, & inanem more phariſæorum iactationẽ; ſed, quod dignum eſt, ad debitam imitationem. *Perpendiculum eſt iuſtitia Sanctorum*, aiebat Antonius de Padua Dom. 3. poſt Paſcha ex textu Zachariæ 1. *quod extenditur ſuper Hieruſalem, ideſt ſuper quamlibet animam fidelem, vt ad eorũ vita exemplum vitam ſuam informet, & commenſuret.*

Iuſtitia Sanctorum myſticum perpendiculum.

CAPVT IV.

Quinque ſoboles Franciſcanæ, præcipuæ, præter alias tres ſeorſim à D. Franciſco productas, quibus per Fratrum Minorum Genus ſtemma Seraphicum translatum eſt.

I. AD huius rei euidentiam iuxta hiſtoricam veritatem quinque tempora diſtinguenda. Nam de facto Ordines hodie Franciſcani, quibus ſtemma Seraphicum hæreditariò venit, plures ſunt, nimirum. Ordo Conuentualium, Ordo Obſeruantium, Ordo Reformatorum, qui in Gallia Recollecti, in Hiſpaniâ Diſcalciati nuncupantur. Ordo Cappuccinorum. Ordo Monialium, Ordo tertii Ordinis. Quos inſtituit Franciſcus tres fuere, vt infra patebit. Qui verò corpore diſtincti ſunt ad duas ſoboles reducuntur. Qui verò corpore, & capite ad tres. Cæteri regimini Miniſtri Generalis ſubiiciuntur. Hi ſunt Obſeruantes, Reformati, Tertij Ordinis de Hiſpania, & Sanctæ Claræ. Primum ergo tempus B. Franciſci Ordinem in ſe nondum notabiliter diuiſum amplectitur. Tria verò tempora ad ipſius varietatem referuntur, per quam ex vno radicali corpore tria alia corpora cum ſuis capitibus exiere. Ad finem anni 158. à primordiali Ordinis fundatione, in quo ſpatio primum tempus ſub D. Bonauentura vidit totam ordinis reformationem ann. 1260. (inſtitutis iam à Hierarcha Seraphico D. Claræ, & tertij ordinis ſobolibus) & vidit etiam Cæſarenorum, & Clarenorum ſtirpes parum durantes; incepit regularis obſeruantia, primò à corpore, deinde & à corpore, & à capite diuiſa. Hæc eſt vna valde excellens, & heroica ſoboles. Altera verò anterior tempore eſt PP. Conuentualium, & ipſa pariter conſpicua admodum, quę ſub Magiſtro, vbi primò erat ſub Miniſtro Generali, venit ad ann. 1517. ex Leonis X. Conſtitutione. Sed finem viderunt plurimæ reformationes, ſcilicet Clarenorum, Amadeorum, Coletanorum, Fratrum de S. Euangelio; quæ tandem Obſeruantibus omnes adhæſerunt. Tertio tempore ſoboles comparuit Patrum Cappuccinorum. Mox ſoboles Reformatorum. Poſtremò ſoboles tertij ordinis ſub clauſtrali religione.

Quinque tẽporum ratio nunc diſcutienda.

II Septem deſerta eo vnico illo deſerto, in quo Chriſtus à Diabolo tentatus eſt, ſacræ ſcripturæ teſtimonijs multa arte moraliter deducit Doctor noſter ſerm. 3. Dom. 1. Quadrag. 1. Deſertum

Septem myſtica deſerta iuxta D. Antonii de Padua doctrinã

tum

tum dicit Cælum. 2. Cor hominis. 3.Pœnitentiam. 4. Religionẽ. 5.Crucem Chriſti. 6.Mundum. 7.Infernum. Loquens de quarto deſerto, hæc ſubdit. *Quartum deſertum*, ait, *eſt Religio, in quo deſeritur mundus per votum paupertatis. Caro per votum caſtitatis. Voluntas actionis per votum obedientiæ*. Et poſt pauca applicans omnia ad B. Franciſcum per comparationem myſticam ad Mathathiam, Macabæorum Principem, ob zelum legis cum quinque filijs ſuis fugientem in deſertum, ita exponit. *Mathathias interpretatur donatus à Domino, vel donum, & ſignat virum iuſtum, & religioſum, ſpecialiter tamen Religionis Fundatorem, vt B.Franciſcum. Talis namque ex ſpeciali dono Dei datus eſt Chriſtianis ad liberandum de manibus inimieorum. Vnde humilis Frãciſcus intellexit ſe ad hoc miſſum à Deo, vt animas lucraretur, quas Diabolus conabatur auferre; propter quod ipſe tamquam alter Mathathias deſtruxit aras mundanæ vanitatis, in quibus peccatores dæmonibus immolabant, circumcidit per reuocationẽ ad vitã veritatem, & puritatem illos, qui habebant præputium peccatorum. Legem inſuper abolitam operibus inſtaurauit.*

B.Franc. à Deo donatus

B.Franciſcus myſticus Mathathias.

III Igitur myſticus Mathathias Franciſcus, ſtemma ſuum proprium inſtar Seraphici vexilli aperiens vnà cum quinque ſobolibus ſuis, ſeu ſtirpibus, ſeptem illamet deſerta tranſcurrit, quæ loco cit.ipſe Anton.declarat. Poſuit Franciſcus, explicuitque in Cæli deſerto proprium ſtemma, quod Chriſtus, vt perditam ouem in terris quereret, dereliquerat. Ipſe namque in Eccleſiæ inſigne, magis ac magis exaltando, & ea adimplendo per Chriſti gratiam, quæ paſſionis Chriſti deerant; ò quot animas, ab Orci faucibus eas eruens, inter Beatorum Spirituum cœtus inſeruit! Hic noſter Mathathias innumerorum hominum cor ingrediens, multiplex ipſorum deſertum, *ab Angelis derelictum, & à beſtijs, ideſt beſtialibus cogitationibus habitatum*, in multiplex quoque Paradiſum commutauit.

In Cæli deſerto Franciſcus.

In deſerto humani cordis.

In deſerto pœnitentiæ.

IV Hic Mathathias in pœnitentiæ deſertum genuinum ſtemma, ſeu vexillum plantauit. Quandoquidem derelictis in eo criminibus, introductaque contra tumultuantes cogitationes quiete, veſtitus, ac victus aſperitas, & duritiès (explicatis ſuis trophæis in Apoſtolici Hierarchæ inſigne) carnis mollitiem iam deuictam, atque expugnatam demonſtrauere. Hic denique Mathathias talem ſe in deſerto Religionis præſentare à Deo ſelectus eſt, qualem idem Anton.iam paulò ante delineauerat.

In deſerto Crucis.

V At quid dicendum de deſertis Crucis, Mundi, & Inferni? Nonne hic Mathathias, interius, exteriuſque crucifixus, ac ſeraphicè cruciformis infinitos ex eis, qui ſolum & derelictum, veluti in quodam deſerto, horrore pleno, Chriſtum ad crucem dere-

lique-

liquerunt, ad crucem cum diſcipulis, & coapoſtolis ſuis, qui omnes cum Apoſtolis *relicto eo fugerunt*, incredibili animo reuocauit? Nonne hic Seraphicus Mathathias in mundi deſerto, ab omni bono derelicto, ait Anton (*In quo peregrinantur, & affliguntur filij Iſrael, quia Draco ibi eſt adurēs flatu ſuperbiæ*) aduerſus hunc Draconem, in quem etiam Inferni deſertum, ſuos deſertores Angelos crucians, intrauit, miſſus eſt à Deo, è Chriſti latere emergens *Verum de Chriſti latere nouus legatus mittitur, in cuius ſacro corpore vexillum Crucis cernitur. Franciſcus Princeps inclytus ſignum regale baiulat. Contra Draconis ſchiſmata, acies trinas ordinat expeditorum militum, ad ſugandum exercitū, & tres cateruas dæmonum*, cecinit Gregorius Nonus iam ſuperius adductus.

In deſerto mundi.

B. Franciſcus infernus deſerto.

Hierarchicha Gentis Ordinis Fratrum Minorum Euangelica, atque Apoſtolica origo.

I. ORdo Minorum, quem primò genuit Chriſto, & Eccleſiæ noſter Parens, & Patriarcha, inſtitutus eſt eo tempore, quo magis eo indigebat tota Chriſtiana Reſpublica, vt dictum eſt in primo huius primę faciei capite. Annus eius inſtitutionis idē non eſt apud Noſtrates. Alij volunt Ordinis Minorum initia cepiſſe anno Chriſti 1205. Alij 1206. ſub Innocentio Tertio, & Henrico Quarto Imperatore. Ita Gonzaga 1.p. vbi de Miniſtris Generalibus Ordinis in principio.

Ordinis Minorum initia

II Nec propterea ſibi contradicit, vbi ſ.2. eiuſdem partis anno 1209. exordijs ordinis præfigit. Etenim ibi loquitur de B. Franciſci conuerſione, in qua temporalibus negotijs, ac rebus vale dicens, expolianſque ſe ſæculari habitu coram Vrbis Aſſiſij Antiſtite nudus remanſit, pœnitentiæ tunicam ab eodem accepit, & ſic aliquanto ſuæ Religioni fundamenta fodere incepit. Anno deinde 1209. ſub eodem Pontifice, & Imperat. Othone Quarto. *Franciſco*, ait Gonzaga, *adhærere ceperunt pij viri, quorum auſpicijs Minorum Ordo initium ſumpſit.*

Sententia Gonzagæ declaratur.

II Felix Pontifex, qui ſub texeratæ Aquilæ Comitum Signiæ (vulgò *Conti*) vndè quamplures Vicarij Chriſti prodiere, Anicianæ gentis proceræ arbori, ſanctitate, & maieſtate notiſſimæ, vt alibi fusè ſcripſi, tam latinè, quam italicè; aureum germen inſeruit; imò & propria ſanctitate, & pontificia maieſtate ad ſæcula æterna perſona ſua illuſtrauit. Auxerunt eius felicitatem quam maximè Dominicus, & Franciſcus, & eorum præter alios, qui ſub eo emerſere ordines, & cum eis ordo etiam D.Claræ ab eodem Franciſco inſtitutus. Ipſe etiam Cardinalem Vgolinum nepotem

Papa Innoc. III. Conti laudatur.

ſuum(deinde Gregor.IX.à quo in Diuor.faſtis B.Frãc.adſcriptus) Franciſco in primum ſui Ord.Protectorẽ deſignauit,ac regulã ſibi à Chriſto inſpiratã viuæ vocis oraculo approbauit. Quã poſtea ad 12.capita iuxta numerũ Apoſtolorum myſteriosè deductã(conſtabat enim prior abs ſe approbata cap.22.) Honorius Tertius eius ſucceſſor Diplomate communiuit in ſuo Lateranenſi Palatio, vbi nunc adeſt Fratrum Minorum ſtrictioris obſeruantiæ Pœnitentiaria Apoſtolica. Verum illa eius approbatio (ſine qua priores B. Franciſci labores protinus fruſtrati eſſent, opuſque vix inceptum, finem habuiſſet) nequaquam ſucceſſiſſet, niſi Ioannes Cardinalis de Columna, de quo in Cathalogo Protectorum Ordinis, apud Sanctitatem ſuam, cui cariſſimus erat, rem illam tam arduã, & ab eodem Pontifice, & omni Romana Curia principio reiectã veluti nouam, & à ſæculo nondum auditam,totis viribus fauiſſet. Vading.pro roboranda aliorum, quos ipſe citat, ſententia, Ordinis Minorum initijs figit ann.1208. nec tamen diſcordare videtur à Gonzaga, cui adſtipulatur Iuuenatij Epiſcopus P. Michael Angelus à Neapoli Minorita in ſua Chronologia Ordinis. Nam poſtquam ex Franciſci teſtamento oſtenderit tam regulam, quam habitum, quem ſuis cum ea reliquit, & ipſe primò aſſumpſit,à Chriſto, & non ab alio Franciſcum accepiſſe, & quæ eius latitudo,longitudo, forma, qualitas fuerit;hæc ſubdit ad finem illius primi armenti primi tom.annal. *Et licet hoc anno 1208.diſcipulos non habuerit vir ſanctus, & ſine diſcipulis non poteſt dici inſtituta Religio, tamen aliquale ei dedit initium, dum habitum, quem ſuis præſcripſit, iam ordinauit, & aſſumpſit,& regulam conſcribendam iam ſua vita præoſtendit,&c.* Cepta ergo Ordinis Minorum initia ex Gonzaga anno præfato 1209. oſtenſa tamen, & aliquanto iacta ann.1206. ex eodem.

Primus Ordinis Protector Nepos Inno.

Approbatio regulæ B.Frãciſc. per intercesſionem Ioannis Cardin. de Columna.

Vadingh. ſẽtent de ordine exordio non ita ſolidior ea Gonzagæ.

IV Sed aliqualia ſecundum alios, iuxta explicationẽ Vading. eo anno dumtaxat 1208. quando duplicibus dimiſſis, habitum illum Heremitanum S.Auguſtini in alium mutauit Franciſcus,ita à Deo inſpiratus, prout ex lectione euangelica id ſibi conuenire intellexit. Gonzagæ tamen inceptio (à qua ſi incepiſſet Vadingus, verius ac ſolidius exordium operi tam graui, & tam feliciter proſequuto fortè dediſſet) melior, dignior, & hiſtoriæ ſuæ ingenuitati luculentior.

V Obiter tamen aduertendum ex D.Bonauentura, qui præfatam habitus mutationem in Franciſco demonſtrans, pecuniæ abdicationem, & vnius tunicæ aſſumptionem, ſubdit ſtatim in eo cap. *de Inſtitutione Religionis,* quod Franciſcus *dimiſſa corrigia, pro cingulo funem ſumpſerit.* Verum quid nudis pedibus apponſuetit, num ſcilicet ſandalia Apoſtolica,vt plures aſſerunt, vel potius

B. Franc. aſſumpſit aliquando pedibus calipodia.

iuxta

iuxta nonnullos aliquod calceamentum ligneum, ob maiorem paupertatem (ſicut pauperrimi in illa Vmbriæ plaga, & alibi plures vſum habent) Doctor Seraphicus non explicat. Prior ſententia multis acceptior, poſterior verò affectui B. Franciſci, qui ſuper cunctos euangelicam paupertatem ſtuduit in Eccleſia excolere, vt meritò Patriarcha pauperum poſſet deinde appellari, idonior, & conformior. Huic ſententiæ ſubſcribit Andreas Eborenſis Luſitanus haud obſcuri nominis auctor lib. exemplorum tom. poſteriori, vbi de Veſtitu, & de Franciſco Aſſiſias hæc in ſpecie hiſtoricè, ac ſymbolicè. *Franciſcus Aſſiſias paupertatis cultor diligens, non in ſolitudine, ſed medio luxu, inſaniaque diuitiarum, craſſi, natiuique panni tunicam, nudo induit corpori, indutam funiculo compreſſit. Nudis pedibus ligneos ſubiecit ſocculos, vt, quatenus liceret corpus à terræ contactu vindicaret, vndè mens procul receſſerat cæleſtium affectatrix.* B.Fr. ob maiorem paupertatem elegit calipodia

VI Citat auctor iſte Sabellicum, qui anno 1500. viuebat, teſte Bellarmino lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Sub calipodijs rudibus, & vilibus propter expenſam ad duplum, imò plus minorem, & propter maiorem mortificationem, & mundi contemptum, amplius quidem altiſſima Franciſci paupertas triumphet, quam calceata ſandaliis. His calceati Apoſtoli: ſed noua illa Hierarchæ Franciſci paupertas cum nouitate vitæ, & habitus (ſine pera, ſine baculo, ſine pecunia in Zonis, ſine proprio, neque in communi, neque in particulari, ſine rebus, ſine ſtabilibus, ſine mobilibus, ſine vllo temporalium bonorum redditu, necnon & pluribus præceptis obligantibus ſub mortali communita) aſperitatem, duritiem, ac nullius ferè pretii in calceamentis abſque dubio expoſtulabat. Congruentia haud leuis pro calipodiis B.Franc.

VII Tradidit pariter cum habitus forma ſuis alumnis vir Hierarcha legem, & regulam quoad methodum, & normam viuendi, ſicut fecit duobus aliis Ordinibus, ab eo immediatè inſtitutis. *Regula*, ait Seneca epiſt. 71. *eſt, qua rectum probari ſolet: quam ſi flectes, quidquid ex illa mutaueris, iniuria eſt recti.* Ethnica hæc diffinitio, etſi omnibus ad mores communiſſima. Sed noſtri interpretis deſcriptio Euangelica eſt, atque Apoſtolica. Non ſimplicem regulam nuncupat ipſe Dom. 10. poſt Trinit eam legem, quam Inſtitutores Religionum ſuis Religioſis conſcribunt, ſed auream regulam. Nam vbi loquitur myſticè de furto Achan Ioſue 7. in quo latto ille *Pallium coccineum, & ducentos ſiclos argenti, regulamque auream quinquaginta ſiclorum abſtulit*, hæc ſubdit: *Regulam auream furantur falſi Religioſi. Regula quaſi menſura regens dicitur, vel quod diſtortum, prauumque corrigat. Regula aurea eſt vita Religioſorum, quæ hominem diſtortum, & prauum ad menſuram rectè viuendi corrigit, & modum rebus ponit. Hanc* Regula aurea eſt lex religioſis tradita

regu-

1. Regula à B.Franc.Aſſiſio conſcripta.

regulam ferè omnes religioſi furati ſunt, quia ad veritatem Euangelij non ambulant, ſecundum Patrum inſtituta non viuunt, ſed diſtortè, & ſimulatoriè vitam ſuam ducunt. Ita os aureum D Antonij illum ſui temporis Eccleſiæ ſtatum patefaciens. Scripſit Aſſiſio in S. Maria de portiuncula, edoctо Dei ſpiritu, regulam ſuam B.Frãciſcus, diſtinguens principio eam 22.capitibus, quorm

1 Quod fratres debeant viuere in obedientia, ſine proprio,& in caſtitate.

2 De receptione, & veſtitu fratrum.

3 De diuino officio, & ieiunio.

4 De Miniſtris, & aliis fratribus, qualiter ordinentur.

5 De correptione fratrum in offenſione.

6 De recurſu fratrum ad Miniſtrum, & quod aliquis frater non vocetur Prior.

7 De modo ſeruiendi, & laborandi.

8 Quod fratres non recipiant pecuniam.

9 De petenda eleemoſyna.

10 De infirmis fratribus.

11 Quod fratres non blaſphement, nec detrahant, ſed diligant inuicem.

12 De malò viſu, & frequentia mulierum vitanda.

13 De præſumptione fornicationis,

14 Quomodo fratres debeant ire per mundum.

15 Quod fratres non teneant beſtiam, nec equitent.

16 De euntibus inter ſaracenos, & alios infideles.

17 De Prædicatoribus.

18 Qualiter miniſtri conueniant ad inuicem.

19 Quod omnes fratres viuant catholicè.

20 De confeſſione fratrum, & perceptione corporis, & ſanguinis D.N.Ieſu Chriſti.

21 De laude,& exultatione,quã poſſunt facere omnes fratres

22 De admonitione fratrum.

Nullus ius poſitiuũ Eccleſ.nec exẽplum cogit Fran. ad petendam Regulæ confirmationem à Sede Apoſt.

Hanc Regulam exhibuit cum ſuis diſcipulis B. Franciſcus Innocẽtio Tertio confirmandam, nullo iure poſitiuo eccleſiaſtico, ſeu exemplo ad id eum cohibente, vt adnotarunt Bellarminus lib.2. de Monach.cap.4.& Cartagena tract.1.cap.4.de antiquir. Carmelit.ex quibus Vadingus noſter tom.1.ad ann.1210.Sed tum propter maiorem rei firmitatem, ne ſibi accideret, quod contigerat VValdenſibus, à Lucio, & Innoc.Tertio reprobatis, tum propter ſummam, & religioſam, quam ſtatuerunt erga Eccleſiam Catholicam reuerentiam, & ſubmiſſionem, ſiue magis ſpontè, vt ait Platus lib.1.de bono ſtatu relig.cap.7. quam legis cuiuſdam coactu. Pleno vero errore aſſeruit Stephanus Garibayus de Rebus Hiſp:

tom.2.

com.2.lib.12.cap.47.tradens, regulam Patrum Auguſtinianorum profiteri Fratres Minores, cum hæc noſtra longe illa differens ſit, & diuerſa. Hanc noſtram viuæ vocis oraculo confirmauit idem Pontifex, etſi principio renuerit, efficaciter tamen perſuaſus cum cæteris Cardinalibus diſcordibus à Ioanne Card. de Columna, vt in tertia facie demonſtrabimus.

VIII Reformauit deinde iſtam regulam, viſione quadam monitus B. Franc. ſcripſitque ſub Montem Columbæ, ſeu Rainerij ab Vrbe Reatina ſecundo lapide ad meridiem, intra quamdam ſciſſuram petræ, ieiunans quadraginta diebus in pane, & aqua. Reduxitque eam ad meliorem, & breuiorem formam quaſi per medietatem, diſtinguens eam in cap duodecim.

Scripſit Fră aliam Regulam breuiorem in Monte Columbæ.

1 In Nomine Domini, incipit Regula, & vita Fratr. Minorum.

2 De his, qui volunt hanc vitam accipere, & qualiter recipi debeant.

3 De diuino officio, & ieiunio, & quomodo fratres debent ire per mundum.

4 Quod fratres non recipiant pecuniam.

5 De modo laborandi.

6 Quod fratres nihil ſibi approprient, & de eleemoſyna petenda, & de fratribus infirmis.

7 De pœnitentia fratribus peccantibus imponenda.

8 De electione Generalis Miniſtri huius fraternitatis, & de capitulo Pentecoſtes.

9 De Prædicatoribus.

10 De ammonitione, & correptione fratrum.

11 Quod fratres non ingrediantur monaſteria monialium.

12 De euntibus inter ſaracenos, & alios infideles.

Tota hæc Euangelica, & Apoſtolica Regula, quam hodie nos ad literam obſeruare, quantum poſſumus, ſtudemus, plena eſt rebus, aut præceptiuis ſub mortali, aut admonitiuis ad informationem boni, aut ad euitandum malum propoſitis, aut ad Regulæ libertates ſubiectis. Earum ſumma numero 42. continetur.

xxviij. Mandata ſub mortali, præter tria vota, ſût in Regula Fratr. Min.

Nouem eminent, quia conſtituunt totidem præcepta abſolutè.

Duodecim æquipollent præceptis.

Septem habent vim præcepti. Quo pacto Fratres Minores tenentur ex vi profeſſionis, & regulæ obſeruare (præter tria vota) 28. præcepta vera, & realia ſub mortali.

Duodecim aliæ res dicuntur admonitiones.

Sex ſequentes documenta nuncupantur.

Sex denique poſtremæ libertates Regulæ.

Studeant igitur fratres hanc Regulam auream in magno pretio habere, ſola enim eius obſeruantia ſufficiens erit, vt poſſint canoni-

nonizari, ſicut facti ſunt Romani Pontifices. Caueant autem è regione, ne furentur eam, cum euidenti periculo luendi eamdem pœnam in altera vita ſpiritualiter, quam luit Achan corporaliter in hac vita. Quod Deus auertat.

ADMIRANDÆ D. CLARÆ
Sobolis inceptio.

Clariſſimum D. Claræ genus.

I. ANno Chriſti 1212. ſub eodem Innocentio Tertio, & Imper. Frider. Secundo incepit in eadem Vrbe Aſſiſij Ordo Clariſſarum, quibus B. Franciſcus dedit in Abbatiſſam ſuam primogenitam in Chriſto Claram Aſſiſiatem ex nobiliſſima Sciforum progenie. Vide Rodulphum, Gonzagam, Vading. ad ann. 1212. & alios. Soboles Franciſcana præclariſſimæ Claræ, quam amplè hodie pateat circa ea Cœnobia potiſſimum, quæ Miniſtro Generali totius Ordinis in tota ferè Europa ſubſunt, ſuo loco, vbi de Patrimonio Seraphico demonſtrabitur. Clarum. D. Claræ ex *Sciforum* ſanguine genus; quod Faimi nuncupat Cicarella, fortè ex materno genere, vt aduertit Vadingus, hic ſubiicio.

DIVÆ CLARÆ ASSISIATIS GENVS
Ex clariſsima Sciphorum Proſapia.

Paulus Sciſi Proauus Diuæ Claræ.

Bernardutius, ſiue Bernardus eius Auus.

Sciforū Proſapia declaratur.

Fauoronius Parens, vir Dominæ *Hortulanæ* nobilis, & probæ Heroinæ, ac illius plantæ genitricis, quæ in ingentem arborem excreſcens, aurea caſtitatis, & ſanctitatis germina in toto Orbe regali genere peperit.

II Ex hoc auſpicatiſſimo connubio duæ aliæ Beatæ Virgines, quæ etiam poſt mortem ſub regula Sororis Claræ miraculis claruere; *Agnes* & *Beatrix*.

B. Ruffinus Sciſi D. Claræ cōſanguin.

III Fratres Fauoronii, qui & patrui S.Claræ, *Paulus* & *Monaldus*, hique ſimul cum fratre primogenito ditiſſimi, & ſtrenui milites: ex *Paulo* ortus Bernardutius iunior D.Claræ pronepos, & Angela proneptis, quæ ei adhæſit. Bernardutius genuit B. Ruffinum, ſanguine, & religione vnicum, profeſſus eſt enim S. Franciſci regulam.

IV Monaldus tres liberos procreauit, Boſonem, Ioſum, & Finum. Boſoni filius B. Silueſter Sciſi, S.Franciſci ſectator. hucvſq; Vading. vbi ſupra num.14.

Vnde

V Vnde apparet, quod Sancta D.Claræ ſoboles (quam Chriſto genuit Franciſcus, vt ampliſſimè quoque ſtemma,ac genus Seraphicum mundo per eam pateret) per ſæculare progenitorum ſtemma pariter & ipſa in gratiam Franciſci feliciſſimè auſpicata videtur in Scypho regio, ſeu cratere argenteo, à Ioſeph Patriarcha, dum Aegyptiis præſideret, Beniamino fratri ſuo vterino ſimul & germano, ex induſtria tradito.

VI In prophanis literis ſcyphus ad diuina, & heroica arcana reſpectum habet. Erat enim vaſis potorij genus, quod propriè Herculi attribuitur. Macrob.ſatur.lib.5.cap.21. Hoc vaſe in ſacris, & in conuiuiis vſi ſunt veteres. Virgil.8.Aeneid.Ho.Epod.9.Cicer. epiſt.Stemma ſcyphorum,in cuius ſcuto fortè ſcyphi apponebantur, Chriſti Beniamino, ſcilicet eius ſeraphico viro, adeò ſibi perſimili,eiuſque hierarchico ſtemmati meritò ordinatum erat.Quippe quod ad ſpirituale poculum illius veri Herculis debebatur,qui plagis à Chriſto affectus, & ſanguine aſperſus 24. ficti Herculi labores alio modo iuxta eorum ſymbola non ſolum ſuperare debebat, ſed nullius pretij reddere; ceu poſt ita accidit in re, ſicut fabulæ tradunt. In D.Claræ ſobole innumeræ Comitiſſæ, Marchioniſſæ, Duciſſæ, Principes, Archiduces, Imperatrices,Reginæ,quarum aliquot extant in ſanctarum virginum, ac mulierum faſtis, in ſequenti parte breui apparebunt.

Stemma Seraphicum in Claræ ſtemmate figuratum.

Aurea Sobolis Tertij Ordinis B. Franciſci exordium.

I. ET hunc etiam ordinem virorum, & mulierum, in ſuis domibus degentium, fundauit tertiò B. Franciſcus. Eius initia anno Domini 1221. ſub Honorio Tertio, & Friderico Secundo. Gonzaga, Vading.ad eundem annum,Chronol Ordinis fol.18. & alii communiter. Nicolaus IV. Franciſcanus, Tertiariorum regulam à S.Franciſco inſtitutam,& per plura capita diuiſam approbauit, quam deinde confirmauit Clemens V.anno 1308. Vide in ſequenti facie vbi de Sanctis Canon.Tertii Ordinis

II Hæc ſacra Tertiariorum Religio in dies magis, ac magis in numero creuit, & in ſanctitate vitæ floruit. Vulgi ipſi non ſolum adſcripti populi, verum etiam Comites, Duces, Principes,Reges, Cæſares. Nonnulli quoque ex ſuis vitæ ſanctitate, ac miraculorum gloria illuſtres, & vt Sancti, ac Diui ab Eccleſia declarati; ſed de vtriſque in ſequenti parte.

Origo moniaIium clauſtralium tertii ordinis.

III Soboleſcens hæc 3.B.Franciſci ſoboles, hinc in Vrbe Fulginei, Vmbriæ Ciuitate, ſacra ſororum Tertiariorum, clauſtris, tribus votis emiſſis, clauſarum progenies per nobilem, ac piiſſimam mulierem Dominam Angelinam Corbariam Ciuitellæ apud

Aprutium Comitiſſam. Martinus V. & Eugenius IV. ſtatutis, atq; Apoſtolicis Conſtitutionibus, & conceſſionibus quamplurimis eam illuſtrarunt, & condecorarunt.

Origo Fratrũ clauſtralium tertii ord.

VI Quod verò attinet ad alteram huius tertii Ordinis prolem clauſtralem, quæ tranſijt in Religionem ex parte virorum non coniugatorum, & per Prouincias, & Cœnobia hodie dilatatam, ſiue in Hiſpania, vbi nunc maximè viget (à corpore Regularis obſeruantiæ tantum diſiectam, non autem à capite) ſiue in Italia, & à corpore, & à capite hinc ab aliquot luſtris ex ea ſeiunctā, non eſt opus hic immorari. Eius exordia, & euentus circa rem hanc petendi ex diplomatibus Sixti IV.1471. Innocentii IV.conſtitutioni ſubſcribentis. Iulii II.1507. Leonis X.1521. Pii V.1568. Gregorii XIII.1575. Sixti V.1586. quos citat præfata Chronologia loco cit.vbi etiam dictos euentus breui reſtringit. Eius obligatio circa tria vota communia tantum verſatur. De prouinciis, & Cœnobiis tertii ordinis, necnon & Superioribus Generalibus ſuo loco in 4.ſobole. De Prouinciis verò, & Cœnobiis tertii ordinis in Hiſpania, ad finem huius noſtræ Hierarchiæ.

VII Sex Congregationes ex hoc ordine exierunt, quarum tres ſub inuocatione S.Hieronymi.

Cõgregationes ex tertio ordine germinantes.

Prima Congregatio Hieronyminiana fundata à venerabili, ac Beato Sacerdote Carolo nobili Comite Montis Granelli, tertii ordinis profeſſus cum Gualterio Martio eiuſdem Inſtituti. Approbauit eam in Oratorio ad Montes Feſulanos ſub inuocatione S.Hieronymi.Innocent.Septimus; ſed his morte præuentus, Bullam, quam non potuit expedire, produxit in lucem Gregorius Duodecimus, quæ incipit *Sacrum nonnullorum*, octauo idus Iulii 1415. De inſtitutore huius Feſulanæ Congregationis vide Bullam 152.Pii Secundi.

Secunda Congregatio Hieronyminiana initium, & indumenta accepit à Fratre Angelo de Corſica, tertii ordinis S.Franciſci. Vide Vading.in addit.ad tom 5.num.5.ad calcem tom.7. & Bullam Eugenii Quarti per extenſum.

Tertia Congregatio Hieronyminiana inſtituta fuit à B.Stupa in Hiſpania, qui ob contemptum ſui ipſius ira nuncupari voluit, eius inſtitutio ad an.1405. Vide Vading.tom.4.ann.1377.n.21.& alios, & de B.Stupa Martyrol.Franc.29.Ian.

Quarta Congregatio dicitur S. Vrſulæ, quam inſtituta à B. Angela de Deſenzano loco inſigni in Diœceſi Brixienſi, religioſa tertii ordinis, de qua fusè in vitis Sanctorum tertii ordinis.

De S. Franc. Romana in ſeq. [illegible]

Quinta Congregatio eſt S. Franciſcæ Romanæ, quæ fuit tertii ordinis alumna: ipſa etiam inſtituit Congregationem Mulierum, de qua ſuo loco.

Sexta

Sexta Congregatio eſt S. Birgittæ ſub Regula S. Auguſtini inſtituta. Fuit enim hæc Heroina ex tertio ordine S. Franciſci, vt poſtea ſuo loco dicemus. Reſcripſimus haſce Congregationes per ſynopſim ex cap 36. P. Magiſtri Bordoni.

Vide de Sancta Birgitta in ſeq. cap.

VIII Ab anno 1209. quando Minorum Ordo incepit, vſq; ad Regularis Obſeruantiæ primordia de anno 1368. vt ex mox dicẽdis patebit, annorum ſpatium 158. interponitur. Hoc eſt primum tempus, quod principio præſentis ſectionis tetigimus. Nam in toto illo annorum decurſu nulla notabilis diuiſio in Minorum ordine accidit. Quandoquidem prior Cæſarenorum Reformatio, à Patre Cæſareo de Spina ita nuncupata, initium ſumpſit anno 1244. Ordinis verò 35. Poſtquam autem D.Bonau.in cap.gen. intermedio Narbonæ 1260. S.Franciſci Religionem reformauerat, huic priori Reformationi ſucceſſit, & poſterior Clarenorum, vel potius eadem cum priori fuit, vt aduertit Gonzaga. Cæſareni, extincto eorum capite, parum ſteterunt, ac finem habuere. Remanſit tamen conſtans, & firmus in pura regulæ obſeruantia venerabilis P.Ioannes de Vallibus, ex quo primordia Regularis Obſeruantiæ auſpicata ſunt, quibus deinde ſolidè, & conſtanter adeò manus poſuit Frater Pauluccius Fulginenſis, eius ſocius, licèt profeſſione laicus, vt meritò Regularis Obſeruantiæ auctor extiterit, vt in ſequentibus liquebit.

Tẽpus ab anno inceptionis Ordinis ad ann. incept. Regul. Obſeru.

Cæſarenorũ, & Clarenorũ origo, & duratio, & nuncupatio.

IX Clareni ſub hæremitica vita (de quorum initiis ad ann. 1294. ſub Celeſtino V. ac Generalatus P.Raymundi Gaufredi, progreſſibus, & diuiſione idem Gonzaga loco cit. ad folium 4.) Ducem habuere doctiſſimum Patrẽ Angelum de Cingulo, quod Anconitanæ Marchiæ Oppidum eſt. De egregiis huius inſignis Religionis prærogatiuis idem auctor ibidem. Eius ſectatorum nuncupatio à Monte Claro, vbi illorum prima ſedes. Rediere ad Miniſtri Generalis obedientiam ann. 1477. ſub Sixto IV. Vide Gonzagam fol. 19. & alios hiſtoricos.

REGVLARIS OBSERVANTIÆ SOBOLES.

Quæ

Soboleſcens in genus, ſanctitate, claritate, auctoritate, amplitudine, legitima ſucceſſione Hierarchici ſtemmatis Hæres facta eſt.

I. SYNOPSIS de Regularis Obſeruantiæ loquutione, atque ſcriptione ad duo tempora quã breuiter reducenda. Alterum tempus indigitabit eius originem, & progreſſum ſub Vicarijs Generalibus citra, & vltramontanis, & nonniſi à corpore Religionis ſeparata, non autem à capite. Alterum verò tempus ad illud initium referetur, in quo totaliter ſeiuncta eſt ab Ordine, cuius antiquior pars manſit ſub Magiſtrorum Generalium regimine. At recentior, quæ paucis deinde luſtris per totum fere terrarum orbem etiam tunc diffundebatur, Miniſtro Generali totius Ordinis feliciter ſe ſubiecit, ſicut adhuc ei ſubiicitur.

Duo tẽpora proponit auctor in iſta ſectione.

II Ex iſto ſecundo tempore exurgunt alia duo tempora, quorum prius ſobolem verè eximiam, verè amplam Patrum Conuentualium meditabitur; poſterius verò aliam, ſingularem, ac valdè religioſam, quæ Patribus Capuccinis nomen dedit, & famam, & à prædicta ſobole Conuentualium ſuam haud obſcuram Geneſim deriuat. Iuxta præfixa tempora, necnon & præſentis ſectionis inſcriptione, duo animaduertenda ex Gonzaga noſtro, quem ſequi in præſenti labore magna profectò apud me cura, & ſtudium. Primum, quod animaduertendum eſt, habetur in fine illius §. vbi de Reformatorum, atque Recollectorum Patrum exordio ſub fol. 62. & eſt huiuſmodi.

Ex præcedentibus, ait, *liquidò conſtat quam grata ſit Deo Opt. Max. ſacra hæc Franciſcana Religio, qualiterque ſibi curæ ſit. Nam etſi eam ad tempus à recto tramite aliquantulum deuiare ſinat, non tamen in deformationis baratrum labi permittit. Quinimò ſibi perpetuò ex illa ſeptem millia virorum ſeruat, qui non curuant genua ſua ante Baal, quique pro tantæ matris honore, dignitate, atque nitore zelantes, eam in rectam, vnde deflexerat, viam feliciſsimè reducunt. Idque omninò in cauſa eſt, non autem (vt aliqui malè autumant) animi leuitas, aut inconſtantia, vt tot rami, nobiliaque*

Quam peculiaris Dei cura erga Ordinem S. Fräc. & eius zelatores.

germi-

germina, puta Clareni, Amadei, Obſeruantes, Reformati, Capuccini, & alij (de quibus ſupra) ex ea prodierint. Quæ tamen omnia, Patribus Capuccinis demptis, totius Ordinis Generali Miniſtro, iuxta Franciſcanæ regulæ præceptum, quo cauetur, vt vniuerſi fratres vnum de fratribus iſtius Religionis teneantur ſemper habere Generalem Miniſtrum, & ſeruum totius fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire, paruerunt, eiuſque dicto audierunt, & modò, quæ ex ijs ſuperſunt, ad nutum audiunt. Vnus eſſe debet in toto S. Franc. Ordine Generalis Miniſter.

III Secundum, quod aduertere debemus, idem Auctor nobis mutuabit ſuis periodis, quas ſub capitibus, & numeris hic modò nos, tum diſtinguendi gratia, tum pro maiori commoditate, & leuamine legentium, ſubijcere haud quidem opportunum videtur. Eo vel maximè, quia vnuſquiſque Gonzagam præfatum habere præ manibus commodè poteſt.

IV Et prima eius ratio iam hodie non eſt ita intelligenda, ſicut eo tempore, quando ſcripſit hiſtoriam ſuam, Romæ impreſſam ann. 1587. ſub Sixto V. qui annus erat vltimus eius Generalatus; rexit enim ordinem annis octo, & ipſe fuit creatus anno 1597. extant enim pro Capuccinis diplomata recentiora Pauli V. & Vrbani Octaui, de quibus ſuo loco.

V Secunda ratio manet adhuc irrefragabilis, quia Generali Miniſtro Obſeruantiæ ſubſunt omnes Reformati Italię, Hiſpaniæ, Frāciæ, Germaniæ; qui dum ad literam Regulam B. Franciſci obſeruant, quinimò & ad vnguem Conſtitutionem Nicolai Tertij circa eleemoſynarum pecuniarum per amicos ſpirituales applicationē, quæ Conſtitutio Regulæ puritati valde conſona eſt, obſeruent ad vnguem, ſucceſſores B. Franciſci dici, & eſſe debent. Ita pariter & PP. Capuccini, qui Martinianam declarationem amplectuntur, ceù eorum vitæ, & viuendi formæ aptiorem, plurimumq; conformem. Hinc poſt ſex annorum examen, & impugnationem aduerſum rem hanc de iuſta, & canonica Generalis noſtri intitulatione ann. 1631 ſub glorioſæ mem. Rom. Pont. Vrbani Octaui emanauit præſens decretum: *Sacra Congregatio reſpondit nihil innouandum eſſe, & Miniſtrum Generalem de Obſeruantia legitimè vſum fuiſſe, & vti poſſe titulo, & ſigillo cum inſcriptione Miniſtri Generalis totius ordinis Fratrum Minorum, & ita ſeruari mandauit die 22. Martij ann. 1631.* Diſcrimen præcipuū inter Reformatos, & Capuccinos. Sacr. Congr. de titulo Miniſtri Gener. totius ord.

VI Ex quo etiam decreto apparet deſcendentia, & legitima ſucceſſio ipſius Miniſtri Generalis, & ſuorum Ordinum de Regulari Obſeruantia, ac Reformatorum per ſeriem nunquam interruptam, vt hoc pacto iuxta intentionem, & legem Patriarchæ Franciſci vnum caput, vnuſque Hierarcha extaret in tota Franciſcana Hierarchia, titulo, ſigillo, & præcedentia ſolus. Sic enim hæc Seraphi-

raphi-

Vnus ſolus Hierarcha in Franciſcana hierarchia conſtituēdus

raphica, & Apoſtolica Hierarchia Monarchiæ Eccleſiaſticæ, ad cuius iuuamen ordinata fuerat à Deo, conformior eſſet in vno capite, illud caput repræſentante, quod Chriſto capiti magis ſe conformauerat; quam Seraphicam, & Apoſtolicam Franciſci mentem iam declarauerat Leo X. in Conſtitutione *Licet alias* illis verbis. *Ipſi Fratres de Obſeruantia, & Reformati veri, & indubitati Fratres Ordinis B. Franciſci, & eius regulæ obſeruatores ſemper fuerunt, ac diuina fauente gratia ſunt futuri, ſine aliqua interemptione, ſeu diuiſione à tempore aditæ Regulæ per B. Franciſcum vſque ad præſens.*

Clarenorum habitus haeretici s à Ioanne XXII. interdictus.

VII Circa verò Franciſcanum veſtimentum, annis triginta ante regularis obſeruantiæ inceptione, ſcilicet ann. Chriſti 1317. Clarenorum extante Reformatione, ad vitam hæremiticam, & anachoretam conſtanter addicta, emanauit diploma Summi Pontif. Ioann. XXII. textui regulæ Franciſcanæ omninò conforme, in quo *Volentibus quibuſdam plus ſapere, quam oporteat, conſtituit perpetuum præfato ſinem dare negotio*, declarationem edidit grauiſſimam, qua Miniſtro Generali, & Prouincialibus commiſit, *arbitrari, ac præſcribere, cuius formæ, ſiue figuræ, atque ſimilium accidentium eſſe debeant, tam habitus fratrum, qua caputia.* Omnibus & ſingulis Ordinis Minorum fratribus præcipiens in virtutæ obedientię ſub excommunicationis pœna, *vt ad mandatum ipſius Generalis deponant, quos deferunt habitus, & alijs ipſius Generalis arbitrium determinationem, ſiue iudicium induantur.* Vide etiam Chronol Ordinis Capit. General. 19. & 20. fol. 41. vbi de Reformatione Narbonenſi ad ann. 1314.

VIII Huiuſce Apoſtolicæ determinationi ſolidè, vt par erat, ſemper adhæſerunt ſanctiſſimi, & integerrimi Regulæ zelatores, ac B. Franciſci veſtigiis ſummoperè inhærentes, D. Bernardinus Senenſis, D. Didacus Complutenſis, B. Ioannes de Capiſtrano, B. Iacobus de Marchia, B. Petrus de Alcātara, B. Petrus Regalatus, B. Saluator ab Horta, B. Paſchalis Baylon, B. Petrus Baptiſta cū ſociis Martyribus Iapponenſibus, decus, & corona ordinis Fratrum Minorum regularis, & ſtrictioris obſeruantiæ.

Lites circa formam habitus iam penitus eradicatę

IX Lites, iurgia, contentiones, adeò charitati religioſorum præiudiciales, & Sedis Apoſtolicæ quieti parum gratæ ſuper iſto negotio iam ſub maxima moderni Pontificis vigilantia (Deo fauente) penitus abraſæ. Decreuit namque Sacra Congregatio ſuper Indicem librorum, omnes ſcripturas de hac materia, per apologias, ac controuerſias tractantes eo ipſo, quo prælo datæ ſunt, prohiberi, & vt prohibita haberi.

X Tota Hierarchia Franciſcana illis indumentis reſpectiuè in ſuis ſobolibus, & ordinibus nunc vtitur, quæ Pontificum diplomata

mata confirmarunt, benedixerunt, gratiis & fauoribus proſequuti ſunt. Quælibet ſoboles, ſiue ordo, vt eſt ordo Patrum Conuentualium, Patrum obſeruantium, & cum his Patrum Reformatorum, Patrum Capuccinorum, Patrum tertii ordinis ad B. Franciſci Hierarchiam pertinet. Hæreditas S.Franciſci eſt, tempore S.Franciſci, quoad obſeruantiam regulæ inſtitutus eſt. Secundum quam pariter regulæ obſeruantiam Superiores horum ordinum Generales D.Franciſci ſuccedunt, vnuſquiſque ſecundum ſtatum ſuum, licet ſecundum nonnullas rationes particulares, quas ſupra tetigimus, aliter res ſe habeat. Quomodo & è contra aliter quoque ſe habeat Sexta, & vltima ratio Gonzaghæ, nam amplitudo Patrum Capuccinorum multò plus prouinciarum, cęnobiorum, fratrum numero in terrarum orbem dilatata eſt.

XI Igitur regularis obſeruantiæ origo, de qua mater noſtra Italia, vbi per trium ordinum inſtitutionem Hierarchia Franciſcana ad Eccleſiaſticæ Monarchiæ reparationem incępit, meritò gloriatur ann. Dom. 1368. religionis verò 159. ſub Vrbano V. & Imperatore Carolo IV. & ſub Generalatu P.Thomæ de Ferignano Mutinæ. Reparator Eccleſiæ Italus, & ſub Diaconatus ordine, & ex Vmbriæ prouincia. Item & Italus illius Hierarchiæ reſtaurator, quam ad priſtinum per admirandam reformationem reduxit. Fuit pariter & ex Vmbria, ſed nec Sacerdos, nec Diaconus, nec in aliquo alio ordine ſacro, ſed ſimplex laicus; ſanguine clarus, ſed moribus, pietate, religione, & magnanimitate clarior. Paulus de Trincis Fulginas ipſe vocabatur, ita Deo diſponente, qui ſeruis ſuis, ad res arduas ab æterno prædeſtinatis, nec nomina vacua ire vult: ſicut enim Petrum & Paulum pro fundanda Eccleſiæ Romanæ Monarchia ordinauerat Deus ipſe, illum primariò, hunc ſecundariò, ita pariter ad eammet reparandam, ac reſtaurandam per Hierarchiam Apoſtolicam, & ſeraphicam, præfixit, veluti alterum nouorum Apoſtolorum caput Franciſcum, & poſt aliquod tempus deinde conſtituit Paulucium magni Pauli Apoſtoli in eo facinore æmulum. Qui Reparatoris labores reſtituens, idem per arduum opus, quod eius Hierarcha cruentis plagis fundauerat, quodque in magnum eiuſdem Monarchiæ præiudicium imbecillitas humana labefactauerat, proſequutus eſt.

Regularis obſeruāt. origo italica eſt.

Eius initiat F.Paulus Fulginas.

XII Hic humillimus, ac pauperrimus, & ſeraphico zelo flagrans, illuſtris ac Franciſcanus, laicus profeſſione, ſed laudabiliſſimus conuerſatione, libertate ſuæ regulæ fretus, obtinuit ab eodem P.Thoma Generali (Vgolino de Trincis, vrbis Fulginei Principe, ſuoque conſanguineo fauente) domumculam Bruliani, Crucis Chriſti propter eius horrorem maximum, vaſtamque ſolitudinem, ægrotibus amicam, inter Fulgineum, & Camerinum. In eo cœnobio

Hugol. de Trincis Princeps Fulginei, ac Frat. Pauli conſanguineus.

nobiolo cæleſtis illa, ac perardua reformatio, pluries ab aliis intentata, non tamen prudenter (& maximè à Clarenis, locorum Ordinariis quam imprudenter confugientibus) directa, radices fixit. Ibidemque fundamenta, eò ſolidiora, quò humiliora regularis obſeruantiæ iecit. Vnde poſtea tam amplum ſanctitaris, doctrinæ, & exemplorum ſeminarium, iam in toto orbe diffuſum apertum eſt.

Fr. Pauli de Trincis ſocii.

XIII Præterea alios ſocios, quos ſibi elegerat Frater Paulus, doctrina, prædicatione, & probata vita laudatiſſimos, duo potiſſimum fuere, ſcilicet Frater Angelus de Monte Leone, & Frater Ioannes de Stronconio. Ab incolis illius Montis (vbi hominum commercium nullum, ſolatia humana nulla, omnia inculta, & aſpera) qui propter extremam paupertatem calepodiis pro calceamentis vtuntur, calepodia ſua mutuatus eſt Frater Paulus, eaque aſſumpſit cum ſociis ſuis, obtenta prius facultate à Generali Miniſtro. Hinc deducta inter Fratres obſeruantes, & reformatos maximè in Italia colonum, ſeu calepodiorum cõſuetudine. Vtrum tamen & B. Franciſcus ea aliquando deſumpſerit, iam ſuperius reſponſum eſt.

Calepodiorũ exordium in Regulari obſeruantia.

XIV Cætera circa felicem progreſſum Fratris Pauli apud noſtrates, quos refert Chronologia Ordinis in 27. cap. Generalis fol. 86. Inſtituit deinde omnium hæremitoriorum, & Guardianorum Superiorem F. Paulum noſtrum P. Generalis Leonardus de Giſone, ſeu de Giſonibus, Patris Thomæ memorati ſucceſſor; eius poſtmodum ſucceſſores adeò ipſum imitati ſunt, vt Pater Henricus Alfarius, ipſum ſuper quindecim, quæ habebat loca, obſeruantium ſuum Commiſſarium cum plenitudine poteſtatis elegerit; & alios ſuo loco Commiſſarios eligendi auctoritatem conceſſerit.

F. Paulus inſtituitur Cõ. Generalis de obſeruantia.

XV Anno 1390. Frater Paulus oculis orbatus, & viribus deſtitutus iam octogenarius, conſtituit ſuum Commiſſarium ſuper omnes obſeruantes Fratrem Ioannem Stronconium, de cuius vita probitate, obitu, miraculis conſule Martyrolog. Franciſcanum, & alios apud ipſum.

Regul. Obſeru. origo apud Gallos.

XVI In Gallia origo Regularis Obſeruantiæ an. Domini 1388. ſub Vrbano VI. & Carolo IV. præfato Imperat. & ſub Generalatu P. Antonii de Pireto, & tempore illius ſchiſmatis, quod cum Monarchia Romana Hierarchiam pariter Franciſcanam per 40. ferè annos hinc inde concutiens, Petri Nauiculam ſummoperè agitauit. De hoc ſchiſmate Bellarminus in ſua Chronolog p. 2. Schiſma, ait, omnium grauiſſimum, & longiſſimum, Clementis antipapæ contra Vrbanum VI. Nam Clementi ſucceſſit in ſchiſmate Benedictus XIII. cuius ſchiſmatis volens Concilium Piſanum remedium adhibere, illud auxit, creato Alexandro V. indè enim tres

Schiſma 17. Clem. antip. contra Vrb. VI.

Pontifi-

Pontifices vnuſquiſque in ſua obedientia (ſedebat Gregor. Duodecimus, Benedictus Decimuſtertius, & Alexander Quintus, & paulò poſt Ioannes Vigeſimus tertius. Vide Gonzagam cit.fol.7. & 8.Chronolog.ordinis, & alios apud eandem ex Vadingo. Fouens Seraphico operi Concilium Conſtantienſe benignè literis,& gratijs perſequens,ſubſcripſit prouiſioni, ait Gonzaga ann. 1418. pontificatus verò ſui anno iij. Summus Pontifex Martinus Quintus, Otho antea Columna nuncupatus, qui è Romanis Principibus ortus (inquit Platina in textu latino, in quo ſcripſit, ſed per traductionem Italicam circa plurima mutatum) in eodem Concilio Conſtantiæ electus fuerat. Inſuper & alia quædam priuilegia in eorumdem Obſeruantium fauorem adiecit. Cum autem Patribus Obſeruantibus non ſatis per Conſtantienſe Concilium proſpectum videretur, alia quædam ſibi adhuc adiicienda fore exiſtimauit ipſe pius, ac ſummus Pontifex. A ſupradicto igitur tempore in tribus prouinciis, Burgundiæ, Franciæ, atque Turonis regularis Obſeruantia ſtabilita fuit, poſtquam, vt prælibauimus, per annos 25.ibidem plantata fuiſſet.Hæc Gonzaga, apud quem ibidem Reformatoribus Turoniæ cœnobium à Ioanne Philippi, tunc illius prouinciæ miniſtro, Mirabelanum,in Diœceſi Pictauienſi conceſſum fuit.

Concil. Conſtantiæ fauet Regul. Obſeruantiæ.

Mart V. Columna laudatur.

XVII Primus Vicarius, ſeu Commiſſarius ſuper vndecim loca denuò erecta P.Thomas de Curte, ab eodem de Pireto conſtitutus. Incepti operis reſtitutio, poſt eius deturbationem, imò & ablationem per Romanos Pontifices Alexand.Quintum, & Ioannem XXIII à Conſtantienſe Concilio mandata, & à Martino V. fauoribus,& gratiis roborata.Indigebat quidē nouellum totius Ordinis Fratrum Minorum Reformationis germen ad reparationē Franciſcanæ Hierarchiæ Columnæ Martini v. ad Petri Monarchatum non abſque Dei nutu euectæ ſubſtentaculo: Sicuti eodem quoque indiguit, quando à B.Hierarcha Franciſco inſtitutus fuit. Nam purpurata in Ioanne Cardinali Principum Columnenſium Romanorum pietas, quæ poſtea in Martino v. Monarchica Maieſtate triplici Diademate coronata eſt, talem ſe Seraphicæ ſerui Dei Franciſci conſtructioni principio ſe præbuit, talem deinde in eius reſtitutionem, qualem ſuo loco poſtea breui calamo dabimus ad illius gratitudinis reſtaurationem, de qua poſtremò multa cum ratione Vadingus noſter inferius citandus.

Ioan. Cardinalis Columna fautor præcipuus Beati Franc.

XVIII Idem Gonzaga loquens de eodem Pontifice fol.7. vbi de ſchiſmate tum in Eccleſia Catholica, tum quoque in Eccleſia Franciſcana oborto, hæc ſingillatim. *Tantus præterea fuit huius Summi Pontificis ad Minoriticum Ordinem affectus, vt conantibus quibuſdam ſancta loca Hieroſolymitana, videlicet Montis Syon,*

Gonzaga de Martino V. Colum. loca Terræ S.Obſeruadente.

Sancti Sepulchri, Beatiſſima Domina noſtra in Valle Ioſaphat, atque Bethlemicum, à Franciſcanis Fratribus pacificè diu poſſeſſa, atque inhabitata in dubium reuocare, ac ſub iudice conſtituere, in faciem, commiſſa Reuerendiſſimo Ioanni Hieroſolymitano, atque Gradenſi Patriarcha totius cauſa diſcuſſione extiterit, ac diffinitiuam ſententiam à præfato Patriarcha in Minorum fauorem latam ſuo calculo ex Apoſtolica auctoritate comprobarit, confirmaritque.

Origo Regular. Obſeru. apud Hiſpanos ſub tribus Petris fũdata.

XIX Ortus Regularis Obſeruantiæ in Hiſpania per tres venerabiles Patres, Petrum Villacretium Hiſpanum, Prouinciæ Caſtellæ; Petrum Pineianum, ſiue Regalada, & Petrum Sanctium, Hiſpanicè *Santoio*. Tres petræ, quarum prima tempore, ac dignitate, pietate, & Religionis zelo anterior, pro erigenda, fundanda, ac ſtabilienda ſuper firmam apoſtolicæ vitæ Chriſti, & Franciſci petram, mole illa ſeraphica, quæ ad vtriuſque mundi extremitatem in orientalibus, occiduiſque Indijs ex lapidibus infidelium cordibus innumeros Abrahæ filios ſuſcitare debebat. Princeps eorum ſedes conuentus S. Mariæ de Saliceto, Toletanæ Diœceſis, inter medios fines oppidorum Tendilæ, atque Pennalueri è fundamentis à Villacretio erectus. Illic Regularis Obſeruantiæ prima ſemina iacens, adeò excre uerunt, vt eorum fructus ad reliquas Hiſpaniæ prouincias (Santoio præfato incrementum præſtante) dimanauerint. Hi fuere primi Regularis Obſeruantiæ apud Hiſpanos fructus, qui licet eo in opere (aduertit Gonzaga) Gallos præuenerint, attamen poſt eos ponendos. Tum quia poſterius ad Concilium Conſtantienſe confugerint, tum quia Patres Galli primos Vicarios prouinciales, atque Generalem à præfati Conſtantienſis Concilij Patribus, ſummoque Pontifice Martino v. vt ſuperius diximus, obtinuerint.

Hios primũ cœnobium.

Reges Legionenſes Obſeruant apud Hiſpanos plurimum fauẽtes.

XX Verum huiuſmodi Vicariorum munus non à Conſtantienſi Synodo, ſed ab eodem Martino v. ad inſtantiam Ioannis eius nominis ſecundi, Legionis, atque Caſtellæ Regis Patribus Hiſpanis conceſſum: & ab Eugenio IV. ſummo Pontifice virtute cuiuſdam Bullę, incipientis, *Ex Apoſtolica nobis deſuper iniuncta, &c.* ad pijſſimas Sereniſſimæ Mariæ, Ferdinandi Aragonum Regis filiæ, atque præfati Ioannis Regis vxoris preces anno Domini 1434. ijſdem confirmatum.

Quam grata Regul. Obſ. erga Reges Caſtiliæ.

XIX Horum tantorum principum fauorabili pietate fundata, ac propagata Regulari Obſeruantia in ea cuſtodia Sanctoiana extra Montes, quæ nunc Conceptionis Prouincia dicitur, ſub Cuſtodis, ſeu Commiſſarij regimine fuit vſque ad ann. 1447. in quo Eugenius IV. eam in prouinciam erexit, eique Prouinciales Vicarios deſtinauit. Haud quidem iſtorum Regum ſucceſſoribus ingrata

grata regularis Obſeruantia, ſine qua nouus orbis (à Chriſtopharo Columbo ann. 1493. principio detectus) ad Ferdinandum v. Caſtiliarum per Reginam Iſabellam vxorem ſuam hęredem, ac Caroli v. ex Ioanna primogenita, & hærede, ac Philippi I. cognomento Pulchri coniuge, auum, & ex hoc ad Auguſtiſſimam Domum Auſtriacam nequaquam perueniſſet. Etenim niſi Frater Ioãnes à Piretio (Hiſpanicè Perez) profeſſione Franciſcanus, ac Beticæ Prouinciæ alumnus, ſuis commendatitiis literis ad P Ferdinandum Talabricam eiuſdem Ordinis profeſſum, eorumdemque Regum Confeſſarium, opus tam arduum, ac ſimul operis auctorem Columbum prius commendaſſet, equidem denuò vt vanum, ac malè fundatum reiectum fuiſſet. Vide Gonzagam part. 4. vbi de prouincia S. Crucis in noua Hiſpania ad Indias occidentales. Vide etiam Ioannem Boterum apud opuſculum noſtrum Italicum anno præterito Romæ impreſſum fol. 279.

Franciſcanorum operaia detectione noui orbis.

XXI Hinc Reges Auſtriaci Hiſpani, ab ea pietate apud Germanos exorti, de qua ſæpenumero in libris noſtris de rebus Auſtriacis, conſtanti religione, ac deuotione Franciſcanorum Regularis Obſeruantię meritum adeò ſplendidè, & honorificè ſunt proſequuti, vt pro magna gloria ſemper habuerint, non ſolum eos ad ardua negotia Religionis, Catholicæ Monarchiæ propria, in veteri, ac nouo orbe deſtinare, verum etiam & eorum ſtemma cum illo D. Dominici titulo Grandium Hiſpaniæ inſignire.

Reges catholici Hiſpaniarum erga Ordines Prædicat. & Minorum ſummè propenſi.

XXII Solent enim tam Magiſtrum Generalem Ordinis Prædicatorum, quam Miniſtrum Generalem totius Ordinis Fratrum Minorum inter ſuos Grandes connumerare. In Hiſpaniola, ſeu noua Hiſpania ad Americam in India occidua, quæ fuit prior Inſula à Columbo detecta, prima nomina Dominici, & Franciſci innotuere. Horum enim Hierarcharum filii miſſione apoſtolica primi ante omnes alios ad diſſeminandum Euangelium in illis partibus. Vide in ſequentibus fusè cap. 1. & 2.

XXIII Verum Corona aurea, quæ in vertice noſtri ſtemmatis ſolet apponi, nihil aliud denotare poteſt, niſi Franciſcana paupertas, quæ tota aurea eſt, ac totius Seraphici P. Franciſci patrimonij largiflua theſauraria. *O aurea Paupertas glorioſa Virginis*, ait D. Antonius Dom. 5. poſt Trinit. ſuper illud de Trono Salomonis, *Et veſtiuit eum auro mundiſſimo, quæ Dei filium pannis inuoluiſti, in præſepio collocaſti*. Et benè dicit, *veſtiuit*. *Paupertas enim animam veſtit virtutibus, diuitiæ verò temporales expoliant*.

Corona aurea ſuper ſtemma Franci. quid ſignificet.

XXIV Paupertatis Seraphicæ in ſcuto ſtemmatis Franciſcani dat auream coronam Antonij doctrina. Ex hoc auro formatur eius Corona, Corona autem illam eminentiam, dignitatem, ac gloriam patefacit, de qua D. Franciſcus cap. 6. Regulæ. *Hæc eſt illa*

celſitudo altiſſima paupertatis, quæ vos chariſſimos Fratres meos hæredes, & Reges regni Cælorum inſtituit, pauperes rebus fecit, virtutibus ſublimauit. Hæc ſit portio veſtra, quæ perducit in terram viuentium. Cui dilectiſſimi fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in perpetuum ſub Cælo habere velitis.

Paupertas D. Fran. altiſſima.

Regularis obſer. origo in Portugallia.

XXV Regularis obſeruantiæ in Portugalia origo ad an. 1392. Bonifacio IX. Romano Pontifice, & Imperat. Venceslao. Ab Ordinis Seraphici inſtitutione vſque ad an. 1378. in quo emerſit præfatum ſchiſma, nulla prouincia in Portugaliæ Regno à Patribus Luſitanis erecta fuerat, ſed ſub Cuſtodijs degebant, parebantque omnes Fratres prouinciali Miniſtro prouinciæ S. Iacobi. Obtemperantibus Vrbano VI. vero Pontifici Luſitanijs, Caſtellanis verò Pſeudopontifici Clementi VII. ſeſe quoque mutuo, acrique bello Regibus Caſtellæ, & Portugalliæ oppugnantibus, occaſio fuit, vt Portugallenſes patres, erecta ſibi peculiari prouincia, ab obedientia patrum prouinciæ S. Iacobi ſe ſubduxerint. Hac exorta occaſione, aliquot patres Galleſi, atque Caſtellanani in Portugallia Vrbano VI. obedientiam præſtantes, ſe tranſtulerunt, inibique anno præfato 1392. nouem Conuentus conſtruxere, quorum primus S. Mariæ de Moſteyro ad 3. miliare à Tuiceaſi Galleſorum Ciuitate. Hi egregii reformatores ſex numero fuere, ſed quatuor ſacerdotes, poſtremus verò profeſſione laicus. Illorum nomina, Frater Didacus Arias, vir doctus, atque egregius prædicator, Frater Gundiſaluus Marinus, vir nobilis, atque in ſæculo olim ditiſſimus, Frater Petrus Almanus, Fr. Alphonſus Saccus, Frater Petrus Diaz, Frater Garzias Montanus conuerſus. Vide Gonzagam ibidem fol. 11. anno Chriſti 1406. ſub Benedicto XIII. in Gallia demorante, ac Roberto Imperat.

1. Obſeruan. Conuentus in Portugallia.

Primi Reformatores.

Collectaneorum origo.

XXI Collectaneorum Patrum origo ex B. ſorore Collecta Virgine de Corbeia Veromanduorum oppido in Diœceſi Ambienſi. Hæc tam Clariſſarum, quam Fratrum reformatio ann. 1508. obſeruantibus coniuncta eſt, iuxta mandatum Iulii II. Vide Chronol. Ord. ſub 23. capit. Generali, & alios apud ipſum. Cætera circa exordia Conceptioniſtarum Sororum, Amadeorum, ac Fratrum de Caputio, ſiue de S. Euangelio, & quo pacto obſeruantibus omnes hæ Congregationes adhæſerint, conſule eundem Gonzagam, & alios. Illud autem, quod ſpectat ad totalem ſeparationem ordinis (vnde genus Fratrum Minorum in ſobolem, ſed regularis, ac ſtrictioris obſeruantiæ ſoboles tranſit in genus) ex infra dicendis patebit. Amplitudinem huius tetigit Arturus in prologo §. 113. Fratres obſeruantes, ait, habent prouincias 93. cuſtodias 5. vicarias 24. domos in Indijs, in quibus chriſtianã doctrinam propo-

Regular. obſer. amplitudo.

propo-

proponunt 127. Collegia 6. Conuentus 2300. Fratres 163900. hiſque adnumerantur Diſcalceati, & Recollecti. Arturi numeratio ad annum 1625. ſed noſtra erit vſque ad currentem ann. 1663.

PATRVM CONVENTVALIVM

SOBOLES

Multa amplitudine, & claritudine conſpicua. Olim in Hiſpania, nunc verò in Italia virtutibus, ſanctitate, atq; literis florida.

I. EXauctoratis omnibus Vicariis prouincialibus de Regulari Obſeruantia ſub Martino Quinto, ac Generali Miniſtro Antonio de Maſſa in primo capitulo generaliſſimo anno 1430. Ordinis verò 222. ſucceſſit Martino Quinto Eugenius Quartus, ſub quo celebratum eſt primum capitulum generale à ſolis Obſeruantibus, inſtante B. Ioanne de Capiſtrano anno 1431. Hinc regularis obſeruantia adeò ſeiuncta eſt à Conuentualibus, vt regimini Vicariorum Generalium, ab ea electorũ per capitulum generale ſeparatum, acceſſerit; & in hunc modum ex vno ingenti corpore facta ſunt duo maxima corpora, & ex vno pergrandi genere, duæ amplæ ſoboles, ſiue ſtirpes. Miniſter generalis erat vnus in toto Ordine Franciſcano. Conuentuales Miniſtro generali immediatè ſubiecti. Obſeruantes eorum Vicario generali, iuxta apoſtolicam auctoritatem parebant. Ab anno 1430. vbi celebratum fuit capitulum primum generaliſſimum ſub Martino V. vſq; ad an. 1517. ſub Leone X. qui annus erat 308. ab ordinis fundatione, & ad ſeptimum capitulum generaliſſimum tã Conuentuales, quã Obſeruantes conuenerunt. Septem extiterunt capitula generaliſſima eo tẽporis ſpatio, ſed Vicarij generales de Obſeruantia in Ciſmontana familia 28. in Vltramõtana verò 127. Amplitudo prouinciarum ingentiſſima; ſed tam de vicariis, quam de prouinciis, & eorum cuſtodiis, & cœnobiis ſuo loco.

Primum Generale ab Obs... celebr...

Vicarij Generales citra, & vltramon.

II Electo igitur Generali Miniſtro totius Ordinis ex mandato Leonis Decimi Medices, prædicto anno 1517. ſub Imper. Maximiliano Primo Auſtriaco, tranſlatis ſigillis Ordinis ad eumdem Miniſtrum generalem, relictoque magiſterii titulo Conuentualibus, facta eſt totalis ſeparatio. Sed genus diminutum nequaquam eſt, etſi Patrum Conuentual. ſoboles ſola remanſerit, nã ſoboles

boles verò Obſeruantium in genus valdè multum tranſiuit. Sic Romanus Pontifex opt.max. titulo, officio, proſapia, & maieſtate verè medicus, medico Samaritano Chriſto, cui Vicarius erat perſimilis. Etenim pro totius Eccleſiæ ſanctitate eam medelam curatiuam, ac præſeruatiuam corpori Franciſcano præſtitit, quæ neceſſaria videbatur ad totius Chriſtianitatis beneficium. Verumtamen niſi fieret hæc ſeparatio, in peiorem modum humores alternarentur, & introducta indiſpoſitio in incurabilem morbum tranſiſſet.

Leo X. Medices laudatur.

III A tempore ergo illius anni prædicti 1517. numerant patres Conuentuales ſuos Magiſtros Generales, ac ſuas prouincias & domos. Exemptio ab onere, quo Miniſtro Generali in toto ordine, Miniſtris verò prouincialibus reſpectiuè in eorum prouinciis in aliquibus ſubiiciebantur, diſiectam ſobolem conſtituerunt. Sicque eorum adeò perſpicuus Ordo ſub Seraphico ſtemmate ad Parentem, ac Hierarcham Franciſcum, cuius patrimonij hæreditas circa poſſeſſionem Conuentuum in bonam partem remanſit, ipſo etiam retinente eiuſdem Hierarchæ, ac nonnullorum diſcipulorum eius beata corpora, alio, & alio modo ſe referri voluit. Admiſſis fauoribus, ac priuilegiis diſpenſatiuis in bonis temporalibus à Romanis Pontificibus ſibi conceſſis, & confirmatis.

IV Horum Pontificum primus *Innoc. IV. anno* 1244. *Ordinis verò 35, annuos redditus, & rerum immobilium dominium, ac proprietatem (in communi tamen) pontificia diſpenſatione admittit*. Ita Gonzaga fol. 4.

Magiſtri Generales PP. Conuentualium.

1 Magiſter Generalis ab ea ſeparatione totali (per quam & & Obſeruantes celebrauere deinceps ſeorſim ſua capitula generalia, ſuos Miniſtros Generales totius Ordinis, & ſuos Commiſſarios ſicut modò faciunt) Patet Antonius Marcellus Cherinus Dalmata, electus ad ſanctos Apoſtolos per Patres Conuentuales ſolos anno eodem 1517. Vide de eo Vading. tom. 8. ad ann. 1517. num. 23.

2 P. Antonius Saſcolinus ann. 1519.

3 P. Ioannes Vigerienſis ann. 1523.

4 P. Iacobus Anconenſis ann. 1530.

5 P. Laurentius Spata ann. 1537.

6 P. Bonauentura Pius ann. 1543.

7 P. Iacobus de Monteſalco ann. 1549.

8 P. Iulius Magnanus ann. 1553.

9 P. Antonius Delphinus ann. 1560.

Felix Perettus Rom. P. opt. max. Sixtus V.

10 P. Felix Pererus, qui & Romanus Pontifex Sixtus Quintus, de quo in Ordine pontificum Franciſcanorum ann. 1565.

11 P. Ioannes Taucredus ann. 1569.

12 P.Ioannes de Sierra ann.1575.
13 P. Petrus Antonius Carmillus 1576.
14 P.Antonius de Fera 1581.
15 P.Clemens de Bontadotio 1584.
16 *P.*Euangeliſta Pelleus 1587.
17 *P.*Iulianus de Moliano 1590.
18 *P.*Franciſcus Guſualdus 1590.
19 *P.*Philippus Guſualdus 1593.
20 *P.*Ioſeph Piſcullus 1602.
21 *P.*Guillelmus Vgo citatus.
22 *P.*Iacobus de Bagnacauallo 1607.
23 *P.*Guillelmus Eugenius 1613.
24 *P.*Michael Bononienſis. citat.
25 *P.*Felix Franciſchinus de Caſia 1625.
26 *P.*Ioannes Baptiſta Berardicellis 1631.
27 *P.*Michael Angelus Cathalanus 1647.
28 *P.*Felix Gabriel Auſculanus Picenus 1653.
29 *P.*Iacobus Fabretus de Rauenna ex author. Apoſt. 1559.

V Decoratur etiam hæc Patrum Conuentualium ſoboles, à quamplurimis viris illuſtribus, titulis, doctrina, ac ſanctitate conſpicuis. Gaudet etiam & meritò de ſuis Baccalaureis, Doctoribus in magiſteriatibus lingua, calamo, ac prædicatione celeberrimis. Gaudet & de ſuis Sancti Officii Inquiſitoribus, Conſultoribus, Qualificatoribus, de ſuis Academiis, Cathedris, Epiſcopis, Cardinalibus, & ſimilibus. O quot, quantoſque viros dignos, tum ex D.Bonauenturæ gymnaſio, tum ex Magiſtri Ioannis Scoti ſchola in totius Eccleſię bonum hæc aurea ſoboles feliciter peperit. O quot vniuerſitates doctrina, pergama eloquentia, Eccleſias regimine, Licæa directione, miſſiones apoſtolicis prædicationibus, & exemplis illuſtrauit. Eius amplitudo per prouincias ea eſt, quam ſub numero 35. hodie exhibet. Viri illuſtres

Numerus prouinciarũ.

1 prouincia S.Franciſci.	13 prouincia S.Angeli.
2 prouincia Romana.	14 prouincia Sardiniæ.
3 prouincia Bononiæ.	15 prouincia Dalmatiæ.
4 prouincia Neapolis.	16 prouincia S.Bonauenturæ.
5 prouincia Siciliæ.	17 prouincia S.Ludouici.
6 prouincia Marchiæ.	18 prouincia Aquitaniæ.
7 prouincia S.Nicolai.	19 prouincia Poloniæ.
8 prouincia Mediolani.	20 prouincia Ruſſiæ, & Lituanię
9 prouincia Tuſciæ.	21 prouincia Coloniæ.
10 prouincia Ianuæ.	22 prouincia Argentinæ.
11 prouincia S. Bernardini.	23 prouincia Leodii.
12 prouincia Calabriæ.	24 prouincia Romaniæ.

25 prouincia Auſtriæ.
26 prouincia Bohemiæ.
27 prouincia Orientis.
28 prouincia Tranſiluaniæ.
29 prouincia Terræ Sanctæ.
30 prouicia Angliæ.
31 prouincia Hiberniæ.
32 prouincia Saxoniæ.
33 prouincia Daniæ.
34 prouincia Hungariæ.
35 prouincia Styriæ, & Charintiæ.

Conuentus, & Fratres.

Arturus in ſuo Martyrolog. Franciſc. ſuper §. 113: ad prologum ita ſcripſit eo tempore paucis verbis, amplitudinem huius ſobolis oſtendens. Patres Conuentuales, ait, habent prouincias 31. Vicarias ſeptem, diuiſas in Cuſtodias 108. Conuentus 1509. Fratres 30000. Fratres Conuentuales reformati habent Conuentus 50. hæc ille.

SEQVITVR ALIA SOBOLES.

Tribus diuerſis nuncupationibus eſſentia eadem. Amplectitur enim in Italia Reformatos; in Gallia, & alibi Recollectos; in Hiſpania, & in nouo Orbe Diſcalceatos.

I. NON *diſſimilem à Patribus Capuccininis* (ait Gonzaga loco cit. fol. 61.) *vitam ducunt, nec in vnius vnguiculi latitudine illis noſtri Reformati cedunt.* Eorum originem, ac viuendi modum paucis tradit præfatus Auctor. Anno 1502. ſiue 1500. ex parte 4. fol. 949. apud Chronologiam fol. 319. concluſum fuit in generali Congregatione apud Caſtellæ prouinciam (Martiale Boulier Vltramontano Vicario Generali ſub Romano Pontifice Alexandro VI.) vt recolligerentur pro arctiori vita aliquot Conuentus remotiores, ac pauperes. Reſolutio illa caruit tamen optato fine vſq; ad ann. 1525. in quo effectum ſuum ſortita eſt ſub Clemente Septimo, qui cum ſereniſſimæ proſapiæ participatione zelum quoque, & animum Leonis Decimi conſanguinei ſui pro totius Eccleſiæ bono, quod à Franciſcana familia magnum emolumentum ſumit, ſtrenuiſſimè imitatus eſt. Sicut adhuc imitantur magni Duces, & Principes Florentiæ, quorum confeſſiones, & Eccleſiæ maioris Florentiæ vrbis, vbi ipſi reſident, pulpitum Franciſcani ſoli, ſiue de Obſeruantia, ſiue Reformati, & non alii admittuntur.

Recollectorũ origo apud Hiſpanos.

Pietas Magnorum Ducum Florentinorum erga Franciſcanos.

II De Recollectorum, Raformatorum Auctore P. Ioanne de Guadalupe anno eodem 1500. & etiam Diſcalceatorum ſub generalatu P. Egidii Delfini: ita Martyrolog. Franciſcanum. *In latia*

B. Ioan-

B. Ioannis Guadalupenſis Confeſſoris, qui auctor Fratrum Diſcalceatorũ de Caputio, & Fundator Prouinciæ S. Gabrielis exiſtens, admirandis virtutibus, & ingenti ſpiritus feruore emicuit, atque ſancto fine quieuit. Fuit hic pater, aduertit idem Auctor §. 4. prouinciæ S Iacobi alumnus, à qua ſtrictioris obſeruantiæ ſtudio tranſit in eam, quæ nunc eſt, prouinciam, tunc verò Cuſtodiam Angelorum: dicebantur Diſcalceati eius ſequaces, quia nudis pedibus incedebant. Vide etiam Chronologiam fol. 330.

III Italis ergo noſtris Hiſpani Reformati, ex recollectione domorum pauperum Recollecti nuncupati, exemplum dedere, vt aduertit Gonzaga ibidem de amplectendo eodem inſtituto. Sed aduertendum, quod licet in Italia ſtabilia Reformationis initia eodem tempore fuerint (indiguit enim tunc temporis obſeruantia regularis tali reformatione) attamen ab anno 1518. ſub Leone Decimo prefato per varios ſucceſſores coruſcare ceperunt, vide Chronolog. Ord. ſub 49. capitulo generali, & ibi etiam quomodo Princeps reformatio in hac Romana prouincia per P. Stephanum Molinam Hiſpanum, ſed Romanæ prouinciæ patrem. Hic vir Seraphicus primus omnium anno Domini 1519. obtinuit Conuentum Sancti Franciſci de Fonte Palumbo, vbi Hierarcha, & Parens noſter Frãciſcus recepit ſingulari inſpiratione à Chriſto legem breuiorẽ, ſuis religioſis tradẽdam. Obtinuit etiam deinceps idem P. Molina anno ſcilicet 1525. tres alios Conuentus remotos, & pauperes, & omnes, ſicut memoratus, ſub S. Franciſci nuncupatione, ac tutela. Fuerunt enim Conuentus S. Franciſci de Grecio (quem meritò totius religionis reliquiam nuncupãt Noſtrates) Conuentus S. Franciſci de Nazzano, à D. Antonio de Padua fundatus, & Conuentus S. Franciſci de Arce, vulgò Rocca antiqua.

Exordia Reform. anno 1518.

I. Eorũ Conuentus.

IV Exemplum Molinæ tranſijt citò ad Obſeruantes Neapolitanos; nam Pater Nicolaus Tomacellus Neapolitanus, illuſtri genere natus, & morum conſpicuitate inſignis eodem anno 1519. à P. Generali Franciſco Licheto de Brixia obtinuit duos Conuentus, nimirum S. Ioannis de Palco Lauri, & S. Mariæ Aniglianı Cãpaneæ. Circa reliqua de progreſſu Reformationis in Italia, conſule eandem Chronol. ibidem, & alios recentiores.

Reformatio apud Neapolitanos.

V De identitate Recollectorum, Diſcalceatorum, Reformatorum ſolo nomine, non autem re diſtinctorum idem Martyrol. Franciſc. in add apud Chronolog Ord. fol. 319 col. 1. his verbis: *Quantum verò ad Recollectos in Gallia, Reformatos in Italia, & Diſcalceatos in Italia, idem ſunt inter ſe, & vulgi nomine, ſeu terrarum, ac Prouinciarum ſpatijs ſolummodo diſterminantur.*

Recoll. Refor & Diſcal ceati idẽ ſunt

VI Patet ergo, eoſdem eſſe Recollectos in Gallia, Diſcalceatos in Hiſpania, Reformatos in Italia; quomodo autem in ho-

diernum vſque diem creuerint, prouinciaſque multas erexerint, iuxta temporum rationem in ſerie capitulorum idem Auctor Chronolog. diſponit. Vni, & eidem capiti ſubijciuntur Obſeruantes, & Reformati, licet corpore, conſtitutionibus, indumentis, conuentibus, & multis aliis ſint diuerſi. Diſtincta eſt ſoboles Reformatio à Regulari Obſeruantia, ſed quia Miniſtro generali ſubeſt, recta linea ſtemma Seraphicum ad ipſam quoque hæreditario tranſmiſſum eſt. Eius amplitudo per prouincias, & conuentus ſuo loco. Eius patrimonium in magna parte è Conuentualibus, & Obſeruantibus ad eam translatum, etiam ſuo loco. Eius viri illuſtres in ſequenti facie ſtatim.

PATRVM CAPVCCINORVM SOBOLES.

Vrbi, & Orbi notiſsima.

Patrum Capucc. exord. ad ann. 1525. ſed deinde iuxta Bull. Clem. VII. ad an. 1528.

I. BREVI reſtrinxit noſter Gõzaga huiuſce ſobolis exordium, ac eius mirandam dilatationem intra limites Italiæ potiſſimum, quæ ſuo tempore contingerat, enumerauitq; & ipſius inſtitutores, & auctores ab obſeruantibus emerſi, agens fol. 61. de Franciſcani ordinis perfectione, Patrum Capuccinorum origine, ac diſcrimine inter eos, & Obſeruantes, atque Patres Conuentuales Minoritas.

II Interruptis, ac deturbatis principio horum patrum initijs, quorum celeberrimus promotor (fautrice Domina Catharina Cibò, Duciſſa Camerini, ac Clementis Papæ Septimi Medices ex ſorore nepte) B. Matthæus Baſſius regularis obſeruantiæ alumnus anno Domini 1525. ſub eodem Clemẽte Septimo, & Carolo Quinto Imperatore. Sed reuertens idem B. Matthæus ad obſeruantes, iterum ſurrexerunt, conualuerúntque, tranſitum facientibus ad patres Conuentuales, & illorum inſtitutum diſpenſatione Apoſtolica profitentibus P. Ludouico, & P. Raphaele à Foſſembruno. Horum enim zelo, probitate, & ſolertia altas fixit hæc ſtirps radices; eadem (Domina Catharina pia, ac egregia auxilia præſtante) ſoboleuitque ad ſtuporem. Hinc eſt, quod in Bullario apud Laertium Cherubinum patres Capuccini (ita nuncupati ab eorum Caputio ex Romano Pontifice Paulo Tertio, retenta ab alijs ſobolibus S. Franciſci appellatione, vt propterea Franciſcanæ, & earũ Religioſi Franciſcani vocarentur) patrum Conuentualium congregatio ſcribuntur. Afferam eius verba ad argumentum Bullæ 2. Clementis Septimi affixa. *Approbatio*, ait, *Congregationis Fratrum*

D. Catharina Cibò ſtrenua Capucc. fautrix.

trum Haremitarum nunc Capuccinorum Ordinis Minorum Cõuentualium S. Franciſci. Et in alio argumento Conſtit. 11. Pauli Ter. ij eadem repetit; ait enim: *Approbatio ſecunda Congregationis Capuccinorum Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium S. Franciſci cum declarationibus circa munus eorum Vicarij Generalis, & aliorum officialium.* Reformatio PP. Conuēt. Patres Capuccini ſunt.

III Differentia inter eos, & patres Obſeruantes, & Conuentuales ita paucis verbis conſignat idem Conzaga ibidem ad finem. Eſt autem diſcrimen, &c. vide ipſum fol. 61.

IV Aliud quoq. diſcrimen reperio ipſe, quamuis nõ inter Capuccinos, & præfatos Patres, ſed Reformatos ſingillatim, de quibus pauló ante. Et eſt illud idem, quod ſuperius memorauimus circa eleemoſynarum pecuniarum acceptionem iuxta neceſſitates præſentes, atque imminentes, de quibus Expoſitores regulæ noſtræ ſecundum literam textualem. Capuccini enim, vt diximus, admittunt declarationem Martinianam, Reformati verò declarationem Nicolai Tertij, & Clementis Quinti. Et vtraque declaratio, ſiue magis, ſiue minus, quæ non variant ſpeciem, puritati regulæ vario modo arridet. Et hoc punctum non eſt quidem vulgaris aduertentiæ, ſed maximæ, ac peculiaris.

V Anno ergo 1528. iidem Fratres Ludouicus, & Raphael de Foſſembruno, cum eſſent Fratres Conuentuales, prædicta Domina Ducitſa Camerini denuò pro ipſis intercedēte ab eodem Sum. Pontif. Breue obtinuerunt, incipiens *Religionis zelus, &c.* Datum die 3. Iulij 1528. in quo inter alia Pontifex hæc habet.

Sanè pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dum feruore ſeruiendi Altiſſimo ducti Ordinem Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum ingreſſi, & in eo profeſſione emiſſa per certum tempus permanſiſtis, & deinde de licentia veſtri tunc Superioris iuxta formam literarum ſuper vnione, & concordia, &c. ad ipſorum Fratrum Conuentualium conſortium vos tranſtuliſtis, &c. & deindè vobis deſiderantibus pro animarum veſtrarum ſalute, ac Dei gloria hæremiticam vitã ducere, & quantum humana poteſt fragilitas, Regulam B. Franciſci obſeruare, &c. Bullar. to. 1. bull. 21. fol. 589.

Subdit etiam Pontifex, eos declarando Eremitas, & præſcribens Caputij formam, barbamque portandam, iniungens hæc verba. *Supplicationibus veſtris inclinati, Auctoritate Apoſtolica, &c. vt habitum cum Caputio quadrato geſtare, & barbam deferre, & ad Eremitica loca quæcumque cum conſenſu Dominorum, vos conferre, & habitare, &c.* Præcipit inſuper Pontifex, vt vnus ex ipſis Eremitis nomine omnium quolibet anno in obedientiæ ſignum Miniſtro Prouinciali Conuentualium ſe præſentaret. Præſcriptum Bull. Clem. VII.

VI Vſque modo Fratres illi tamquam Eremitæ viuebant, do-

nec Paulus Papa Tertius Bulla incipiente, *Exponi nobis*, *&c.* Cle-
Bull. tom. 1. ibi 653.
mentis Septimi præfatam Bullam confirmauit, deditque ipſis vi-
uendi formam more Religioſorum Regularium, concedens eis
Vicarium Generalem, à ſolo Generali Magiſtro Conuentualium
confirmandum, petita, licet non obtenta confirmatione.

VII Per hæc etiam tempora inter Capuccinos, & Obſeruantes
magnum illud inſurrexit iurgium ob tranſitum Obſeruantium ad
Capuccinos, & horum ad Obſeruantes, ſuper quo multæ emana-
runt Bullæ ab Apoſtolica Sede vſque ad illam Sixti Papæ V. cui ex-
Bull. tom. 2. bul. 10.
ordium eſt, *Pro ea, &c.* datam anno 1588. qua pœnitus talis reci-
procus tranſitus abolitus eſt.

VIII Paulus Papa V. anno 1608. per Bullam, cuius eſt initium,
Eccleſiæ militantis regimini, &c. Capuccinos verò Fratres S. Fran-
Bul. tom. 3. bul. 35. fol. 3.4. Bul. tom. 4. bul. 7. fol. 47. § 2.
ciſci declarat; anno 1617. per Bullam, quæ exorditur, *Paſtoralis
officij, &c.* concedit Capuccinis Fratribus, vt poſſent in proceſſio-
nibus propriam erigere Crucem, & ſic à ſeipſis Corpus Religio-
nis formare: prius enim Patrum Conuentualium Crucem, à qui-
bus traxerunt originem, vt ſupra, in proceſſionibus ſequebantur.

IX Denique Vrbanus Papa Octauus anno 1627. per Bullam,
Bull tom. 4. bul. 68. fol. 8.
cui exordium, *Saluatoris, & Domini noſtri, &c.* Capuccinos verò
S. Franciſci Fratres denuò declarat, & ab ipſa S. Franciſci religione
deriuatos. Ita ex Chronolog. Ordin. ad 52 cap. generale.

X Huius tam inſignis, ac illuſtris ſobolis amplitudo certè in-
gens in Chriſtiana Republica, ad quam & multiplicauit gentes, &
magnificauit lætitiam. Quos enumerat Generales, incipiens à
præfato Matthæo Baſſio, ſunt apud Breuiarium Chronologicum
F. Franciſci Coriolani, auctoris Capuccini, vbi de Clemente Sep-
timo ab anno 1525. vſque ad annum 1618. ſcilicet à P. Matthæo
Baſſi vſque ad P. Clementem à Notho Siculo, 22. ſed vſque ad an-
num præſentem 1663. numerantur 29. videlicet.

Superiores Generales Capuccini

1 F. Matthæus de Baſi 1528.
2 F. Ludouicus de Foſambru-
no 1529.
3 F. Bernardinus de Aſti 1536.
4 F Bernardinus de Sena 1538
5 F. Franciſcus Gieſſi 1543.
6 F Bernardinus de Aſti 1546.
7 F. Euſebius de Ancona 1552.
8 F. Thomas de Gaſtello 1558
9 F. Euágeliſta Conobius 1564
10 F. Marius de Mercado 1567.
11 F. Vincentius de Monte
1573.
12 F. Hieronymus de Monte
Flor. 1575.
13 F. Ioannes Maria de Tuſſa
1581.
14 F. Iacobus de Mercado 1584
15 F. Hieronym. de Polici 1587.
16 F. Silueſter de Monte Leone
1593.
17 F Hieronym. de Soruo 1596
18 F. Hieronymus de Caſtel-
fort. 1599.
19 F. Silueſter de Aſſis 1605.
20 F. Hieron. de Caſtelfort. 1608

21 F. Paulus de Ceſena 1613
22 F. Clemens à Nito 1618
23 F. Io. Maria à Noto 1625
24 F. Anton. de Modena 1633
25 F. Ioannes Moncallero 1637
26 F. Innocentius de Caltagi-rona 1643.
27 P. Fortunat. de Cadore 1650
F. Simplicianus Mediolanē. 1656
F. Marc. Ant. à Carpinedolo 1662

Prouinciarum Cathalogum in Capuccinorum Tabellis publicè expoſitum hic ſubijcio.

PP. Capuccinorum prouinciæ.

1 prouincia Romana
2 prouincia S. Franciſci
3 prouincia Marchiæ
4 prouincia Bononiæ
5 prouincia Veneta
6 prouincia Mediolanenſis
7 prouincia Brixienſis
8 prouincia Genuæ
9 prouincia Pedemontana
10 prouincia Tuſciæ
11 prouincia Neapolis
12 prouincia Baſilicatæ
13 prouincia Regij
14 prouincia Coſentiæ
15 prouincia S. Angeli
16 prouincia Barenſis
17 prouincia Hidruntina
18 prouincia Panormitana
19 prouincia Meſſinenſis
20 prouincia Syracuſana
21 prouincia Apruzij
22 prouincia Corſicæ
23 prouincia Sardiniæ
24 prouincia Pariſienſis
25 prouincia Turenæ
26 prouincia Normanniæ
27 prouincia Britanniæ
28 prouincia Lugdunenſis
29 prouincia Galliæ Narbonis
30 prouincia Lotharingiæ
31 prouincia Sabaudiæ
32 prouincia Burgundiæ
33 prouincia Toloſæ
34 prouincia Aquitaniæ
35 prouincia Cathaloniæ
36 prouincia Valentiæ
37 prouincia Aragoniæ
38 prouincia Heluetica
39 prouincia Flandriæ
40 prouincia Valloniæ
41 prouincia Tyrolenſis
42 prouincia Boemiæ
43 prouincia Styriæ
44 prouincia Caſtiliç
45 prouincia Andalutiæ
46 prouincia Coloniæ
Cuſtodia Hibernica
Cuſtodia Nauarenſis
Cuſtodia Roſſiglionenſis

XI Gaudet etiam hæc digna Soboles Purpura Cardinalitia in duobus S.R.E. proceribus valdè notis: altero Monopolitano, altero autem lectiſſimo magni, ac maximi Pont. Vrbani Octaui Fratre. Sed quod maius eſt, gaudet meritò de Religioſis illis, qui eximia probitate, ingenua doctrina etiam per librorum lucubrationem, prædicatione Apoſtolica ad aures Summorum Pontificum in Sacro Palatio, & illis ſtrenuis pugilibus potiſſimum gaudet, qui pro Chriſti amore ſanguinem fuderunt, & Martyres euaſerunt.

Cardinales duo Capuccini.

Doctores, Confeſſores, Martyres.

B. Felix de Cantalitio.

XII Ex hac tam egregia ſoboſe prodiit F. Felix de Cantalitio nomine, & re felix, quem Vrbanus Octauus in Beatorum faſtis adſcripſit, paulò ante, quam declararet viginti trium noſtrorum Reformatorum martyrium, vt in ſequenti facie palam fiet.

Amplitudo Patrum Capuccinorum.

XIII Patrum Capuccinorum delineatio per Prouincias, & Cõuentus, & Miſſiones Apoſtolicas eff: cta eſt in Capit. generali proximo prætetito. Exhibitio eius idiomate italico per amplam tabellam modo chronologico enumerat intra Europam Prouincias 46. & tres Cuſtodias. Citrà Montes 23. & totidem extrà. Conuentus 1489. Fabricas 27. Nouitiatus 104. Studia 178. Miſſiones 112. Prædicatores 5587. Sacerdotes 6198. Clericos 3710. Laicos 7294. Fratres omnes 22789 Eo anno 1621. ſcribens ſuum Breuiarium præfatus P. Longus Capuccinus hæc habuit. *Qui poſtea Capuccini per totam Italiam diffuſi, deinde per Gallias, & Hiſpanias, poſtremò per totam Germaniam adeò multiplicata Congregatio noſtra, vt ſupra 15. millia Religioſorum hoc anno 1621. annumeret.*

XIV Mirandum quidem incrementum in iſta Patrum Capuccinorum ſobole, quæ à tempore Coriolani prædicti vſque nunc multò plus ampliata eſt. At non mirum, quandoquidem inuenio Capuccinos (ait Arturus noſter in ſuo Martyrologio quinta die Septembris) à naſcentis ſuæ Congregationis exordio infidelium tum occidentalium Indorum, aliarumque totius Orbis regionum conuerſioni admodum deditas fuiſſe. Nam Turcharum, Perſarumque latiſſimum Imperium peruagarunt. Cyprum, Syriam, Paleſtinam, Aegyptum, & Aethiopiam (vbi duo ex illis martyrio ſunt coronati) Iapponium, Canadam, Braſiliumque perluſtrarunt. Apud Tampinabatos, Inſulæ Marignianæ in Braſilio habitatores, ſedem fixerunt. Bayæ Vrbi ædem extruxerunt ab anno 1595. Cernuntur in Cambaya in Regno, Mattauano in Inſula Sumatra ad Regem Achenenſem in Regno Gongano, &c. ita Arturus ex pluribus hiſtoricis ab ipſo ibidem adductis.

Capuccinorum ad gẽtes barbaras trãiectio.

XV Et hæc eſt potiſſima ratio, cur iſti Religioſi viri conceſſionem petierint à Romano Pontifice Clemente Septimo, vt poſſint etiam ſub Caputio quadrato, quod poſtea eſcreuit in pyramidale, vti adhuc geſtant, barbam ſimul portare.

Vſus capillorum, & barbæ in ordine noſtro ob trãſitum ad infideles.

XVI Propterea enim Fratres Minores capillos, & barbam ſinunt excreſcere, teſte eodem Arturo loco citato in prolog. §. 25. quamquam ab initio creſcentis Ordinis Minoritis barbam nutrire inſolitum fuit, quod etiam probat Vading. ex diplomate Apoſtolico Gregorij IX. & alij ex antiquis Chronicis, vt exemplo Hierarchæ Dominici, & Hierarchæ Franciſci tranſmeare ad Turchas, aliaſque infidelium partes adire præſtò parati ſint, & expediti. Quod Patres Capuccini ſemper obſeruant, vt quocumque tem-

pore

pore, quauis occaſione id ſtatim prompto animo exequi poſſint, nullum aliud tempus expectando. Idem Auctor ibid. §. 113. de amplitudine Capuccinorum ait. Fratres Capuccini habent Prouincias 42. Conuentus 1240. Fratres 17105. hæc numeratio de anno 1625. Sed noſtra amplior, & recentior.

COMMNEDABILIS TERTII ORDINIS SOBOLES

Ad quam tandem Hierarchicum ſtemma translatum eſt.

I. INSTITVTIONEM Tertij Ordinis, à B. Franciſco immediatè effectam, in qua viuentes hodie in communitate militāt ſub Generali Miniſtro Obſeruantium, & habent ſeorſim ſuos Prouinciales, leges, & conſtitutiones; & quomodo deinde exēplo eiuſdē Ordinis Religio clauſtralis Tertij Ordinis inceperit, ab illo ducens originem, ſuperius indigitauimus.

II P. Magiſter Bordonus, in primo huius primæ faciei capite noſtræ Hierarchiæ cit. probat cap. 10. §. 1. Ordinem regularem tertii Ordinis præſertim in Italia nunquam ſubiectum fuiſſe Minorum Superioribus, niſi tempore Pii Quinti ab anno 1568. vſque ad annum 1586. qui per ſuam Bullam 233. extinxit Generalem, & Prouinciales per vniuerſum orbem, Fratres, & Sorores ſubiecit regimini, & curæ Minorum de Obſeruantia. Sed Sixtus Quintus de matura conſideratione anno eodem 1586. reduxit eos ad priſtinum eorum regimen, quod, nacta priori libertate, ac tranquillitate, ſoboleſcere quantum potuit non deſtitit, quamuis bona pars Ordinis ad Miniſtri Generalis totius Ordinis poteſtati, vt patet in ſpecie de Hiſpania, ſubiecta remanſerit.

Pius V. ſubiecit Tertium Ord. Fratrum Min. regimini.

Sixtus V. in priſtinam libertatē poſuit.

III Quæ nunc ſeparata eſt & corpore, & capite ab ordine, enumerat & ipſa ſuos Doctores probatos, & illuſtres viros, & mulieres, ad populi ædificationem vtraque vita celebres. Nec deſunt in hac ſobole Proceres Sancti, ſicut in ſequenti facie liquebit. Ex quo hęc tertii Ordinis Religio cæpit per tria ſolemnia vota, omnibus religioſis communia, regularem ſtatum profiteri, proceſſu tēporis obtinuerunt ſingulæ nationes Generalem eiuſdem profeſſionis, qui omnibus talis nationis præeſſet. Sic primum Generalem conceſſit Traiectenſi nationi Bonifacius Nonus anno 1404. ſecundum conceſſit Congregationi Leodienſium, quam nuncupant

Generales in ſua nationes principio cōceſſi.

pant Zappenenſem Epiſcopus Leodienſis anno 1435. vt patet ex Bulla 138. Nicolai Quinti de anno 1450. Huius Congregationis Fratres nunc ſunt ſub obedientia Generalis Itali ex Bulla 292. Innocentij Decimi. Tertium Generalem nationi Caſteilæ, & Legionis conceſſit Eugenius Quartus Bulla 106. anno 1442. Nationi Italæ quartum dedit Generalem Nicolaus Quintus 1447. Is præ cæteris multò plures prouincias, & Conuentus habet, & conſeruatur in ſuo regimine. Alij fuerunt ſuppreſſi, & redacti ſub obedientia Generalis de Obſeruantia. Generales Itali, quos reperio in Cathalogo Bordonico ad cap. 13. ſui Chronologij, ſunt hi ſequentes.

IV 1 Bartholomæus de Bonamatis Perufinus ad ann. 1448.
2 Franciſcus de Spinetis Genuenſis ad ann. 1451.
3 Andræas de Franciſchinis Mediolanenſis ad ann. 1554.
4 Vgolinus Bernonus de Placentia ad ann. 1448.
5 Onuphrius Friginus Mediolanenſis ad ann. 1460.
6 Franciſcus de Brunis Florentinus ad ann. 1463.
7 Ioannes Camoleſius, ſeu de Chriſoſtomis Veronenſis ad ann. 1466.

Superiores Generales tertii Ord.

8 Ioannes de Crema ad ann. 1469.
9 Ioannes Paulus de Verona ad ann. 1472.
10 Henricus de Vngaro de Conſtantia ad ann. 1475.
11 Ioannes de Verona ſecundo electus ad ann. 1477.
12 Archangelus Guerinus Cremonenſis ad ann. 1479.
13 Vgolinus de Placentia ad ann. 1482.
14 Antonius de Paſcua Vallis Tellinæ ad ann. 1485.
15 Bernardus de Septemagnarum Cremenſis ad ann. 1488.
16 Antonius Luſcatus de Cremona ad ann. 1491.
17 Bernardus de Septemagnarum ſecundo electus 1494.
18 Archangelus Geterinus ſecundo electus 1497.
19 Alexander de Salla Bononienſis ad ann. 1500.
20 Antonius de Paſſariis Cremenſis ad ann. 1503.
21 Leonardus de Lanezariis Cremenſis ad ann. 1506.
22 Leonardus de Vicentia ad ann. 1509.
23 Franciſcus de Crema ad ann. 1513.
24 Bernardus de Crema, de quo n. 15. & 17. tertio electus 1516
25 Franciſcus de Scorcinis Cremonenſis ad ann. 1519.
26 Georgius de Riparia Salodij ad ann. 1522.
27 Franciſcus, de quo n. 23. & 25. tertio electus ad ann. 1525.
28 Peregrinus de Vicentia Sauiolus cognomine ad ann. 1528.
29 Remigius de Riperia ad ann. 1531.
30 Peregrinus, de quo n. 28. ſecundo promotus 1534.
31 Remigius, de quo n. 29. ſecundo electus 1537.
32 Peregrinus, de quo n. 28. & 30. tertio electus 1540.

33 Petrus de Calderinis de Bergomo ad an.1543.
34 Bonauentura Vicentinus ad an.1546.
35 Ioannes Baptiſta Mutinenſis ad an.1509.
36 Laurus de Salodio ad an.1552.
37 Nicolaus de Lanzonibus ad an.1555.
38 Damianus de Bonuinis Cremonenſis ad an.1557.
39 Bonauentura, de quo num.34. ſecundò electus ad an.1558.
40 Gaſpar de Mutina ad an.1561.
41 Columbanus de S.Columbano ad an.1563.
42 Bartholomæus de Morettis Cremenſis ad an.1564.
43 Ioannes Franciſcus de Morettis Cremenſis ad an.1565.
44 Ioannes Baptiſta Cantonus Papienſis ad an.1567.
45 Benedictus Bellotus Cremonenſis ad an.1588.
46 Dionyſius Columba de Oriolo Calaber ad an.1589.
47 Seraphinus Maſgmaga Mediolanenſis ad an.1592.
48 Hieronymus Marchetus de Crema ad an 1595.
49 Ioannes Baptiſta Prouenzanus Drepanenſis ad an. 1601.
50 Antonius de Sillis Bergomenſis ad an. 1607.
51 Ioannes Baptiſta, de quo num.49. ſecundo electus an. 1613.
52 Matthæus Stutius de Montefano ad an.1616.
53 Franciſcus Guaſtamilius de Curla ad an.1622.
54 Ludouicus Ciottus Romanus ad an.1628.
55 Gregorius de Albertis à Maſſa ad an.1634.
56 Franciſcus Guaſtamilius, de quo num.53. ad an.1637.
57 M.Antonius Bottonus Bononienſis ad an.1641.
58 Franciſcus Bordonus Parmenſis ad an.1654.
59 Anibal Piuzzellus Romanus ad ann.1660.

V Inſigniores Superiores Generales ſunt apud ipſum Auctorem cap.15. (in quo etiam & inſigniores Magiſtri in Theologia) num.13. Ipſe etiam refert viros illuſtres tertij Ordinis, & multa alia memorat ſcitu digna, ad quæ remitto Lectorem; nam de Sanctis, quod prodit in ſuo Kalendario, erit mentio in ſequenti facie. Prouinciales in hac ſobole ſiue cum iuriſdictione, ſiue titulares, ipſemet Auctor declarat.

Amplitudo tertii Ord ad ann 1625. apud Artur.

VI Ab anno 1589. ſub Sixto Quinto vſque ad Clem. Septimum anno 1602. numerauit hic Ordo Prouincias vndecim. In prologo Martyrologij Franciſcani ad §. 113. in eo anno 1625. reperio in tertio ordine Prouincias 17. Conuentus 327. Fratres 3990. Septẽ pariter Congregationes emerſiſſe ex hac tertii ordinis ſobole, à B Franciſco immediate eff-cta, demonſtratum eſt. Series Prouinciarum apud præfatum Auctorem eſt huiuſmodi.

Series Prouinciarum tertii Ord.

1 Prouincia Mediolanenſis	6 prouincia Vmbriana
2 prouincia Brixienſis	7 prouincia Romana
3 prouincia Veneta	8 prouincia Apruziana
4 prouincia Bononienſis	9 prouincia Neapolitana
5 prouincia Marchiæ Anconitanæ	10 prouincia Calabra
	11 prouincia Sicula.

Quibus per Clementem Octauum præfatum Bull. 250. vnita fuit prouincia Dalmatiæ, & tandem per Bullam 291. Innocentij Decimi prouincia Belgica in Flandria. Sunt igitur his temporibus treſdecim prouinciæ, Generali Italo ſubiectæ.

CAPVT V.

Chriſtus Dominus, Pontifex futurorum Bonorum, Hierarchiam Franciſcanam ex ſe immediatè gratijs, & fauoribus peculiari dignatione à principio tripliciter locupletauit.

PRÆFATIVNCVLA.

Chriſtus in Cruce extenſus omne animal benedictione repleit.

I. *APERIS tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Pſal. 144. Vbi interpres noſter de more ſuo acutus, & vtraque Philoſophia, ac Theologia ſolidus in Dom. 13. poſt Trin. *Cu͂ Chriſtus*, ait, *in Cruce manu͂ extendit, & extenſa clauo aperiri voluit, tunc per ipſius foramen miſericordiæ theſaurum effundens, omne animal benedictione repleuit. Animal dictum, eo quod animetur Spiritu, & moueatur. Omne animal ſignificat omnem animam, quæ ſpiritu contritionis animatur, & de virtute in virtutem quotidie mouetur. Item hæc manus omnia operatur, ſcilicet creationem, recreationem, gratiæ infuſionem, æternam beatitudinem.*

Vix fundata Religio Seraphica pietatis Dei theſaurus reſeratus eſt.

II Nondum Chriſtus manus ſuas ſub ſpecie Seraphim plagatas extenderat, vt famulum ſuum Franciſcum Hierarchiæ Seraphicæ fundatorem peregrino plagarum cruentarum priuilegio ſibi configuraret, inſigniretque. Cum amplum ſuæ benignitatis, ac pietatis theſaurum vix fundatæ eius Religioni aperire dignatus eſt. Quæ quidem theſauri aperitio antequam ipſius Religionis bonum reſpiceret, totius Eccleſiæ vtilitatem reſpicere valde congruum extitit, ac rationabile. Prius voluit omne animal in omni Republica Chriſtiana, ſcilicet omnem animam benedictione, per

Franciſcanam Hierarchiam peculiari quodam modo adimplere. Ipſe namque Pontifex futurorum bonorum ad tria genera bonorum extendit immediatè, ac per ſe manum ſuam, fundans cum B. Franciſco Minorum Ordinem. Primum genus verè excellens, rarum, & inſolitum, celebrem Portiunculæ Indulgentiam continet. Poſterius priuilegia quædam peculiaria Franciſci Ordini ab eo conceſſa. Tertium perſonæ ipſius Franciſci rerum in modum elargitum eſt, & id pariter ad vniuerſum Eccleſiæ beneficium. De omnibus hic ſynopticè iuxta ſeriem temporum conſcribendum.

Tria genera gratiarum explicanda.

PRIMVM CÆLESTIVM GRATIARVM GENVS

Vberrimus gratiarum Theſaurus Indulgentiæ Portiunculæ dicendus eſt; Anno Domini 1221. inſueto miraculo cælitus effuſus.

I. SCimus iam, profitemurque ampliſſimam quotannis S. Mariæ Portiunculæ conceſſiſſe Chriſtum B. Franciſci precibus Indulgentiam. Vading. 1221. num. 22. & 23. tom. 1. Scimus quoque (teſte eodem Scriptore ibidem num. 24 & 25) ab hæreticis, & ab impiis hominibus in terris hanc diuinam Indulgentiam vanè deriſam, atque calumniatam. Sed legimus aliunde ſimul in illorum dedecus, & contumeliam in cælis approbatam, confirmatamque.

Indulgentia Portiunculæ in Cælis confirmata.

II. Magnum profectò (præter innumera alia euenta miraculis conſignata) de adeò locuplete, ac ſingulari theſauro teſtimonium illud eſt, quod D. Brigittæ adſcribitur, quodque exſcriptum ex eodem Authore ad ann. 1223. num. 6. 7. & 8. ita ſe habet. Brigida ſanctiſſima mulier, vt refertur in reuel. extrauag. cap. 90. cum in Eccleſia Portiunculæ ad has lucrandas Indulgentias ſubſtitiſſet, audiuit, & vidit Chriſtum dicentem: *Amicus Franciſcus deſcendit de monte deliciarum in ſpeluncam, vbi panis ſuus erat diuina charitas, potus eius continuæ lachrymæ, & lectus eius meditatio operũ, & mandatorum meorum. Nunc autem Fratres eius aſcendunt in montem cunarum, & deliciarum ſeculi, & non attendunt ad humilitatem, & conſolationem Patris ſui, & amici mei.*

D. Birgittæ teſtimonium de indulg. &c. Portiun.

Apparuit ei Chriſtus.

III. *Sed dic, quid eſt in corde tuo de quo turbaris, licet omnia ſciam. Et illa: Conturbor, inquit, quia aliqui dicunt, quod iſte Sanctus confixit ſibi indulgentias iſtas, & aliqui arguunt eas nullas eſſe. Reſpondit Chriſtus: Qui confingit aliqua, eſt ſicut arundo inclinabilis ad fauores adulantium, ſed amicus meus fuit quaſi lapis ignitus, & igneus, quia habuit me in ſe, qui ſum ignis diuinus. Et ſicut ignis & ſtramina non conueniunt, ſic nec falſitas ibi communicat, vbi veritas habitat, & ignis diuinæ charitatis; ſed amicus*

Reſpondit ei ad dubiũ aliorum de illa Indulg.

meus habuit, & dixit veritatem, & quia vidit teporem hominum ad Deum, & cupiditatem ad mundum, doluit vehementer. Ideò petiuit à me ſignum aliquod charitatis, per quod homo accenderetur ad charitatem, & cupiditas minueretur. Cui petenti ex charitate, ego qui ſum ipſa charitas, dedi ſignum, ſcilicet, quod omnes qui venirent ad locum ſuum vacui, implerentur benedictione mea, & ſoluerentur à peccatis ſuis.

III Reſpondit iterum Domina, numquid Domine mi, ſucceſſor reuocare debet, quod tu omnis potentiæ, & gratiæ infuſor dediſti? Reſpondit Chriſtus: *Fixum eſt, quod dixi Petro, & eius ſucceſſoribus. Quodcumque ligaueris ligatum eſt; veruntamen propter malitias hominum multa donata ſubtrahuntur, & propter fidem, & merita gratia donata augetur.*

Ei, interrogãti denuò, iterum Chriſtus reſpondit.

IV Tot, & tantis huius rei teſtibus, quantumuis prius ſine vlla ſcriptura publicata, ſine vllo publico inſtrumento conceſſa, nullis tabellis ſignata, aut pontificio firmata diplomate; dubium omne ſuperauit hæc indulgentia, vt planè verum ſit, quod *teſtimonia Dei credibilia facta ſunt nimis.* Pſal. 92. Neque verò (vt doctè ſubiungit Medina) quod neque Paulus, neque Eangelia ea narrent, ſunt tam parui habenda, qua quibuſdam ad miraculum vſque ſapientiſſimis hominibus, qui tantum verbum Dei expreſſum, aut (quod inuitè credo faciunt) vetuſtiſſimos Patres recipere ob ingenij magnitudinem conſueuerunt, fortaſsè videbuntur.

Non omnia, quæ non ſũt in ſcriptura, neq. in veteribus patribus ſunt paruũ habenda.

V Nam neque veteres omnes authores noſtris fuerunt veritatis ſtudioſiores, neq; multorum annorum mendacio, minus ſunt mendacia, quam ea, quæ recenter ſcribuntur: quemadmodum etiam neque recentiſſimæ veritates minus ſunt veritatis illis, quas Mercurius, aut ſi quis fuit eo antiquior, ſcriptas memoriæ prodidit. Enimuero ſatis mihi perſuadeo, ſi hæc hiſtoria literis Græcis ſcripta blattis ſemiarroſa in aliquo angulo, ſtercore, aut puluere obſita, nunc denuò à quouis iſtorum, qui ne vulgariter ſapere videantur, abditiſſima quæque Græcorum monumenta admirari ſolent, inuenta fuiſſet, nihil illa vel ad Romani Pontificis aſtruendam dignitatem (vocat enim illum hic Chriſtus ſuum Vicarium, neque ea aut donare, aut diei certo dicare ſine eius conſenſu voluit) aut ad indulgentiarum comprobationem, & authoritatem præſentius aliquod ſcriptum futurum.

Antiquitas rei, monumẽtis comprobata, non authenticat põtificis, aut Indulg. authoritatem.

VI Nam quanta fides, vel miraculis, vel reuelationibus probatiſſimorum virorum, qui vt diximus, eidem poſt ingentem dubitationis anxietatem diuinitus edocti teſtimonium detulerunt, ſit adhibenda Sanctorum Patrum monumenta, & labores nos docere poterunt, in quibus quanti, huiuſmodi argumentandi genus, ponderis apud eos, vel in decernendis dogmatibus, vel in tractan-

Miraculorũ, & reuelationum fides.

ſtandis ſcripturis obtinuerit, facilè deprehendimus.

Quantus cōcurſus populorū pro hac lucranda indulgentia.

VII Id potrò ad rei miraculum, & cōmendationem ſpectat, quod die pro lucranda indulgentia ſtatuta frequentiſſimus ibi fiat concurſus populorum, vndique ad tantum numerum confluentium, vt ſæpiſſimè ad ſexaginta millia, & amplius aſcendat, nec ſufficiat eis pro duorum dierum hoſpitio Ciuitas, ſed ſub tentoriis viuant in campo, neque edulia illuc è vicinis pagis, & oppidis magna cura aſportata quidquam ſint inter tantos, neque ſufficienter pateant ipſius Eccleſiæ portæ conglomeratim, & ſtipatim ingredientibus ſacrum delubrum, brachiis in altum erectis, ne à cōprimentibus offendantur. Adeò enim inter ſe ſtringuntur certantibus omnibus intrare, vt quotannis aliqui ſint, qui inter comprimentes expirent, alii in aera ferantur, nec pedibus terram pertingant, donec iterum in apertum campum regrediantur. Iuuat hanc preſſuram, quod multi ſecundò, & tertiò hanc indulgentiā velint lucrari, tam pro ſe, quam pro amicis, & parentibus abſentibus, & pro iis etiam, qui ex hac vita abierunt, quorum animabus, pœnis liberandis hac ratione conſultum iri, crebra miracula, & myſterioſæ viſiones certius comprobarunt.

Animabus defunctorū hæc indulg. prodeſt.

Huius indul. conceſſio valde peculiaris fuit.

VIII Conceſſio iſta fuit quidem vnica, & peregrina, & in tota Chriſtianitate valdè eminens, atque perſpicua, & à nullo quantumuis magno Iubilæo numquam ſuſpenſa, aut impedita, & ad totius Eccleſiæ commune, perpetuumq; beneficium, à ſummo Sacerdote Chriſto (apparente cum tota curia cæleſti, & cum B. Virgine eius Matre, quæ principaliter interceſſit B. Franciſco) in S. Mariæ de Angelis ædicula clementiſſimè elargita, & ad tria fidei dogmata mirificè comprobanda, prout hiſtoricè ſic demonſtrari poteſt.

IX Præſentatus altera vice ad Romani Pōtificis Honorij Tertij pedes humillimus vir Franciſcus, Chriſto ſuo ſemel, & iterum ei ex parte præcipiente, intelligenſque bonus, optimuſque totius chriſtiani ouilis paſtor Dei voluntatem, verbo tenus, ſeu, vt aiunt *viua vocis oraculo* ei poſtulatam indulgentiam benignè conceſſit eodem modo, quem adhuc ex tunc temporis Chriſtianitas omnis obſeruare conſueuit. Proficiſcebatur hilaris, ac lætus ſimplex homo Franciſcus, nil aliud curans, reflectenſque ſuper tale adeò graue, nouumque negotium ratus Papale verbum ſibi in hoc ad plenum ſufficere. At reuocato B. Franciſco dixit: *Ecce concedimus ex nunc, quod quicumque venerit, & intrauerit Eccleſiam, pro qua poſtulas, ritè confeſſus, & contritus liberetur ab omi culpa, & pœna. Iſtud autem valere volumus ſingulis annis in perpetuum per diem tantum naturalem à primis veſperis, includendo noctem, vſque ad veſperas diei ſequentis.* Cumque B. Franciſcus

Conceſſio indul. viuæ vocis orac. ab Honor. III. ſabello effecta.

humili-

Charta huius indul. B. Virgo, notarius, Christus, testes Angeli.

humiliter inclinato capite egrederetur, Dominus Papa hoc videns, vocauit eum, & ait. Quo vadis Simpliciane? Quid certi defers de tua indulgentia? Cui Beatus Pater reſpondit: Sufficit mihi, Domine, verbum tuum. Si enim Dei opus eſt, ipſe opus ſuum innoteſcere faciet, ego aliud inſtrumentum non requiro; ſed charta ſit B. Virgo Maria, notarius ipſe Chriſtus Dominus, & Angeli teſtes. Pulchra ſanè viri ſancti in Dei prouidentia fiducia, nam incuria hæc ſolicitudinis relaxatæ, non negligentiæ, ſed fidei eſt.

X Ita humiliter, & candida ſinceritate à Franciſco reſponſum, non impudenter iactatum, vt impudentius mentitus eſt Kemnitius in 4. p exam. Concil. Trid. ſigilla bullæ illius indulgentiæ eſſe ſtigmata ſua. Neque enim author vllus præter Kemnitium hoc refert, aut ſomniat, & non ſolum verum non eſt, vt doctè, & piè monet Illuſtriſſimus Card. Belarminus de Indulg. lib. 2. cap. vlt. ſed nec veriſimile; tum quia nondum ſanctus vir ſtigmata habuerat, cum illa indulgentia conceſſa eſt; tum quia etiamſi habuiſſet, non ea vir ſummæ humilitatis vlla ratione iactaſſet.

Calumniatur heretici hanc indulg. quia per eam tria fidei dogmata confirmata.

XI Sed non ſine cauſa Kemnitius huius indulgentiæ hiſtoriã falſam, & fabuloſam haberi cupijt, quoniam per eam tria catholica dogmata confirmantur, vnum de indulgentijs, alterum de Pontifice Maximo, tertium de confeſſione. Siquidem quantumuis Chriſtus ipſe ad preces Franciſci hanc indulgentiam conceſſerit, tamen non niſi per miniſterium ſui Vicarij Pontificis Maximi eam voluit obtineri, nec niſi contritis, & confeſſis, dictamque Eccleſiam viſitantibus, voluit aliquando prodeſſe.

XII Data itaque hac humili reſponſione Pontifici, confidenter Franciſcus Peruſio regreſſus, in itinere medio ſubſtitit ad xenodochium leproſorum in pago Collis nuncupato, vbiq; aliquantiſper obdormiuit. Expergefactus poſt orationẽ vocauit ſocium, dixitque ei lætanter: Fr. Maſſæ dico tibi in veritate, quod indulgentia, mihi per ſummum Pontificem conceſſa, eſt in Cælo confirmata. In his autem omnibus diem determinatum, neq. à Chriſto, neque à Pontifice habebat; ſed illius determinationem qualiter acceperit ad ann. 1223. refert Vadingus, ſubijcitque ſtatim. Hoc autem anno primam hanc circa ipſam indulgentiam conceſſionem factam, quantumuis varient Marianus, & alij, mihi euidenter conſtat ex eo, quod nullo alio tempore poſt ſuam aſſumptionem ad Pontificatum Honorius Peruſij reſederit, vti diligenti examine, & ſedula inueſtigatione omnium voluminum eiuſdem regeſti comperi. Hoc autem anno, & menſe ſupra poſito tendens Bononia aliquanto ſubſtitit Peruſij quo loco eum hanc indulgentiam Franciſco conceſſiſſe, omnes antiqui noſtri referunt hiſtorici. Hæc omnia ex tom. 1. ad ann. 1221. fol. 263. n. 24. & 25.

Confirmatur in Cælis ind.

Circa conceſſionis annum variant autho. &c.

Cætera

XIII Cætera pro iſta materia percurrat lector eundem Vadingum locis cit. & alijs tomis ſequentibus. In prioři reperiet authores omnes, qui ſuper illam indulgentiam ſcripſerunt. Teſtes, qui eam certam, & infallibilem reddiderunt. Pontifices, qui eam diplomatibus roborauerunt, ſueruntq́. Martinus IV. Alexander IV. Bonifacius VIII. Clemens V.

Scriptores, teſtes, Pontifices de hac indulg.

XIV Refert idem Vading tom. 2. ad an. 1281 ſub num. 6. Martini IV. ad n. 6. hæc in ſpecie: Subſtituit hoc anno Pontifex Ioanni Pecchamo ad Cantuarienſem Eccleſiā aſſumpto Fr. Matthæum Aquaſpartanum in Lectorem Sacri Palatij, qui cum die quodam cum Pontifice loqueretur, ſuperuenit præfectus cubiculi dicens, eo anno gentem innumeram confluere ad indulgentiam Portiunculæ lucrandam Aſſiſium, & Pontifices plurimos illuc velle cum cæteris ire; ſi Sanctiſſimo Domino placeret. Interrogauit ille, vti alias diximus ad ann. 1223. n. 3. quid Fratri Matthæo videretur de illius indulgentiæ veritate? Reſpondit, veriſſimam ſibi videri, quippè quam S. Franciſcus homo minimè fallax, aut qui alijs imponere nollet, præſertim in re tanti ponderis, & quam peculiari inſtinctu in periculoſo, & ardenti Sole, media æſtate vndique concurrentes populi ſummo ſtudio conantur lucrari. Ita etiam ſibi viſum dixit Pontifex, iunxitque quod Apoſtolica authoritate eandem confirmabat, etſi ibidem non eſſet, ſe illam inſtituere, permiſitque vt quotquot ex ſua familia vellent, Aſſiſium abirent. Cum verò multa, & pretioſa eo anno offerrentur in Eccleſia donaria, ſtatuit Miniſter Generalis *Fr Bonagratia*, vt nullatenus reciperentur, ne ſacra læderetur paupertas, aut ipſa indulgentia Fratrum cupiditate vileret.

Mart. IV. interrogatio ad Fr. Matthæū de Aquaſparta ſuper hac indulg.

XV Hæc ſufficere poſſunt de ingenti indulgentiarum Portiunculæ Theſauro, per quem Chriſtus ipſe, futurorum necnon & æternorum bonorum Pontifex adeò dignatus eſt Hierarchiam Franciſcanam poſt decem ſuæ fundationis annos ad nouam reparationem, & reſtaurationem totius Eccleſiaſticæ Monarchiæ, nouo, ac ſpeciali modo locupletare. Gregorius XV. ampliauit Theſaurum hunc (vt omne animal benedictione cæleſti in toto orbe per totam Religionem Seraphicam adimpleretur) anno ſui Pontificatus ſecundo, Chriſti verò 1622.

Gregor. XV. ampliauit indulg. Portiūc. ad totā Relig. anno ſui Pont. 2.

SECVN-

SECVNDVM GRATIARVM CÆLESTIVM GENVS

Continet aliquot Priuilegia ſingularia, ab ipſo Chriſto B. Franciſco, paulò antequam ab eodem ſtigmatizaretur, hoc eſt anno 1224. pro eius Ordine conceſſa.

I. ID alterum Cæleſtium Gratiarum genus in Montem Viſionum, ac Reuelationum, ſcilicet in Montem Aluerniæ inuenire breui tractu facillimè poſſumus. Sed principiò, antequam ad eum montem aſcenderemus, ipſum reuerenter ſalutemus.

Aluerniæ mõtis præconia.

Salue Mons felix, Sinai felicior illo,
Sculpſit vbi Moyſi iura ſacrata Deus.
Te ſuper apparens Crucifixus luce refulſit,
In te Franciſco ſtigmata ſacra dedit.
Cum Comite Orlando Franciſcus ſcandere Montem
Hinc primum venit, venit & omnis auis.
Hic ad Franciſcum picta venere volucres,
Voce ſalutantes, fert Au s omnis Aue.

Sancti volatilibus comparantur.

II *Reſpicite volatilia cœli, &c.* ſuadet ſuos Chriſtus. *Volatilia,* ait noſter Interpres Dom. 15. poſt Trin. *ſunt Sancti, penna contemplationis in aere ſuſpenſi, qui ita à mundo ſunt remoti, vt iam in terris nihil agant, nihil laborent, ſed ſola contemplatione iam in cælis degant.* Occurſus auium in B. Franciſci aduentu præfigurabant mirabilia inſigniora, quæ per ſuas extaſes in eo monte ipſe deinde expertus eſt. Et ea maximè, quæ in poſtremo ſuſpendio, ac mentis exceſſu, in quo Chriſtus in ſpecie Seraphici apparuit, ac vulnera, & claues infixit, euenerunt.

Auguriũ ab auibus deriuatur.

Auis vnde dicta.

Cõtemplatio gratuita.

III *Augurium dicitur* (ſubdit paulò poſt idem Doctor) *quaſi auigarrium, vel auigerrium, cum quis attendit aues quid garriant, vel gerant. Auis dicta ab, A, quod eſt ſine, &, via, quaſi ſine via, quia viam rectam non habent. Vir enim contemplatiuus cum ad ſuperiora volat, viam rectam non habet. Contemplatio non eſt in arbitrio contemplantis, ſed in diſpoſitione Creatoris, qui cui vult, quando vult, & quomodo vult, dulcedinem contemplationis infundit.* Vnde Hierem. 10. *Scio Domine, quia non eſt hominis via eius, nec viri vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos.* Ex auibus ergo occurrentibus Franciſco, & ex earum gratulationibus principio augurium deſumptum, vnde & cuncta montis Aluerniæ auſpicatio, felicitas.

Præcipuæ mõtis Aluerniæ prærogatiuæ

IV Hic mons eſt, vbi ſibi ex arboris ramis, Cælo ipſo feliciorem, *Cellam* conſtruxit Franciſcus. Præcipitem eum agere nixus eſt Satan, ſed accepit Franciſcum *Lapis*, in dedecus lapidei Sata-

r.æ

næ pectoris emollitus. *Falco* Horologium excitatorium fit Franciſco, ad eam prædam ipſum excitans, qua cælites paſcuntur, imò & Deus ipſe, *qui paſcitur inter lilia*, quique vbi ab alijs prædatur, inuenit prædam. Super *ſaxum* quemdam apparuit Franciſco Angelus, nempe ſuper ſaxum illum, qui cum alijs quamplurimis in morte Chriſti abſciſſus erat, ac veluti prænuncius fuit de eius ad paſſionem, & mortem Chriſti per ſacra ſtigmata configuratione.

Conuertit Franc. in Aluerniæ mõte inſignem latronem.

V In hoc monte inſignis Latro Sarmata, nomine Lupus, & lupina fame in expoliandis, & occidendis hominibus inſatiabilis, à B. Franciſco conuerſus, & ab eo Fr. Minor effectus, vocatuſque Fr. Agnellus. Egregium triumphi Chriſti capitolium extitit, ac conſpicuorum facinorum teatrum ad conuerſionem vnius Latronis Golgata. Vnde Chriſoſtom. tom. 3. homil. de Latrone, inter excellentiora, & glorioſiora miracula Chriſti, Latronis enumerat cõuerſionem. *Non enim*, ait, *illo tempore mortuum aliquem reddidit luci, nec mare à ſuo tumore compeſcuit, nec &c. Latronis mentem auerſam voluit commutare, vt ex omni parte eius diuinitas ſentiretur.*

Apparuit B. Virgo cũ Ioann. Bapt. & Euang.

VI Hic Mons eſt, in quo habito primum angelico prænuncio, apparuit Franciſco *Virgo Deipara* cum vtroque Ioanne, ſcilicet *Baptiſta*, & *Euangeliſta*, deſignauitque ei Eccleſiam. Præcurrit Dei Mater Franciſci filij cruentam gloriam, per quam Aluerniæ felicitas perennanda erat. Præcurrerunt & Chriſti Præcurſor, & Diſcipulus Chriſti dilectus, Magiſtri ſui reſurrectionis præcurſor, eam Frãciſci gratiam, per quam idẽ mons ſummam nominis granditatem in ſæcula ſæculorum adipiſci debebat. Et vt alia multa memorabilia, ac ſcitu digna prætereaṁ de Aluerniæ laudibus, ſtigmatizationi Frãciſci viciniora, alibiq; à me ſeorſim adducẽda, nonne in mõte iſto noctu apparuit Deus famulo ſuo in flamma ignis, & ad eum ſibi loquentem ſic reſpondit: *Quis es tu dulciſſime Deus meus, & quis ſum ego vermiculus, & paruus tuus ſeruus?*

Apparuit Chriſtus in flamma ignis Franciſco.

Super caput Franc. viſa ſcheda aurea

VII Tota Franciſci *Humilitas* in Aluerniæ monte, ad totius Aluerniæ montis exaltationem ſublimiſſima quidem. Ea enim per nubes eleuatus, & lumine diuino circumfuſus gratiæ Dei nomen dedit Franciſco, vidit enim Confeſſarius ſuus ſuper Magiſtri caput ſchedam illam, characteribus aureis conſignatam, in qua legebatur, *Hic eſt Gratia Dei*. Ea eadem humilitas fuit de vicino prænuncia Chriſti, qui apparens Franciſco ſuper ſaxum quemdam, multa priuilegia ei impartitus eſt. Quod ſaxum ſanctificans vir ſanctiſſimus, fundenſque oleum deſuper dixit: *Hæc eſt ara Dei.*

VIII In monte iſto profundæ vacans continuè orationi, *Supernæ contemplationis dulcedine abundantius ſolito ſuperfuſus, & cæleſtium deſideriorum ardentiori flamma ſuccenſus, ſupernarum*

Extaſes eius, & eleuationes in altum mirabiles.

cœpit immiſſionum cumulatius dona ſentire. Ad quæ magis, magiſque anhelans quotidie, velut terram faſtidiens in aera ferebatur iuxta menſuram interni fauoris, & gratiæ, plus minuſque eleuatus in altum. *Ferebatur quidem in altum* (ſubdit ſtatim Bon. cap.13.) *non vt curioſus maieſtatis perſcrutator opprimendus à gloria, ſed tamquam fidelis ſeruus, & prudens inueſtigans beneplacitum Dei, cui ſe conformare omnimodè ſummo peroptabat ardore*. Fr.Leo ſecretorum conſcius, comeſque indiuiduus teſtatur, ſe eum aliquando vidiſſe ad hominis ſtaturam in altum euectum, itaut poſſet ipſe eius pedes amplecti, & oſculari, aliquando eum fagos altas ſuperaſſe, aliquando ad ſecundam, vel tertiam aeris regionem euolaſſe, itaut oculis attingi non poſſet.

Fr. Leo confeſſ ad pedes Franc. extaſi ct.

IX Quando ad pedes pertingebat, fortiter, & piè eos complectens, & lachrymis irrigans, orabat dicens: *Deus propitius eſto mihi peccatori*, per merita huius ſanctiſſimi viri, & tantillum tuæ gratiæ mihi digneris inſtillare. Cum verò tactum omnem, & viſum effugiebat, proſternens ſe in terra eo loco, à quo eleuabatur vir ſanctus, eandem deuotè recitabat orationem. Vna dierum ita eleuatus dum deſcendiſſet, & à raptu rediſſet, agebat claro ſermone cum Chriſto de ſtatu, & protectione Ordinis poſt ſuam mortem. Cui Chriſtus ſedens ſuper menſam quamdam lapideam paululum à terra erectam, in qua vir ſanctus ſolebat comedere, familiari colloquio dixit: Franciſce

Quatuor priuileg. à Chriſto Franc. conceſſa.

1 *Scias inſtitutum hoc ad finem mundi duraturum.*

2 *Nullum huius Inſtituti induſtrium perſecutorem diu vita victurum.*

3 *Eius veros fautores, etſi in peccatis ſint, tandem cæleſti gratia ſpiritum compunctionis, donumq; remiſſionis obtenturos.*

4 *Ex Fratribus, qui prauè, & perditè vixerit, vel conuertendos eius mores, vel ipſum Ordini vale dicturum.*

TERTIVM GRATIARVM CÆLESTIVM GENVS

Erit quintum Priuilegium, in commune Chriſtianorum beneficium paulò poſt Franciſco per ſacra Stigmata elargitum.

I. EXtendit tunc Chriſtus ſub ſpecie Seraphim manus, & pedes in forma ſplendidiſſimæ Crucis ſuper ſacroſanctum, ac venerabilem montem, *ſacra ſtigmata* corpori Franciſci cruenter inprimens. Iſtud priuilegium conſtituit maximè in eſſe Seraphico omnem gloriam, & decorem Franciſcanæ Hierarchiæ. Quæ breui de tam egregio, atque inaudito priuilegio à priſcis hiſtori-

cis

cis deſumpſit Vadingus ad ann. 1224. ex n. 25. 26. 27. 28. 29. &c.

II Circa rarum, & mirandum hoc Francici priuilegium noui multoties non ſine turba, & commotione controuerſum, an ita fuerit ſingulare, vt nulli alteri fuerit commune? Sanè à multis referuntur plures ſtigmatizati. An verò ita penetrantia, & expreſſa habuerint vulnera, eiuſdemque qualitatis cum his, quæ ex tot, & tam irrefragabilibus teſtimonijs Pontificum Romanorum, & ſanctorum virorum Franciſco referuntur inflicta, nullus hucuſque plenè probauit, nec credendum docuere Pontifices. Mihi videtur S. Antonin. tit. 24. cap. 1. §. 3. ætate poſteriorem iis Sanctis, quibus tenacius hoc priuilegium communicatum aſſeritur, controuerſiam apertè diluiſſe, cuius de hac re verba ſubijcio.

An ſoli Fran. inflicta vulnera.

III *Quoddam ſingulare conceſſum fuit Franciſco, quod nulli inter natos mulierum legitur fuiſſe donatum, & hoc eſt impreſſio ſtigmatum ſacrorum. Quamuis enim Paulus dicat de ſe ad Galatas 6. 17. Ego ſtigmata Domini mei Ieſu Chriſti in corpore meo porto. Nullus dicit, quod habuerit corporaliter Paulus ſigna paſſionum in manibus, & pedibus, & latere: ſed dicuntur ſtigmata paſſiones multæ, & afflictiones, quas patiebatur ab hominibus pluſquam alij Apoſtoli. Qua ratione etiam & ſimilitudine idem num. 14. dicit. Crucifixus ſum, non quod fuerit crucifixus in corpore, ſed in deſiderio, & tolerantia multarum tribulationum, quas appellat crucē, quia cruciant: vnde Alexander Papa ait: Crux dicitur à cruciatu, magnum verò cruciatum ſuſtinet, qui vim patitur. 3. quæſt. 1. nulli.*

D. Antonini teſtimonium de ſingularitate Stigm. B. Franc.

IV *Dicitur etiam de aliquibus deuotis hominibus, quod ſentiebant magnum dolorem in manibus, pedibus, & latere, ac ſi haberent ibi vulnera, ſed tamen non ita impreſſa corporaliter, vt in B. Franciſco. Quia enim videbatur extincta memoria Paſſionis Chriſti in mentibus hominum præ tepiditate eorum, voluit Dominus excitare, & incaleſcere hanc recordationem manifeſtam cicatricum in corpore B. Franciſci. Ipſo enim orante, & transformato per amorem in Chriſtum Ieſum paſſum, cum eſſet in monte Aluernia, apparuit Dominus Ieſus in modum Seraphim, ſcilicet cum ſex alis, crucifixus, & impreſſit in manibus, & pedibus, & latere ſigna ſua paſſionis, in quibus ſentiebat maximum dolorem. Et licet annis aliquot, quibus ſuperuixit poſt eorum receptionem præ humilitate occultaret quantum poſſet, tamen Deo operante, non potuit ita latere, quin aliqui ex Fratribus magis familiares viderint, & palpauerint. Et ita Eccleſia hoc indubiè approbauit, & declarauit, feſtum de hoc celebre inſtituendo.*

Impreſſa creata Chriſti vulnera in corpore Beati Fr. ob commune Eccleſiæ bonum.

V *Quod cum quidam literatus dubitaret per expreſſum miraculum certificatus fuit de veritate huius rei, prout in legenda*

Bonau. c. 16. legen.

eius habetur. Sic ergo volauit ſuper pennas ventorum Pſalm 17. v. 11. quia videlicet tranſcendit alios Sanctos in hoc priuilegio, quod in corpore ſuo fuerunt corporaliter impreſſa inſignia paſſionis, & tandem in fine vitæ tranſiens de hoc mundo, volauit anima eius ſuper Cherubin, inter Seraphin, & ſic credi poteſt locatus ſuper pennas ventorum, tranſcendens prærogatiua ſpeciali perfectiones Sanctorum, & priuilegia eorum ob impreſſionem ſtigmatum: quod de nullo Sanctorum legitur ita expreſsè. Vnde ſicut Dominus Ieſus (vt ait Bernardus tract. de diligen. Deo) ante Patrem oſtendens latus, & vulnera ſua (quæ ſuſtinuit in paſſione pro hominibus) inclinat eum ad pietatem erga nos, ita & B. Franciſcus oſtendens ſtigmata ſibi impreſſa Dominicæ paſſionis, habet inducere & Patrē, & Filium ſuum ad miſericordiam, & clementiam erga peccatores. Et ideo cum deuotione quilibet recurrere ad eum debet, vt faciat ei Deum propitium, & perducat ad Regna Cælorum. Hæc Antonius apud Vadingum citatum.

In Cælo Cherubin tranſcendit.

Orans pro hominibus Deo vulnera oſtēdit.

V Hic paululum hærendum, & vltra rei ſeriem, quam ex vtraque Bonauenturæ legenda retulimus, inquirendum eſt de tempore, & authore tanti prodigij, atque de ipſarum plagarum qualitate. Circa annum omnes conueniunt hunc ipſum eſſe (vt expreſsè tradit citatus Bonauent.) penultimum. De die maior eſt dubitatio; nullum certum tradit Bonauent. neque eccleſiaſticum huius miſterij officium, vllum aſſignat, *Sed quodam mane circa feſtum exaltationis Sanctæ Crucis,* inquit, rem eueniſſe. Peculiari obſeruatione ſcripſit Bernardinus Coruis in hiſt. Mediol. par. 2. pag. 195. id factum in die S. Euphemiæ, qui Septembris eſt ſextus decimus, vnde tamen hoc acceperit, non indicat. Bartholomæus Piſanus conf. 31. refert reuelatum anno 1282. cuidam pio fratri laico ſummo diluculò in die Exaltationis Sanctæ Crucis, Angelum hunc ſignum Dei viui accepiſſe; cum ab Heraclio Imper. & Perſis aſſerta Chriſti Saluatoris Crux in Monte Caluario magno honore reſtituta fuit; cuius etiam reuelationis meminit S. Antoninus loco cit. cap. 7. §. 4. quam non videtur legiſſe Marcus Vlyſſipon. dum in vigilia eiuſdem feſti rem factam enarrat.

Controuerſia de die impreſſ. ſacr. Stigm.

Inflicta vulnera in die exaltationis

VI In ipſo triumphi, & exaltatæ Crucis feſto ſacra hæc inſculpta fuiſſe ſtigmata probabilius exiſtimarim, tum ex prædicta reuelatione, tum quia decuit, vt illo die, quo exaltata eſt ſacra Crux in Caluariæ monte, renouaretur eius memoria, & vulnera in eadem accepta infligerentur etiam in Aluerniæ monte, qui eodem ipſo die, quo Chriſto impreſſa ſunt, ſenſit illius dolores, non aliter quam Caluariæ mons (vt teſtatur cum alijs Illuſtriſſimus Cardinal. Baronius ann. 34.) ſciſſus dum terra motu quateretur. At nullo horum dierum huius tanti miſterij feſtum celebratur, ſed

Mons Aluerniæ ſciſſus in morte Chriſti.

17. Sep-

17.Septemb. ſolemnitatem indixit Benedictus XI. & poſtea vniuerſus Ordo in Capit.Gener.ann.1343. Caturci celebrato, quia cæteri dies, quos numerauimus, alijs feſtiuitatibus erant præoccupati.

VII Author verò huius tanti beneficij, non ex mortalibus vllus, neque ex ſpiritibus cæleſtibus(quantumuis voluerit quidam ex recentioribus Theologis Blaſ.Viegas in Ap.c.12. Comment.1. ſect.18. cui concordat Cornel.à Lapide ſub alio modo, ex leui coniectura hoc Archangelo Michaeli tribuendum) neque alius quiſquam fuit ab ipſo Chriſto. Chriſtus namque per ſe immediatè in forma Seraphim apparens, ſancto viro quina vulnera inſculpſit. Id præter officium eccleſiaſticum, quod pro celebranda horum ſtigmatum impreſſione, iam vbique recitatur, multa diplomata Pontificia ſacrum, certumque volunt, & ipſe vir ſanctus ſupradicto fratri laico poſt mortem ſuam reuelauit his verbis: *Chriſtus ſicut vulnera in Cruce ſuſcepit, ita manibus ſuis benedictis in corpore meo impreſſit; primò manibus, deindè pedibus, poſtea lateri vehementiſſimo corporis cruciatu.* Largè rem proſequitur Franciſcus Maurus lib.12. Franciſciad. in fine, & plures refert Chriſti ad Franciſcum in ipſa apparitione ſermones, tandemque breui, & docto carmine poſt expreſſum internum cordis dolorem, cruentum corporis cruciatum explicat, licet non in eo ordine, quo in ſuperiori reuelatione pio illi Monacho facta impreſſa vulnera recenſeat.

Chriſtus ipſe vulnerum inſculptor.

Ipſe vir ſanctus reuelauit poſt mortem.

VIII *Tum ſimul introrſus circum præcordia magnus*
Cogitur, atque ardens dolor oſſibus æſtuat imis.
Principio affixi penitus tota intrat imago
Regis eum: mentique hærent diuina profundæ
Alloquia.
Tum ſubit atque animo telum Crucis ingruit horrens.
Prima autem, ante alia: interius ſub pectore quinæ
Inſedere notæ, & ſæuum fecere dolorem.
Ingemit ergo Heros: clauſumque cor æſtuat intus,
Euripi more: & venis erumpit apertis.
Reſtagnans dolor, ac primum latus haurit hiatu,
Vulnus agens: plantaſque fodit: palmaſque terebrat.
Transfixaque manus, ſimul & veſtigia acutis
Vectibus apparent, tranſutaque vulnera ferro.
Mox quinæ effulgent plagæ, radijſque coruſcant.
Quales manè roſæ primo ſub Sole rubeſcunt
Purpereiue inter ſeu narciſſos hyacinthi.
Siue coma rutilant quali modo Pleiades ortæ.

Carmen verè egregium

IX Circa vulnerum qualitatem præterea, quæ iam tranſcripſimus

Stigmata erãt patentes apertura.

ſimus ex Bonau.notant alij plagas has non ſigna, nec cicatrices fuiſſe, ſed patula vulnera, & perfoſſa, perpetuum manantia ſanguinem, corporis patentes aperturas. Ad ſanguinem ſiſtendum quotidie alligari debuiſſe teſtatum faciunt, præter alios ſpeculum vitæ S Franciſci, Piſanus conſ.8. & Antoninus cit. § 9. cuius hæc verba:Fratri Leoni ſoli tanquam fideliori amico B. Franciſcus ſua ſtigmata committebat tangenda, vt nouas petiolas (ideſt linteola) apponeret, a motis alijs ſanguine cruentatis. Nam qualibet die inter clauos illos mirabiles,& carnem reliquam, ad tenendum ſanguinem, & mitigandum dolorem, tales illi petiolas renouabat. Die verò Iouis de ſero, & per totum diem Veneris, nullum apponi remedium permittebat: vt illo die crucifixionis in ſacris ſtigmatibus ſentiret Crucifixi dolores. E' lateris vulnere ſtillabat ſanguis, non adeò minutim ſemper,nec per guttas, ſed in tantum ſæpè, vt B.viri tunica, & ſubligaculum cruore effecta ruberent.

Die Veneris ingenti dolore afficiebatur Franc.

X Collegerunt ſocij ex hoc ſanguine, quod poterant, magno ſtudio, & reuerentia in ampullis eum ſeruantes. Vna habetur in Conuentu Caſtri veteris Patr.Conuent.Cuſtodiæ Aquilanæ, ex qua bonam partem ſanguinis magnis precibus, pioque aſtu accepit 34.ab hinc annis Excellentiſſimus D.Dux Cæſius,& Aquaſpartanus, qui magna ſolemnitate per publicas plateas in ſolemni, & numeroſa ſupplicatione fratrum, & candidatorum Archiconfraternitatis Stigmatum, quorum multi viri nobiles, & Principes, circumfertur quotannis hic in Vrbe in ipſa ſolemnitate Stigmatum, magno miraculo illo die ebulliens, & liquefactus, vt etiam euenit alteri parti, quæ remanſit in loco Caſtri veteris. Porrò hanc Romanam, quam præ manibus habui, ſingulari in reuerentia apud ſe ſeruat excellentiſſimus heros præfatus. Nec exiguum ipſum laterale vulnus, ſed adeò magnum, tres vt caperet digitos. ſicut ex pio æſtu cuiuſdam ex viri ſancti ſocijs plenè conſtiterat.

Ampullæ ſanguinis plagarum B. Fran.

Archiconfraternitas ſtigmatum vrbis Romæ.

XI Illud etiam in his plagis prodigioſum,quod in plantarum, & palmarum medio infixi vulneribus prominebant claui, non verè ferrei, ſed ferreis ſimiles, nigri, duri, fortes, ſolidi, capitati, cuſpidati, quorum materia, vt dixit Alexander IV. *De ſubiecto propria carnis excreuit, vel de materia noua creationis accreuit.* Horum clauorum cuſpides non directæ, ſed reflexæ tanto ſpatio, vt ſcribunt S.Bernardin.Senenſ.tom.2. ſerm.60.ar.2.cap.3. Piſan. & alij, vt retorto acumini digitus commodè poſſet immitti. Quod probatur ex illis verbis D.Bonau.cap.13.*Ipſa verò acumina oblonga, retorta, & quaſi repercuſſa.* Moueri poterant claui huc illuc in quamlibet partem, nam dum à parte qualibet præmerentur,vt ait Sanctus Bonau.protinus quaſi neruì continui, & duri ad partẽ oppoſitam reſultabant. Sed licet moueri poterant, non tamen

Prodigioſa hæc ſtigmata ex clauis.

amo-

amoueri, aut extrahi, vt pio probauit experimento S. Clara poſt ſancti viri mortem. Non impediebant tamen infixi claui manuum, aut digitorum functiones, licet excreſcentia in pedum plantis repercuſſa acumina, ambulanti erant moleſtiæ. Illud item mirum, quod per integrum biennium immedicata, nec vnguentis, aut aromate fota, non computruerint, nec putruerint, neque malum, imo optimum, & fragantiſſimum (teſte Roberto à Licio ſerm. 1. de S. Franc. cap. 2.) ſpirarint odorem, & quod tot hiantibus, ſanguinolentiſque vulneribus tamdiu vir ſanctus ſuperuixerit. Mouebantur claui, ſed nõ poterant amoueri, & extrahi. Vulnera erãt odoroſa.

XII Rara hæc, & alia inaudita prodigia Lucam Tudenſem Epiſcopum lib. 2. cap. 11 (quem quidam ſolum Diaconum fuiſſe eiuſdem Eccleſiæ immeritò putarunt) induxerunt, vt in illo opere, quod aduerſus Albigenſes ſcripſit, & habetur in tom. 13. bibl. vet. Patrum ſanè ſatis encomiaſticè exclamaret. *O quam laudabilis beatiſſimus iſte Sanctus, in quo tanta bona cœleſtia redundarũt, &c.* reliqua alia huius Anthoris vide apud Vading. tom. 1. ad ann. 1224. num. 19.

XIII *Eia nunc, ſtrenuiſſime miles Chriſti, ipſius fer arma inuictiſſimi Ducis* (eſt apoſtrophen D. Bonau. cap. 13. eius vitæ in fine) *quibus munitus, & inſignitus omnes aduerſarios ſuperabis. Per vexillum Regis altiſſimi, ad cuius intuitum omnes pugnatores diuini exercitus animentur. Per nihilominus ſigillum Summi Pontificis Chriſti, quo verba, & facta ſua tamqua irreprehenſibilia, & authentica meritò ab omnibus acceptentur. Iam enim propter ſtigmata Domini Ieſu, quæ in corpore tuo portas, nemo tibi debet eſſe moleſtus: quin potius quilibet Chriſti ſeruus omni tenetur eſſe affectione deuotus. Iam per hæc ſigna certiſſima, non duobus, aut tribus teſtibus ad ſufficientiam, ſed quamplurimis ad ſuperabundantiam comprobata, teſtimonia Dei in te, & per te credibilia facta nimis, omnem tollunt infidelibus velamen excuſationis, dum credentes in fide ſtabiliunt, ſpei fiduciam ſurſum agunt, & igne charitatis accendunt,* &c. vide reſiduum apud eum. Bonau. apoſtrophen ad D. Franc.

Gloriare igitur iam ſecurè in Crucis gloria Chriſti, ſignifer glorioſè (ſubdit ad finem cap. 16.) *quoniam à cruce incipiens, ſecundum crucis regulam proceſſiſti, & tandem in cruce perficiens per crucis teſtimonium, quantæ gloriæ ſis in cælo, cunctis fidelibus innoteſcit. Securè iam te ſequantur, qui exeunt ex Aegypto; quia per baculum crucis Chriſti mari diuiſo deſerta tranſibunt in repromiſſam viuentium terram, Iordane mortalitatis tranſmiſſo per ipſius crucis mirandam potentiam ingreſſuri. Quo nos introducat verus populi ductor, & Saluator Ieſus Chriſtus crucifixus per merita ſerui Franciſci.* Vita B. Fran. à cruce incepit, & in crucem deſinit.

Habemus ergo in Hierarchia noſtra tria genera Priuilegiorum, à Chri-

à Chriſto, qui eſt *Aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum*, ipſi conceſſorm immadiatè. Quæ autem deinde eius Vicarij à primordio Ordinis vſque ad præſentem diem ei benignè elargiti ſunt, inferius demonſtrabimus.

CAPVT VI.

Virgo Deipara Originali à primo inſtanti ſui eſſe carens crimine, Columna præcipua dicenda; in cuius tutela, ac patrocinio Franciſcana Hierarchia ſolidè fundata eſt.

Quare B. V. Columna, & Columna nubis.

I. EGO *in altiſſimis habito, & thronus meus in Columna nubis*, Eccleſ. 24. In quo textu Interpres noſter Dom. 5. poſt Trinit. introducens Dei filium Patrem alloquentem, ita explicat, concluditque de immunitate Virginis à quocumque peccato generaliter. *Quaſi dicat*, ait, *Ego qui in altiſſimis habito apud Patrem, elegi thronum in columna nubis, ideſt in paupercula Matre. Et nota quod dicitur* Columna, *quia noſtram fragilitatem ſuſtentat*. Nubis, *quia à peccato immunis*.

II Paupercula Mater Maria precibus ſuis efficacibus duos pauperes Ordines apud Filium ſuum, in maximam iram à criminibus prouocatum, & in omnium mortalium interitum iam de propinquo paratum, ad totius collabentis Eccleſiæ reparationem obtinuiſſe (ſcilicet Ordinem Prædicatorum, & Ordinem Minorum) alias pluries demonſtratum eſt. Ipſa Beata, & Immaculata Virgo generans Dei filium, vtriuſque Eccleſiæ Caput, genuit pariter cunctam Monarchiam Eccleſiaſticam, & eius Hierarchicos Ordines, horumque Hierarchas, ſiue Mendicantes ſub altiſſimæ paupertatis vexillo, ſiue non mendicantes. Sic prædicant ſcripturæ, explicant Concilia, aſſerunt Patres omnes. Propterea ſalutans eam D. Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus, hæc præ alia annectit homilia contra Neſtorium. *Per te omnis creatura, idolorum errore detenta, conuerſa eſt ad agnitionem veritatis, & fideles homines ad ſanctum baptiſma peruenerunt, atque in toto orbe terrarum conſtructæ ſunt Eccleſiæ. Te adiutrice, gentes veniunt ad pœnitentiam. Quid plura? Per te vnigenitus Dei Filius vera illa lux effulſit ſedentibus in tenebris, & vmbra mortis. Per te Prophetæ prænunciarunt, per te Apoſtoli ſalutem gentibus prædicarunt.*

B. V. totius Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, & Ordinum Regularium fundatrix.

III Apoſtolorum prædicationem, necnon & eorum Apoſtolicam

ſicam vitam renouarunt, deinde poſt decurſum annorum mille, & amplius Apoſtolici viri, Dominicus, & Franciſcus, ac proinde præcipuo quodam reſpectu, & influxu Dei Mater ad ipſorum inſtituendos Orpines, vſque ad mundi finem duraturos, concurrit, effecta iam vtriſque perennis Tutelaris, & Protectrix veluti Columna firmiſſima, *& Coluna nubis ab omni peccato immunis.* Quā immunitatem à peccato tum florentiſſimum, ac validiſſimum D. Dominici *Roſarium*, tum etiam & B. Franciſci Lilium, vtrumque inter ſpinas contra ſuorum Ordinum aduerſarios vigens, & flagrans teſtatur. Illud in aſſiduo ſalutationis cantico, *Salue Regina*, cui ſymbolum *Roſa* florum Regina; iſtud in priori antiphona primarum Veſperum Conceptionis, quæ incipit: *Sicut Lilium inter ſpinas*, &c.

Apoſtol. vitā Dom. inū & Franc. renouarunt.

Roſariū Domin. Lilium Franciſc.

IV At ſub alijs inde terminis ad iſtius quoque immunitatis atteſtationem ſalutauit humillimus ſeruus Franciſcus Virginem Matrem, & Patronam ſuam, quam ardentiſſimè diligebat, & in cuius Eccleſia, *S. Maria de Portiuncula* nuncupata, prima ſuæ Hierarchiæ fundamenta iecerat, cuiuſque antecedens apparitio, ibi facta, in conceſſione illius percelebris Indulgentiæ, in tota Eccleſia peculiaris, & magnam famam, atque gratiam ſuo Ordini in omni terrarum Orbe contulit, ſicuti & alia eiuſdem Virginis apparitio in monte Aluernia, prænuncia ſtigmatizationis miſterij, per quod Dei famulus Hierarcha Seraphicus effici meruit. Eius ſalutatio, per quam, vt dixi, eadem immunitas ab omni culpa concinnis ſimilitudinibus patet, ſic ſe habet in tom. 1. Opuſcul.

Apparitio B. M. Franc. effecta ad ann. 1221.

Alia apparit eiuſdem in mōte Aluer. ann. 1224.

Aue Domina Sancta, Regina ſanctiſſima Dei genitrix Maria, quæ es perpetua virgo electa à Sanctiſſimo Patre de Cælo, quam conſecrauit iam ſanctiſſimo Filio, & dilecto, ac Spiritu Sancto Paraclito, in qua eſt, & fuit omnis plenitudo gratiæ, & omne bonum. Aue eius Palatium. Aue tabernaculum eius. Aue mater eius.

Salutatio B. Fran. ad Virginem.

Sancta Domina B. Virgo dicitur à Dei famulo, quia nunquam in aliquo inſtanti peccatrix, aut filia iræ, per quam non Domina fuiſſet, ſed ſerua culpæ, & Satanæ, ſicut cæteri, ſiue ſanctificati in vtero matris, ſiue non. *Regina Sanctiſsima*, quia ſuperlatiuè ſupergrediens omnium creaturarum ſanctitatem, ſceptrum ſuper eas, ac imperium tenere (iam ab ea *capite Draconis* originalis criminis *contrito*) iure meritò ipſi decebat. *Dei genitrix Maria*, ac propterea nequaquam aliquo temporis momento dæmonis genita per culpam. Cætera ex eo ad idem propoſitum liquent, quod cum antecedentibus dum intra quatuor *Aue* concluduntur, *Columna nubis*, in quadro propter firmam ſtabilitatem erectam, Immaculatæ Dei parentis puritatis conſtituunt. Quater enim Virgo per quatuor *Aue*, quibus vir Seraphicus eā ſalutauit ænyg-

Expenditur parumper.

maticè, mutando ſcilicet per *antiſtecon* (quod apud Latinos eſt *tranſpoſitio literarum*) Euæ nomen, Eua quoque & ipſa, ſi credimus D. Epiphanio libro contra hæreſes, effecta eſt.

1 Eua fuit per ſimilitudinem circa productionem in natura ſimul cum gratia originali in eodem inſtanti vnionis animæ ad corpus, quemadmodum accidit in Angelis, de quibus Auguſtinus, *Erat Deus condens naturam, & ſimul largiens gratiam.* Sicut enim Eua ex coſta Adæ egrediens immaculata exiuit, ſic etiam & B. Virgo, quæ ex latere Chriſti cum tota Eccleſia producta eſt: *Decuit vt ea puritate* ſpecialiter ceu Mater Chriſti per illius merita deinde *niteret, qua maior ſub Deo nequit intelligi*. Et huic ſenſui Eccleſia omnis ſemper fauit, ex quo Feſtum Conceptionis in ea incepit. Ita explicauit Chriſti Vicarius Sixtus IV. Ita Concilium Tridentinum ſeſſione quinta in decreto de peccato originali illis verbis, ad omnem tergiuerſationem expugnandam validiſſimis. *Declarat tamen hac ipſa Sancta Synodus non eſſe ſuæ intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur B. & immaculatam Virginem Mariam Dei Genitricem; ſed obſeruandas eſſe Conſtitutiones felicis recordationis Xiſti Papæ IV. ſub pœnis in eis Conſtitutionibus contentis, quas innouat.*

1 Virgo Eua per enygma comparata.

Eccleſiæ omnis intentio circa originalem Virginis puritatem.

Eidem fauerunt ſubſequentes Pontifices, quorum mentem, ac propoſitum demum firmauit Sanctiſſimus D. N. Alexander Papa VII. in ſua *Innouatione Conſtitutionum, & Decretorum in fauore ſententiæ aſſerentis animam B. Mariæ Virg. in ſui creatione, & in corpus infuſione à peccato originali præſeruatam fuiſſe, editorum*. Verba Pontificis ſunt huiuſmodi.

Sanè vetus eſt Chriſti fidelium erga eius Beatiſſimam Matrem Virginem Mariam pietas ſentientium, eius animam in primo inſtanti creationis, atque infuſionis in corpus fuiſſe ſpeciali Dei gratia, & priuilegio intuitu meritorum Ieſu Chriſti eius Filij humani generis Redemptoris à macula peccati originalis præſeruatam immunem, atque in hoc ſenſu eius Conceptionis feſtiuitatem ſolemni ritu colentium, & celebrantium; creuitque horum numerus, atque huiuſmodi cultus poſt editas à fel. rec. Sixto Papa IV. prædeceſſore noſtro in eius commendationem Apoſtolicas Conſtitutiones, quas ſacrum Concilium Tridentinum innouauit, atque obſeruari mandauit. Aucta rurſus, & propagata fuit pietas hæc, & cultus erga Deiparam poſt erecta hoc nomine approbantibus Romanis Pōtificibus Religioſum Ordinem, & Confraternitates, ac conceſſas ab iiſdem indulgentias, itaut accedentibus quoque pleriſque celebrioribus Academijs ad hanc ſententiam, ita ferè omnes Catholici eam complectantur.

Nouiſſimum Alexand. VII. decretum de Imm. Virgin. Concept. explicans Cathol. Eccleſiæ intentionem

2 Eua fuit per mutationem nominis B. Virgo, teſte eodem Epi-

Epiphanio lib. 3. hæreſ. 78. *Eua datum eſt*, ait, *operire corpus ſenſibile propter nuditatem ſenſibilem, Maria verò datum eſt à Deo, vt pareret nobis Agnum, & ex gloria ipſius Agni fieret nobis à vellere ſapientiæ per virtutem ipſius indumentum incorruptibilitatis*.

3 *Eua etiam mortis cauſa facta eſt hominibus: per ipſam enim mors ingreſſa eſt in mundum; Maria verò cauſa vitæ, per quam genita eſt nobis vita, & per hanc filius Dei aduenit in mundum; & vbi abundauit peccatum, ibi ſuperabundauit & gratia; & vnde illata eſt mors, illinc proceſsit & vita, vt vita pro morte fieret: & qui per mulierem nobis vita factus eſt, mortem ex muliere inductam excluderet*.

Mors in mūdum ingreſſa eſt per culpā originalē, ſine qua B. V. genuit nobis vitam.

4 *Et quoniam illic Eua cum adhuc eſſet virgo per inobedientiam tranſgreſſa eſt: è contrario per Virginem obedientia gratiæ facta eſt, annunciato aduentu in carne de Cælo, & vita æterna.*

V Vel aliter ex communi etiam ſenſu Eccleſiæ ſuper idem nomen *Aue*, quod à primo Angeli verbo eam ſalutantis accepit Virgo. *Sumens illud Aue Gabrielis ore*, per quod *Aue* demonſtrata fuit Virgo, teſte D. Bonau. alibi citando, *ſine væ* originalis culpæ fuiſſe conceptam, vt mereretur *gratia plena* ſalutari, dici, & teneri: *In pace nos fundauit*, ob illud bellum, quo à primo inſtanti ſui eſſe Satanæ, Mundo, & peccato indixit. Nam ex tunc meruit fieri Matrem Chriſti, ad cuius ortum cantare deberent Angeli, *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax*. Ex iſto principio deinde quatuor conſequentię deducuntur iuxta ſenſum eiuſdem Eccleſię in ſequenti ſtropha totidem verſiculis conſtructa.

Alia explicatio ſuper ly Aue.

1 Quod B. Virgo *Soluit vincla reis*, nunquam ipſa alicuius culpæ rea facta.

2 Quod *Profert lumen cæcis*, ab omni criminis cæcitate iam libera, ne cęca cęcos duceret.

3 Quod *Mala cuncta pellit*, à cunctis malis culpæ prius ipſa ante lapſum *(quod eſt excellentior redimendi modus*, vt validè argumentatur Scotus) per Chriſti merita propulſata.

Quatuor conſequentiæ ex vno princip. ab hymno, O glorioſa Vir. deductæ in fauorem Puritatis Deip.

4 Quod *Bona cuncta poſcit*, mala cuncta ipſa prius vincens per carentiam originalis criminis, quod fons omnium malorum in mundo extitit.

VI His ita conſtitutis, multa cum ratione gloriatus eſt Filius Dei in præcitata ſententia: *Ego in altiſſimis habito, & thronus meus in columna nubis*. Ex prædictis enim quatuor *Aue*, quæ ex Angelici Seraphin Franciſci ore quàm deuotè prorumperunt erga Virginem Patronam, & tutelarem ſuam, ab eo tenerrimè, & humillimè ſalutatam, eo modo, quo declarauimus, conſurgit *Columna Mariana*, ad ſuſtentandam ſuæ pauperrimæ, ac Minoricæ Hierarchiæ fragilitatem. Quam fragilitatem idcircò peculiari ro-

Concluſ. arg. ex D. Anton.

bore, ac fortitudine ſuſtentat, quia in ipſa Hierarchia vt *Columna Nubis* potiſſimum eleuatur, nimirum vt *immunis* ab omni peccato, originali, mortali, & veniali. *Columna Nubis, quia ab omni peccato immunis.*

VI Et quantum ad peccatum originale adeò in erectionem Puritati Virginis Columnæ iuuit, fauitque Franciſcana Hierarchia, vt meritò ſuperuenientibus deinde alijs auxiliis eccleſiaſticis, monaſticis, regularibus, ſæcularibus ad baſem eius inſcripſerit iſtud elogium Catholicus Philippi IV. Orator ad S.D.N. Alexandr. VII. Petrus de Vrbina Archiepiſcopus Valentinus in concluſione ſui operis, mihi manu propria ab eodem Authore traditi, cui titulus, *Propugnaculum theologicum diffinibilitatis ſententiæ piæ, negantis B.V. Mariam in primo ſuæ conceptionis inſtanti originali labe fuiſſe infectam.* Elogium verbatim exſcriptum eſt iſtud.

Elogium ad baſim Colũnæ Immacul. Virg. Puritatis inſculpẽdum.

Ad diffinibilitatem proximam nihil amplius excogitari poteſt cõducere, vel exquiri, quam teſtimonia Sacræ Scripturæ. Traditio Eccleſiaſtica, Patrum authoritas, Feſti ſolemnitas ex Apoſtolica inſtitutione, miraculorum adminicula, probatiſſimorum Conciliorũ decreta, reuelationum adiumenta, Religionum Apoſtolica approbatio, ſilentium parti oppoſitæ impoſitum, Religioſorum cœtuum vota, Academiarum celeberrimarum ſuffragia, maior probabilitas, & pietas, Principum inſtantia, & populorum deſideria: ſed hæc omnia non ſolùm diuiſiuè (vti in aliquibus veritatibus iam diffinitis) ſed collectiuè concurrunt in hac materia, ergo eſt proximè diffinibilis.

VII Ad iſtud elogium addenda eſt Roberti Bellarmini doctrina ex priori tom. cap. 2. lib. 1. deſumpta, vbi loquens de certitudine Verbi Dei ſcripti, quod eſt ipſa Sacra Scriptura, ita luculenter diſcurrit. *Deinde Regula Catholicæ Fidei certa, notaque eſſe debet; nam ſi nota non ſit, regula nobis non erit, ſi certa non ſit, ne regula quidem erit. At ſacris ſcripturis, quæ prophetitis, & apoſtolicis literis continentur, nihil eſt notius, nihil certius, vt ſtultiſſimum eſſe neceſſe ſit, qui illis fidem eſſe habendam neget.*

Regula Cathol. fidei certa, ac nota eſſe debet.

Notiſſimas enim eſſe, teſtis eſt Orbis Chriſtianus, & conſenſio omnium gentium, apud quas multis iam ſæculis ſummam ſemper authoritatem obtinuerunt. Certiſſimas autem, atque veriſſimas eſſe, nec humana inuenta, ſed oracula diuina continere.

Vnde nobis ſcripturarũ notitia, certitudo, veritas

Primò teſtis eſt veritas vaticinorum, de qua Auguſtinus lib. 12. Ciuit. cap. 9.

Secundò teſtis eſt incredibilis quædam, & planè diuina conſpiratio, atque concordia tot virorum, qui diuerſis locis, temporibus, linguis, occaſionibus ſacra volumina conſcripſerunt, vt non tam ipſi ſcriptores diuerſi, quam vnius ſcriptoris diuerſi calami fuiſſe videantur. Itaque rectè Theodoretus præfatione in Pſalmos, & San-

ctus

ctus Gregorius præfatione in Iob, linguas, & manus Scriptorum ſacrorum nihil aliud, quam Spiritus Sancti calamos appellandos eſſe conſueuerunt. *Vide etiam D. Auguſt. lib. 18. de Ciuit. cap. 41.* vbi loquitur de hac mirabili concordia ſcripturarum.

Tertiò teſtis eſt Deus ipſe, qui aliquando cæleſti animaduerſione ſcripturam hanc ſuam ab humana prophanatione defendit: Miranti ſiquidem Ptolemæo Regi, cur diuinorum librorum nulli, neque Hiſtorici, neque Poetæ veteres meminiſſent; Demetrius Phalereus reſpondit, vt ex Ariſtæo referunt Ioſephus lib. 12. antiq. cap. 2. & Euſebius lib. 8 præparat. Euangel. cap. 1. Diuinam hanc ſcripturam eſſe, atque à Deo ipſo datam, propterea ſi qui prophanorum hominum eam attingere voluerunt, eos à Deo percuſſos continuò reſiliiſſe. *Affirmauitque Theopompum quemdam, quod aliquid diuinorum voluminum Græca oratione ornare voluerat, ſubitò mentis quadam agitatione diuinitus immiſſa vehementer perturbatum ab incepto opere coactum eſſe deſiſtere: Theodorum verò Tragœdiarum ſcriptorem, quod neſcio quid è diuina Scriptura ad fabulam quamdam transferre decreuerat luminibus captum, orbatumque eſſe: ita repentina calamitate inſignem temeritatem continuò eſſe repreſſam.*

Teſtimoniũ Dei de ſacrarum ſcripturarum notitia, & certitudine.

Prophanatores ſacrarum ſcript. à Deo puniti.

Quartò, teſtis eſt ipſa Scriptura, cuius ſi vera fuerunt prædictiones rerum futurarum, & euentus poſtea comprobauit, cur vera non ſint rerum præſentium teſtimonia?

Poſtremò teſtis eſt infinitus propè numerus diuinorum miraculorum, quæ omnibus ſæculis facta ſunt ad ea dogmata comprobanda, quæ in his literis continentur.

Quare cum Sacra Scriptura regula credendi certiſſima, tutiſſimaque ſit, ſanus profectò mente non erit, qui ea neglecta ſpiritus interni ſæpè fallacis, & ſemper incerti iudicio ſe commiſerit.

VIII Pari modo aliquo pacto dicendum eſt de veritate eccleſiaſtica, ac notitia infallibili miſterij Immaculatæ Conceptionis B.V. Matris Dei, dum etiam ad ipſius teſtificationem totus ferè Chriſtianus Orbis, & conſenſio omnium ferè Eccleſiarum, apud quas multis iam ſæculis ſummam ſemper authoritatem à Sede Apoſtolica, & à Romanis Pontificibus obtinuit. Quod miſterium certiſſimum eſſe, atque veriſſimum, nec humana inuenta, ſed oracula diuina continere; teſtis quoque eſt veritas vaticinorum, incredibilis quædam, & planè diuina conſpiratio, atque concordia tot virorum, qui diuerſis locis, temporibus, & linguis, & occaſionibus ſacra volumina conſcripſerunt; & quod dignum eſt, teſtis eſt fauor totius Eccleſiæ, in Concilio Oecumenico Tridentino congregatæ, & tot Summorum Põtificum in ſuis diplomatibus eidem exhibitus. Hic tandem neque miracula deſunt, neque

Totius Eccl. conſenſu circa Imm. Concept. Virg. inexpugnabile argum. eſt.

ſcrip-

ſcripturæ, neque Deus ipſe in huius veritatis teſtimonium; quæ etſi adhuc de fide non eſt, proximum tamen ad fidei diffinibilitatem tenetur, iuxta verba Bullæ Gregorij xv. illis verbis; *Donec articulus huiuſmodi à Sancta Sede Apoſtolica fuerit diffinitus*, ſaltem eo modo, quo tenet Eccleſia de Reſurrectione, & Aſſumptione Virginis in Cælum ante communẽ reſurrectionem, quod præcipuum argumentum eſt per locum à proportione de eius exemptione ab illa communi lege: *Omnes in Adam peccauerunt*. Quod commune crimen communem intulit mortem etiam Chriſto, licet in Adam non peccauerit; ſed eius peculiaris mortis ſubtractio communem reſurrectionem minimè expectauit. Nam Chriſtus poſt tres dies reſurrexit, quod de fide tenemus. B. Virgo eius Mater etiam poſt tres dies reſurrexit, & aſſumpta eſt in Cælum, quod per infallibilem traditionem, & certitudinẽ Eccleſiæ profitemur. Acceſſiſſe autem multum Conceptionis Virginis feſtum ad feſtum Aſſumptionis quantum ad eandem certitudinem cæteris paribus iam ex adductis eiuſdem Bullæ verbis liquet.

Articulus de Imm. Deiparæ Concept. diffinibilis eſt ab Eccleſia.

Quibus verbis concordant quoque poſtrema, data à prædicto Alexandri VII. decreto in illis clauſulis reſtrictionis. *Et inſuper omnes, & ſingulos, qui præfatas Conſtitutiones, ſeu Decreta ita pergent interpretari, vt fauorem per illos dictæ ſententiæ, & feſto, ſeu cultui ſecundum illam exhibito fruſtrentur, vel qui hanc eandem ſententiam, feſtum, ſeu cultum in diſputationem reuocare, aut contra ea quoquo modo directè, vel indirectè, aut ſub quouis prætextu, etiam definibilitatis eius examinandæ, ſiue Sacram Scripturam, aut Sanctos Patres, ſiue Doctores gloſſandi, vel interpretandi, denique alio quouis prætextu, ſeu occaſione, ſcripto, ſeu voce loqui, concionari, tractare, diſputare, contra ea quicquam determinando, aut aſſerendo, vel argumenta contra ea afferendo, & inſoluta relinquendo, aut alio quouis excogitabili modo differendo auſi fuerint, præter pœnas, & cenſuras in Conſtitutionibus Sixti IV. contentas, quibus illos ſubiacere volumus, & per præſentes ſubijcimus, etiam concionandi, publicè legendi, ſeu docendi, & interpretandi, facultate, ac voce actiua, & paſſiua in quibuſcumque electionibus eo ipſo abſque alia declaratione priuatos eſſe volumus, necnon ad concionandum, publicè legendum, docendum, & interpretandum perpetuæ inhabilitatis pœnas ipſo facto incurrere abſque alia declaratione: à quibus pœnis nonniſi à Nobis ipſis, vel à ſucceſſoribus noſtris Romanis Põtificibus abſolui, aut ſuper ijs diſpenſari poſſint: necnon eoſdem alijs pœnis noſtro, & eorundem Romanorum Pontificum ſucceſſorum noſtrorum arbitrio infligendis pariter ſubiacere volumus, prout ſubijcimus per præſentes, innouantes Pauli V. & Gregor. XV. ſuperius memoratas Conſtitutiones, ſiue* Decreta. *Ac libros, in quibus præ-*

Diffinibilitas Imm. Cõcep. Deiparæ ab Alex. VII. nouiſſimè roborata.

Renouat pœnas & cenſuras Sixti IV.

Etiã reuocari in dubium ſtrictè prohibetur.

fata

ſata ſententia ſeſtum, ſeu cultus ſecundum illam in dubium reuocatur, aut contra ea quomodocumque, vt ſupra, aliquid ſcribitur, aut legitur, ſeu locutiones, conciones, tractatus, & diſputationes cõtra eadem continentur, poſt Pauli v ſupra laudatũ Decretum edita, aut in poſterum quomodolibet edenda prohibemus ſub pœnis, & cẽſuris in Indice librorum prohibitorum contentis, & ipſo facto abſque alia declaratione pro expreſsè prohibitis haberi volumus, & mandamus.

Vetamus autem Sixti Quarti Conſtitutionibus inhærentes, quempiam aſſerere, quod propter hoc contrariam opinionem tenentes, videlicet glorioſam Virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen, aut mortale peccatum incurrant; cum à Romana Eccleſia, & ab Apoſtolica Sede nondum fuerit hoc deciſum, prout Nos nunc minimè decidere volumus, aut intendimus: quin potius contrariam illam opinionem hæreſis, aut peccati mortalis, aut impietatis damnare audentes, præter pœnas, quibus eos ſubiecit Sixtus Quartus, alijque prædeceſſores noſtri Romani Pontifices grauioribus alijs pœnis ſubijcimus, quas in contrafacientes huic noſtræ Conſtitutioni ſuperius infliximus.

Contrariam ſententiã qui mente tenuerit hæreſis crimen, aut mortale peccatum minimè incurrit.

Volentes, quod contra huius noſtræ Conſtitutionis tranſgreſſores, etiam Regulares cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti, etiam Societatis Ieſu, & quomodolibet exemptos, & alias quaſcumque eccleſiaſticas, & ſæculares, vt præfertur, tam Epiſcopi, & Prælati ſuperiores, alijque locorum Ordinarij, quam hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquiſitores procedant, & inquirant, atque in eos ſtrictè animaduertant. Nos enim, &c.

Pœnæ in huius decreti tranſgreſſores.

FESTVM IMMACVLATÆ CONCEPT. VIRGINIS

Ab Eccleſia Romana celebratum, ſed à Franciſcana ſpecialius, & cum ſua Octaua.

1 AD maiorem *Columnæ* noſtræ *Nubis* ſtabilitatem, eiuſque erectionem, & ad perennem *Deiparæ ſine criminæ originis conceptæ*, victoriam, gloriam, & triumphum per ſtabilitatem eius feſti, ac ſolemnitatis in vtraque Eccleſia, Catholica, & Seraphica; tandem oſtendit rationabilia motiua ſui præfati Decreti, idem D.N.Alexand. VII. in verbis conſequentibus.

Et quia ex occaſione contrariæ aſſertionis in concionibus, lectionibus, concluſionibus, & actibus publicis, quod nempè eadem Beatiſſima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali, oriebatur populo Chriſtiano cum magna Dei offenſa, ſcandala, iurgia, & diſſentiones, rec.mem. Paulus Papa Quintus etiam prædeceſſor noſter

Decreta in fauorem ſententiæ affirmatiuæ.

ſter vetuit horum opinionem præfatæ ſententiæ contrariam publicè doceri, aut prædicari. Quam prohibitionem piæ mem. Gregor. Papæ XV. ſimiliter prædeceſſor noſter ad priuata etiam colloquia extendit, mandans inſuper in fauorem eiuſdem ſententiæ, vt in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, ac diuino officio celebrandis tam publicè, quam priuatim, non alio quam Conceptionis nomine vti quicumq; debeant. Nihilominus, prout venerabiles Fratres Epiſcopi ferè omnes Hiſpaniarum cum Eccleſiarum ſuarum Capitulis datis ad Nos literis expoſuerunt, accedente etiam inſinuatione chariſſimi in Chriſto filij noſtri Philippi earundem Hiſpaniarum Regis Catholici, qui ſpecialem ſuper hoc miſit ad Nos Oratorem venerabilem fratrem Ludouicum Epiſcopum Placentinum, per quem etiã delatæ fuerunt ad Nos ſupplicationes Regnorum earumdem Hiſpaniarum, pergunt aliqui contrariæ illius opinionis aſſertores contra præfatas prohibitiones tũ priuatim, tum publicè præfatam ſententiam aut impugnare, aut vellicare, & fauorem à Romanis Pontificibus cultui, & feſto ſecundum illam præſtitum ita interpretari, vt fruſtrentur; imò Eccleſiam Romanam huic ſententiæ, & cultui iuxta illam B. Virgini exhibito fauere negant, pios Chriſtifideles è ſua pacifica quaſi poſſeſſione deturbare conando, vnde offenſiones, ſcandala, & iurgia, quibus obuiare voluerunt Paulus V. & Gregor. XV noſtri prædeceſſores perdurant adhuc, & ex occaſione eorundem aduerſantium maiora his incommoda in poſterum prudenter; & meritò timentur.

Orator præcipuus à Rege Catholico Philippo IV. ad Alexand. VII. miſſus.

Quapropter ſuper his tam præfati Epiſcopi, cum Eccleſiarum ſuarum Capitulis, quam memoratus Philippus Rex, eiuſque Regna Nobis pro opportuno remedio inſtanter ſupplicari fecerunt. Nos conſiderantes, quod Sancta Romana Eccleſia de intemeratæ, ſemperque Virginis Mariæ Conceptione feſtum ſolemniter celebrat, & ſpeciale, ac proprium ſuper hoc officium olim ordinauit, iuxta piam, deuotam, & laudabilem inſtitutionem, quæ à Sixto Quarto prædeceſſore noſtro tunc emanauit; Volentesque laudabili huic pietati, & deuotioni, & feſto, ac cultui ſecundum illam exhibito in Eccleſia Romana poſt ipſius cultus inſtitutionem nunquam immutato, Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum exemplo fauere, necnon tueri pietatem, & deuotionem hanc colendi, & celebrandi B. Virginem, præueniente ſcilicet Spiritus Sancti gratia, à peccato originali præſeruatam; cupientesque in Chriſti grege vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, ſedatis offenſionibus, & iurgijs, amotiſq; ſcandalis, conſeruare: ad præfatorum Epiſcoporum cum Eccleſiarum ſuarum Capitulis, ac Philippi Regis, eiuſque Regnorum oblatam Nobis inſtantiam, ac preces, Conſtitutiones, & Decreta à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & præcipuè à Sixto IV. Paulo V. & Gregor. XV. edita in fauorem ſententiæ aſſerentis animam

Vnde motus moderaus Pont. ad huius decreti emanationẽ.

Iterũ recitat decreta Pontificum prædeceſſorum.

B. Ma-

B.Mariæ Virginis in ſui creatione, & in corpus infuſione Spiritus Sancti gratia donatam, & à peccato originali præſeruatam fuiſſe, necnon & in fauorem feſti, & cultus Conceptioni eiuſdem Virg.Deiparæ ſecundum piam iſtam ſententiam, vt præfertur, exhibiti, innouamus, & ſub cenſuris, & pœnis, in eiſdem Conſtitutionibus contentis, obſeruari mandamus.

Maxima autem ſolemnitate celebratur *Conceptionis Virginis Immaculatæ feſtum* die 8.Decembris in omni Monarchia Auſtriaca, tum Germanica (quæ Imperium, regna, & ſtatus Originariæ Mariæ Puritati, erecta Viennæ procera, nobilique Columna per Imperatorem Ferdinandum III.indicta quoque à Metropolitano Antiſtite Feſti Vigilia cum ieiunio, conſecrauit, vt aliàs aduerti) tum potiſſimum & Hiſpanica, quæ nunquam deſtitit apud Romanam Sedem, non parcendo neque laboribus, neque expenſis, pro tali huiuſce articuli definitione. Dedicatio Columnæ Cæſareæ ad ann.1642.ita in illius baſi exprimebatur.

Principes Auſtriaci tum Germanici, tũ Hiſpanici Imm. Concep.Deip.potiſſimum addicti.

DEO OPTIMO MAXIMO.
Supremo Cæli, Terræque Imperatori,
Per quem Reges regnant.
VIRGINI DEIPARÆ
Immaculatæ couceptæ, per quam Principes imperant
In peculiarem Dominam
Auſtriæ Patrona
Singulari pietate ſuſceptæ: ſe: liberos:
Populos: Exercitus: Omnia denique
Confidit: donat: conſecrat: &
In Perpetuam Rei Memoriam

Statuam hanc ex voto ponit Ferdinandus III.
Auguſtus.

Colum. Viẽnæ à Ferd.3. erecta.

II In tota noſtra Hierarchia maximum quoque eſt Conceptionis B.Virg.feſtum. Hinc tot Prouinciæ, Conuentus, ac Confraternitates ſub Conceptionis titulo per vniuerſum orbem eriguntur; imò & peculiaris *Ordo Virginum Conceptioniſtarum* à Sede Apoſtolica approbatus: quibus omnibus innumerabiles indulgentiæ per plures Summos Pontifices conceſſæ ſunt. Hoc autem feſtum receptum eſt à Concilio Generali Tridentino ſeſſ.5 Itemque confirmatum à Pontificibus Maximis, Sixto IV.Innocent. VIII.Alexandro VI. Iulio II. Leone X. Pio V. Sixto V. Gregorio XV. Vrbano VIII. ac demum Alexandro VII. ſuperſtite, in-

Quã vniuerſale in tota Relig. Fran. & Chriſtiana feſtũ Cõcep. Deiparæ.

M ſec-

ſertumque in Menologio Græcorum, & in Martyrologio, ac Breuiario Romano.

III Ea de re extant conciones non paucæ, tum priſcorum Patrum, tum recentiorum Authorum. Denique & à cunctis Epiſcopis, totoque populo Chriſtiano ingenti deuotione ſub præcepto id feſtum ſeruatur. De huiuſmodi re agunt copioſè Alphonſus de Caſarubea in Compendio Priuilegiorum Ordin. Min. verbo *Conceptio Virgin.* Hieronym. à Sorbo ibidem in ſuis annot. & quamplurimi alij, quos citat Martyrologium Franciſcanum die 8. Decembris.

Innumeri Scrip. egerūt de Deip. Immac.

IV Haud prorſus obſtupeſcendum, ſi tot Sodalitates, Congregationeſq; hoc glorioſo nomine, *Immaculatæ Cōceptionis Deiparæ Virg.* inſignitæ ſub cura Fratrum Minorum degant: cum à tempore *B. Ioannis Dunſij Scoti,* Doctoris ſubtilis à partibus eius ſtrenuè ſtetit Sacer Ordo Seraphicus. Quod & Iulius II. apertè teſtatur in Bulla ſua, qua Fratribus Minoribus omninò ſubdit Virgines Conceptioniſtas per Hiſpaniam, hiſce verbis. *Congruum omninò, atque rationi conſonum eſt; vt Fratres, qui ob immaculatam Deiparæ Virginis conceptionem tuendam, atque defendendam, tot labores, atque difficultates perpeſſi eſſent, illius ſanctiſſimi nominis, & profeſſionis Sororum curam gererent.* Extant in Archiuis Monaſterij Conceptionis Marguedæ Toletanæ Diœceſis oppidi: vide Gonzagam 3. p. ſup. in eo Monaſterio, quod eſt 27. Prouinciæ Caſtellæ.

Fr Min. peculiares defenſores Deip. ſine labe conceptæ.

V Præterea *B. Bernardinus de Buſtis* huiuſce Ordinis Alumnus proprium compilauit Conceptionis officium à Sixto IV. Summo Pontifice approbatum ann. 1480. Pontificatus ſui ann. 10. conceſſitque vt omnes, qui illud pro ſua deuotione dicere, & recitare voluerint, liberè, & licitè hoc poſſint, & valeant. Ita Alphonſus de Caſarubea ſupra §. 7. Vvillotus Athenarum orthodoxar. Franciſcan. litera B. Poſt ipſum B. Bernardinum ſupra ſerm. 4. & 6. par. 3. Cætera vide apud citatum Martyrolog. octauo Octubris, & infra 15. Decemb. Porrò illud Conceptionis Virg. officium proprium extat in Bibliotheca San. Victoriana Pariſ. ſub lit. BBB. 12.

Author. officii Concept. B. Bernar. de Buſtis.

VI Octaua verò Conceptionis celebratur à toto Ordine die Decembris 15. Celebraturque ſolemni ritu tum ob ſingularem deuotionem erga Immaculatam Dei Genitricem Virginem Mariam, tum ex authoritate Pontificia: nam Sedes Apoſtolica cunctis Chriſtifidelibus verè pœnitentibus & confeſſis in die feſtiuitatis Conceptionis adſtantibus Miſſarum ſolemnijs, centum dies de iniunctis ſibi pœnitentijs relaxauit: primis autem, vel ſecundis veſperis totidem: ſermoni verò verbi diuini de eadem feſtiuit. 50. dies. At Sixtus IV. Summus Pont. ordinauit, quod omnes, & ſinguli

Celebratio octauæ SS. Concept.

guli fideles, vtriuſque ſexus, qui miſſam, & officium feſti Conceptionis B. Mariæ, cuius initium eſt, *Sicut Lilium inter ſpinas*, &c. in ipſo feſto celebrauerint, aut dixerint, vel illius horis canonicis interfuerint: quoties id fecerint, eandem prorſus indulgentiam cõſequantur, quam Vrbanus IV. & Martinus V. & alij Romani Pontifices conceſſerunt illis, qui miſſam, & officium, & horas canonicas in feſto Corporis Chriſti à primis Veſperis, & per illius octauam (iuxta Romanæ Eccleſiæ inſtitutionem) celebrant, dicunt, aut miſſæ officio, & horis huiuſmodi interſunt. Quapropter idem Sixtus IV. ſtatuit octauã de feſto Concept. fieri ſolemniter, & officium decantari ſicut in alijs ſolemnioribus diebus: etiam tempore interdicti (iuxta Bullam Leonis X.) pulſatis campanis, & apertis ianuis, excluſis tantum culpabilibus: imò etiam tempore ceſſationis à diuinis. Hæc, & plura alia perquire ex Compendio Priuilegiorum Ord. Min. verb. *Conceptio Virginis*.

Indulgentia à Sixto IV. omnibus chriſti fidelibus conceſſæ, & quæ ab alijs.

Feſtũ octauũ à Sixto IV. inſtitutum.

Felicitatis Præſagium.

VII Eodem anno, quo in maximum huius Virginis feſti fauorem emanauit Conſtitutio D. N. Alexandri VII. conſcripta fuit (in Felicitatis præſagium, dicente Virgine, *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt*) hæc compoſitio, deuotioni eiuſdem Pontificis erga Puritatem Originalem Deiparæ valdè concinna.

Deuotio Maxima Alexãdri VII. erga Deip. ſine labe conceptã.

ANNO DOMINI INCARNATIONIS MDCLXI. *Die verò Menſis Decembris viij. Deipara ſine labe concepta ſacro, ſine labe conceptã Deiparam publica Conſtitutione, quam deindè propria manu in membrana conſcripta per eius Legatum, ſiue Oratorem Regi Catholico Philippo IV. mittere dignatus eſt, tota exultante Eccleſia ſolemniter profitetur, teſtaturque Pontificatus ſui anno 7. Omnium prædeceſſorum Pontificum Decreta magis, ac magis ſtabiliens, vt Sixti IV. Concilij Tridentini, Sixti V. Pauli V. Gregor. XV. & aliorum;*

Superſtes Chriſti Vicarius, cuius nuncupatio

Romanus Pontifex Optimus Maximus
ALEXANDER SEPTIMVS.

Iſta ſex nomina, ſex eius montibus reſpondentia,
Hæc per antiſtecon referunt omina.

VT MONS FELIX SEX MONTIVM AXI:

DVM SPES POTENS

MARIA PVRA.

Paraphraſis octaſtica.

VT MONS FELIX.

Sex referens Montes (ſex eſt perfectus vtrinque)
Dignus Stella olim: dignior inde Petra.

SEX MONTIVM AXI.

Quo ſeptem Colles voluuntur: voluitur Orbis;
Cœlica, terreſtris machina, tuta fide.

DVM SPES POTENS.

Nam pede terram vno, atque alio pede ſat Mare firmat;
Sed gladio virtus tanta in vtroque rata.

MARIA PVRA.

Montes, Robur, Stella, hac gaudens ſorte beata,
Firmior in ſcopulis anchora bina Petri eſt.

Publicatio Conſtitutionis Pontificiæ ita ſe habet ad pedes eiuſdem.

Anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo primo, Indictione 13. die verò ij. Menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi *in Chriſto Patris, & D.N.D. Alexandri VII. anno ſeptimo ſupraſcriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Baſilicarum S. Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ valuis, & in acie campi Floræ, vt moris eſt, per me Andream Caſtruccium prælibati* Sanctiſſimi *D.N. PP. Curſ. Romæ ex Typographia Reu. Cam. Apoſtolicæ MDCLXI.*

Annus, ac dies publicationis Decr. Alex. VII. in fauorẽ Imm. Conception. Deiparæ.

CAPVT

CAPVT VII.

Romani Pontifices Opt. Max. qui Seraphicam Religionem varijs priuilegijs ſublimare ſatagerunt.

TRIPLEX *Pater*, inquit Interpres noſter ſer. 4. hebd. 3. Quadrag. ſuper illud Chriſti: *Honora patrem tuum.* Matth. cap. 15. *Scilicet* Spiritualis, *Paſtoralis, & Temporalis. Spiritualis Deus, Paſtoralis Papa, vel Dominus, Corporalis ille, qui te genuit: & vnicuiq; debes exhibere honorem in gradu ſuo, & his, quæ ad eorum officium pertinent: & hoc loco, & tempore; quod ſi ſubtraxeris, facis contra diuinum præceptum.* A principio noſtri Ordinis ſub Romano Pontifice Innoc. III. ad ann. 1209. vſque ad præſentes dies vidit ſuos Principes ſummos, Diuo Petro Apoſtolorum Principi ſuccedentes, Monarchia Eccleſiaſtica ſub num. 65. Hierarchia verò Franciſcana vidit & ſuos Miniſtros Generales, qui de iure B. Hierarchæ Franciſco ſuccedunt, ſub num. 69. Hi cum ſuis filijs, & ſubditis illum eumdem honorem, quem & B. Frãciſcus, & eius ſectatores exhibuere, & ipſi pariter exhibuerunt, præcipiente Regula: S*int ſubditi, & ſubiecti pedibus* S. R. E. *ſtabiles in fide Catholica*, &c. Aſt tantò amplius honorem hunc omnes Fratres Minores hiſce maximis Pontificibus exhibere debent, quantò amplius dignati ſunt, Seraphicum Ordinem varijs gratijs, ac præcipuis fauoribus proſequi, ac ditari. Reſcribenda ergo nunc eſt ſeries omnium Pontificum, & numerus literarum Apoſtolicarum, quas ſinguli in fauorem Franciſcanorum curſu annorum 460. expediri mandarunt. Diſtinguendi etiam ſunt in aliquot ſæcula, vt è medio omne tædium eliminetur. Eorum literæ omnes adeò cunctam Hierarchiam noſtram amplectuntur, vt ſpectent generatim, ſiue in communi, ſiue in particulari ad omnes Obſeruantes, Reformatos, Recollectos, Diſcalceatos, Conuentuales, Capuccinos, & Tertiarios tam in communi, quam in particulari viuentes. Amplectuntur etiam & vniuerſas Moniales Clariſſas primæ, atque ſecundæ Regulæ; necnon & Sorores Tertij Ordinis, & alias Congregationes hucuſque authoritate Apoſtolica erectas, vel extinctas.

Triplex Pater, Spiritualis, Paſtoralis, Corporalis.

Ab initio noſtri Ordinis ad præſens tempus Roman. Põt. 65.

SÆCVLVM I.

Ab Anno 1206. *continens Pontifices xix. Literas verò Apoſtolicas* 2146.

11 1 INnocentius III. Campanus ex Comitibus Signiæ, vulgò *Conti*, creatus 1198. ſedit ann.18.menſ.6.dies 9. Nullum diploma, ſeu litera Apoſtolica reperitur huius Principis Anagnini Aniciani, qui verus Agnus innocens fuit, ac B.Franciſci innocentiæ quam propitius. Sed tunc temporis eius viuæ vocis oraculum, oraculum verè cæleſte, ac diuinum extitit circa noſtræ Regulæ cōfirmationem. Sub eo, ad annum ſcilicet ſui Pontificatus 8. Chriſti 1206. B.Franciſcus in ætate annorum 24. conuerſus. Sub eo anno quoque, videlicet ſui regiminis ij. Chriſti verò 1209. fundauit Minorum Ordinem Vir Hierarcha. Sub eo item, nimirum anno ſui Papatus 12. Chriſti verò 1210. ſcripſit Franciſcus Regulam ſuis, formam, & normam viuendi præſcripſit. A quo tempore viuæ vocis oraculo, vt diximus, confirmationem eiuſdem Regulæ obtinuit, protegente, ac patrocinante *Columna Romana* per Ioannem Cardin. de S.Paulo. Sub ipſo pariter Pontifice, nimirum ann. 17. ſui perœlebris Pontificatus, Chriſti 1215. iterum in Concilio Lateranenſi dicta Regula confirmata fuit. Super his omnibus nullum reſcriptum Apoſtolicum habemus in tota pontificali, ac ſanctiſſima Innoc. Tertij vita, quæ anno pontificatus ſui 18. Chriſti verò 1216. ad immortalem vitam tranſlata eſt.

Huius Pontificis literas Apoſtolicas nō habemus.

Geſta 8 Frā. ſub Innoc 3.

34 2 *Honorius III.* Sabellus Romanus, creatus 1216. ſedit annos 10. menſ.8. dedit 34. literas Apoſtolicas, diuerſos Fratres amplectentes.

241 3 *Gregorius IX.* Campanus, Innocentij Tertij Nepos, & primus Ordinis Protector, creatus Pontifex ann. 1227. ſedit ann. 14. menſ.5. dedit ſuas beneficas literas num. 241.

4 *Cæleſtinus IV.* Caſtilioneus Mediolanenſ. creatus ann. 1241. ſedit dies 17. vacauit ſedes ann. 2. ac proinde nullam gratiam potuit Franciſcanis concedere.

341 5 *Innocentius IV.* Fiſclus Ianuenſis creatus 1243. ſedit ann. 2. menſ.5. dies 14. literæ eius apoſtolicæ in fauorem Franciſcanorum extant 341.

606 6 *Alexander VI. Conti* Campanus, & ſecundus Ordinis Protector, creatus eſt Pontifex 1254. ſedit ann. ſex, menſes quinque, dies quinque, literæ eius Hierarchiæ noſtræ fauorabiles 306.

7 *Vrbanus IV.* Tricaſſinus natione, Pantaleo cognomento, crea-

creatus 1261.ſedit ann.2.menſ 1.dies 4.eius literæ priuilegiatæ 38. 38

8 *Clemens IV.* Groſſus, familia Narbonenſis, creatus 1265. ſedit ann.3 menſ.9.dies 25.vacauitque deinde ſedes ann.2.menſ.9. eius literæ 99.& vnum Dominorum Cardinalium decretum in ſe- 99
de vacante emanatum, pro liberatione Terræ Sanctæ; & vna pariter epiſtola eorumdem pro Terra Sancta, & Fratribus Minoribus ad Euſtachium de Attrebato, & Lambertum de Cultura.

9 *Gregorius X.* Vicecomes Mediolanenſis, creatus iuxta D. Bonauent.deſignationem ad ann.1271.ſedit ann.4.menſ.4.dies 10. 57
eius literæ 57.

10 *Innocentius V.* Tarantaſienſis Ordinis Prædicator. creatus ann.1276.ſedit menſ.5.dies 2.

Adrianus V. Fiſolus Genuenſis, creatus 1276.ſedit dies 19.

11 *Ioannes XXI* Olyſipponenſis, creatus 1276. ſedit menſ. 8. dies 8. eius literæ 10.

12 *Nicolaus III.* Vrſinus, Princeps Romanus, materna gen- 10
te Caetanus, ac tertii Ordinis Protector, creatus Pontifex ad an. 1277.ſedit ann.2.menſ 8.dies 29. eius literæ 109.

13 *Martinus II.*dictus IV. de Bria cognomine, natione Gal- 109
lus, creatus 1281.ſedit ann.4.menſ.1.eius literæ 21.

14 *Honorius IV.* Sabellus Romanus, creatus 1285.ſedit an. 2. 21
dies 2. eius literæ 35.

15 *Nicolaus IV.* Picænus, Fr.Minor, creatus 1288.ſedit ann.4. 35
menſ.1.dies 14. eius literæ 568. 568

16 *Cæleſtinus V.* de Morono, campanus, creatus 1294. ſedit menſ.quinque, dies 17. ſed renunciauit, rediens ad Heremum. eius literæ 5. 5

17 *Bonifacius VIII.* Caietanus Anagninus creatus 1294. ſedit ann.8.menſ.9.dies 18 eius literæ 163. 163

18 *Benedictus X.* dictus XI. Bocaſius Taruiſinus ex Ordine Prædicatorum, creatus 1303. ſedit menſ. 8. dies 6. vacauit ſedes menſes 2. eius literæ Apoſtolicæ 36. 36

19 *Clemens V.* Bertrandus Burdegalenſis, creatus 1305. ſedit ann.8.menſ.10.dies 16. vacauit ſedes ann.2. eius literæ anno primo ſui Pontificatus, qui huius primi ſæculi finis fuit. 30. 30

Omnium literarum ſumma in hoc priori ſæculo pro Hierarchia Franciſcana 2146.

SÆCVLVM II.

Ab anno 1306.ad an.1406. Vbi Pontif. 10. literæ Apoſt. 2797.

1. CLemens V. prædictus, qui annis ſequentibus ſuum Pontifi- 111
catum, expediuit alias literas Apoſtolicas 126. 126

Ioan-

2 *Ioannes XXI.* dictus XXII. Oſſa Gallus, creatus 1316. ſedit
1229 ann.18.menſ.3.dies 18.eius literæ 1229.
3 *Benedictus XI.* dictus XII. Furnerius, Sauardunus Cis Pire-
137 neos Ciſterſienſis,creatus 1334.ſedit ann.7.menſ.4.eius literæ 137.
4 *Clemens VI.* Monſtrius Benedictinus ex Roſeo vico,creatus
562 1342.ſedit ann.10.menſ.7.eius literæ 562.
5 *Innocentius VI.* Lemouicis Gallus, creatus 1352.ſedit an.9.
183 menſ 8,dies 26.eius literæ 183.
6 *Vrbanus V.* Gabalus Griſatus Gallus Tholeſanus, creatus
401 1362.ſedit ann 8.menſ.2.dies 23.eius literæ 401.
7 *Gregorius XI.* Monſtrius, Gallus Tholeſanus, creatus 1371.
442 ſedit ann.7.menſ.6.dies 5.eius literæ 442.
8 *Vrbanus VI.* Neapolitanus, aliis Piſanus, Archiepiſcopus
Bononienſis, creatus 1378. ſedit ann.11. menſes ſex, dies quinque.
12 eius literæ 12.
9 *Bonifacius IX.* Tomacellus Neapolitanus, creatus 1389.ſe-
90 dit ann.14.menſ.11.eius literæ 90.
10 *Innocentius VII.* Meliorata Sulmonenſis, creatus 1404.
11 ſedit ann.2.dies 21.eius literæ 11.
Summa omnium literarum Apoſtolicarum à decem Romanis
Pontificibus in hoc ſecundo ſæculo emanatarum 2793.

SÆCVLVM III.

In quo XIV Pontifices, literæ verò Apoſtolicæ 3017.

IV
1 GRegorius XII. Corarius, Venetus,creatus 1406.ſedit an.2.
3 menſ.7.dies 5.eius literæ 3.
2 *Alexander V.* Philarerus,ſeu Philangi,Cretenſis, Minorita,
18 creatus 1409.ſedit menſes 10. Eius literæ.18.viuente Gregor.XII.
3 *Ioannes XXII.* dictus XXII.Coſſa, Neapolitanus, creatus
1410.ſedit ann.quinque,dies 15.viuente Gregorio XII. eius lite-
64 ræ 64.
4 *Martinus III.* dictus V.Columna,Princeps Romanus,crea-
325 tus 1417.ſedit ann.13.menſ.3.dies 10.eius literæ 325.
5 *Eugenius IV.* Condelmerius, Venetus, creatus 1431. ſedit
620 ann.15.menſ 11.dies 21.eius literæ 620.
Ab Eugenio IV ætas Seraphici Ordinis, annis 450. conflata, à
conuerſione B.Hierarchæ eam computando, dimidiata eſt. E' vi-
uis ſublatus eſt tantus Pontifex, quando Franciſcana Hierarchia
ſuum ſextum inchoabat Iubileum,loquendo more Pontificio, Ec-
cleſiaſtico,& Regulari.Eugenio extincto,aſſumptus eſt in Apoſto-
latus apicem.

Nico-

6 *Nicolaus V.* Lucanus, de Sarzana, qui in hoc tertio ſæculo noſtro eſt ſub numero quarto, creatus 1447. ſedit ann. 8. dies 19. eius literæ Apoſtolicæ 416. 416

7 *Calixtus III.* Borgia, valentinus, Hiſpanus, creatus 1455. ſedit ann. 3. menſ. 4. eius literæ 284. 484

8 *Pius II.* Picolominæus, Senenſis, creatus ann. 1458. ſedit an. 5. menſ. 11. dies 23. eius literæ 198. 198

9 *Paulus II.* Barbus, Venetus, creatus 1464. ſedit ann. 6. menſ. 10. eius literæ 161. 161

10 *Sixtus IV.* de Ruuere, Sauonenſis, Franciſcanus, creatus 1471. ſedit ann 10. dies 4. eius literæ 210. 210

11 *Innocentius VIII.* Cibò, Ianuenſis, creatus 1484. ſedit ann. 7. menſ. 10. dies 27. eius literæ 300. 300

12 *Alexander VI.* Lenzolius, Borgia, Hiſpanus, Valentinus, creatus ann. 1492. ſedit ann. 11. menſ. 8. eius literæ 479. 476

13 *Pius III.* Tudeſchini, Senenſis, creatus ann. 1503. ſedit dies 26. litera eius vna beneficialis pro Fratre Bonauentura de Boneto. 1

14 *Iulius II.* de Ruuere, Sauonenſis, 18. Ordin. Protector, Sixti IV. Franciſcani ex fratre nepos, creatus Roman. Pont. ann. 1503. ſedit ann. 9. menſ. 3. eius literæ 389. 389

Summa omnium literarum huius tertij ſæculi 3017.

SÆCVLVM IV.

Cuius Pontifices à Leone X. Medices ad Leonem XI. etiam Medices XV. *Literæ verò Apoſtolicæ* 1894.

V

1 L*EO X* Medices, Florentinus, creatus 1513. ſedit an. 8. menſ. 8. dies 20 eius literæ Apoſtolicæ 341. 341

2 *Adrianus IV.* Germanus, Traiectenſis, creatus 1525. ſedit ann. 1. menſ. 8. dies 6. eius literæ 23. 23

3 *Clemens VII.* Medices, Florentinus, ac 21. Ordin. Protector, creatus Pontifex 1527. ſedit ann. 10. menſ. 10. literæ eius 222. 222

4 *Paulus III.* Farneſius, Parmenſis, creatus 1534. ſedit ann. 15. dies 25. eius literæ 254. 254

5 *Iulius III.* de Monte, Aretinus, creatus 1550. ſedit an. 5. men. 1. dies 16. eius literæ 37. 37

6 *Paulus IV.* Carrafa, Neapolitanus, creatus 1555. ſedit ann. 5. menſ. 2. dies 27. eius literæ 36. 36

7 *Pius IV.* Medices, Mediolanenſis, creatus 1560. ſedit ann. 5. menſ. 2. dies 15. eius literæ 120. 120

8 *Pius V.* Gliſlerius,Inſuber,Alexandrinus Ordin.Prædicatorum,creatus 1566.ſedit ann.6.menſ.3.dies 24. eius literæ 112.

302 9 *Gregorius XIII.*Boncompagnus,Bononienſis,creatus 1572 ſedit ann.12.menſ.10.dies 27.eius literæ 302.

128 10 *Sixtus V.*Perettus, Picenus, Minorita, creatus 1585. ſedit ann.5.menſ.4.eius literæ 128.

11 *Vrbanus VII.*Caſtaneus,Roman.creatus 1590.ſeditdies 12

10 12 *Gregorius XIV.*Sfondratus,Mediolanenſis, creatus 1590. ſedit menſ.10.dies 10.eius literæ 10.

2 13 *Innocentius IX.*Fachinetus,Bononienſis,creatus 1591.ſedit menſ.2.eius literæ 2.

291 14 *Clemens VIII.*Aldobrandinus, Florentinus, creatus 1592. ſedit ann.13.menſ.1.dies 3.eius literæ 291.

15 *Leo XI.*Medices, Florentinus, creatus 1605. ſedit dies 26. Summa literarum huius quarti ſæculi 1894.

SÆCVLVM V.

Incompletum, cuius anni 60. Pontifices verò cum ſuperſtite Alexandro VII. quinque, ſed literæ 1041.

VI 449 1 PAulus *V.*Borgheſius,Romanus,creatus 1605.ſedit ann.16. men. .dies . eius literæ 449.

127 2 *Gregorius XV.*Ludouiſius,Bononienſis, creatus 1621. ſedit ann.2.menſ. . dies eius literæ 127.

800 3 *Vrbanus VIII.*Barberinus,Florentinus,creatus 1623. ſedit ann.21.menſ. .dies .eius literæ 800.

114 4 *Innocentius X.* Panfilius Romanus, creatus ann.1644. ſedit ann.10.menſ.4.eius literæ 114.

VII *Alexander VII.*ſuperſtes,creatus 1655.ſedet adhuc.Cunctæ Sanctitatis ſuæ literæ,alio tempore enumerandæ,& ſolum duæ hic adnotandæ; quarum primæ continent gratiam illam ſpecialẽ, per quã mandauit principio ſui pontificatus,vt feſtum S.Bernardini Senen.eius conterranei in tota Eccleſia Romana celebraretur tam ab Ordine noſtro,quã à Clero. Aliæ literæ concernunt vltimũ decretum de Immaculata Virginis Matris Dei Conceptione ad ann. 1661 Ipſe etiam Romanus Pontifex noſtris Franciſcanis ex corde addictus, determinauit canonizationem B.Petri de Alcantara,quã citius exequendam;voluitque vt cauſa de Canonizatione B.Ioannis de Capiſtrano calidius tractaretur, optans ex ſua præcipua deuotione,& conſolatione,vt feliciſſimum effectum ſub eius regimine ſortiretur, & iam nudiustertius acceptato proceſſu de eius virtutibus, extat decretum in ianuis.

Decretum de feſto D. Bernardini Senenſ.

Decretum de Immaculatæ Concept. Matris Dei.

Sum-

Summa literarum huius ſęculi incompleti vſque ad creationem Rom.Pontif.D.N.Alexandri VII.ſub ann.ſui pontificatus ix. 1041. cunctæ literæ ſimul iunctæ ab exordio Religionis Seraphicæ vſque ad id tempus 10891. Quibus ſi addas alias 24 quas prætermiſit indiculus Bullatij Seraphici, poſuitq; in appendices, complent numerum 10915. ſunt & aliæ literæ à Clemen. VII.& Benedicto XIII. Pſeudopontificibus emanatæ, quas potes videre in altera eiuſdem Indiculi appendice. Omnium literarum cathalogus, quæ diuerſo modo, & genere, ſiue generaliter, ſiue particulariter Hierarchiam Franciſcanam reſpiciunt, ad decem differentias, ſeu materias reduci poſſunt.

Cathalogus omnium literarum ſimul.

1 Continebit Conſtitutiones, & determinationes apoſtolicas circa Regulæ explanationem Sanctiones circa noſtrum modum viuendi, ac leges pontificias, præſcriptas Minoribus.

1. Differẽtiæ ad quas reducendę ſunt omnes literæ iuxta totidẽ materias.

2 Exemptiones, Priuilegia, & Indulta ſpiritualia, ac temporalia, tam communia reſpicientia totum Ordinem, quam particularia Conuentuum, ac Monaſteriorum.

3 Omnia pertinentia ad ſanctitatem, & cultum, ideſt pro canonizatione, ac miraculis. Pro officio diuino, Concepaione V.M. Terra Sancta, Pœnitentiaria Lateranenſi, &c.

4 Deciſiones, proceſſus, ſententias, atque oracula pontificia circa lites, & controuerſias tam extra, quam intra Religionem exortas, ac per ſummos Pontifices deciſas.

5 Gratias, & indulgentias perpetuas, & ad tempus conceſſas Religioni, Eccleſijs, Conuentibus, Monaſterijs, & Altaribus.

6 Erectiones Prouinciarum, Cuſtodiarum, Conuentuum Fratrum, ac Monaſteriorum Monialium, & alia quamplurima, id directè, vel indirectè reſpicientia.

7 Electiones, & prouiſiones eccleſiaſticas, & honorificas, ſcilicet Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Inquiſitorum, Nunciorum Apoſtolicorum, &c.

8 Conceſſiones factas, & expeditas pro particularibus, ac indiuiduis perſonis Miſſionarijs, Pœnitentiariis Apoſtolicis, Generalibus, & alia ad officia electis.

9 Miſcellaneum aliquarum Bullarum, Breuium, Indultorum, & literarum Apoſtolicarum, quę nõ habent determinatum locum.

10 Ordinationes, & Decreta tam S.Congregationis, quam Dominorum Cardinalium Protectorum, & aliorum S.R.E. Cardinalium à principio Religionis in iſta noſtra enumeratione breuiſſima non adſunt. Cuncta literarum argumenta nouiſſimè exſcripſit Author Indiculi Seraphici.

CAPVT VIII.

Franciſcana Hierarchia, Eccleſiaſticæ Monarchiæ pedibus humiliter prouoluta, ad illius firmitatem, & profectum. Quidquid enim clementer, ac maternè ab ea recipit, gratanter rependit.

I DVM præcipit Alumnis ſuis B. Hierarcha Franciſcus in fine cap. 12. concludens totam Regulam, ordinanſque omnem ſuæ Hierarchiæ inſtitutionem, Eccleſiaſticæ Monarchiæ ſubiectam, facit hæc verba. *Ad hæc per obedientiã iniungo Miniſtris, vt petant à Domino Papa vnum de S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit Gubernator, Protector, & Corrector iſtius Fraternitatis: vt ſemper ſubditi, & ſubiecti pedibus eiuſdem S. R. E. ſtabiles in fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus.* Quod ſtatim ſuo probans exemplo, pro maiori rei firmitate acceſſit Sedi Apoſtolicæ, & ingenti humilitate ſe ad beatiſſimos Innocentii III. pedes genuflexus proiecit, ſuæ Regulæ confirmationem expoſtulans. Acriter principio à Chriſti Vicario expulſus eſt, ſed ſtatim poſtea (commonefactus Pontifex ab illa viſione, qua proſpexerat in ſomnis, homunculum illum pauperrimum, à ſe pridiè expulſum, Lateranenſem Baſilicam, ruinæ proximam humeris ſuis ſuſtentaſſe) iterum vocatus eſt. Vix denuò coram Chriſti Vicario ſe præſentauit Franciſcus, vixque ad ſanctiſſimos eius pedes genuflexit manibus cancellatis, quod clariori mente eum contemplans, aliiſque oculis contuens, ipſum eiuſque Ordinem Eccleſiæ, interitui proximæ, quam maximè profuturum, atque Eccleſiam ipſam per ſucceſſores Pontifices maxima quoque, aſſiduaque benignitate, ac clementia illum proſequuturam oſtendit eo modo, quo ſcribit D. Bonau. poſt enarratam viſionem immediatè illis verbis, quæ ſic ſe habent cap. 3. leg. Min.

Eminens regulæ noſtræ præceptum.

Vide inf. hic viſionem.

II Cum igitur in famulo Dei, ſuis comparente conſpectibus, ſapiens contemplatur Antiſtes ſimplicis animi puritatem, mundi contemptum, paupertatis amorem, propoſiti perfecti conſtantiã, animarum zelum, ignitumque voluntatis ſanctæ feruorem: *Verè,* inquit, *hic eſt ille, qui opere, ac doctrina Chriſti ſuſtentabit Eccleſiam,* Proindè ad ipſum præcipuam deuotionem ex tunc concipiens, ac petitioni eius per omnia ſe inclinans, approbauit Regulam, dedit de pœnitentia prædicanda mandatum, poſtulata tunc

B. Franciſ. ad pedes Innoc. Tertii.

Cum confirmatione Regulæ accipit mandatum Apoſtol. de prædicanda pœnit.

cuncta

cuncta conceſſit, ac plura ſe conceſſurum in poſterum liberaliter repromiſit.

III Igitur tunc quando Hierarchia Franciſcana per ſuum Hierarcham Franciſcum Monarchiæ Eccleſiaſticæ pedibus, vt ſibi per obedientiam præcipitur, ſe omnimodè proijcit, ac ſubmittit, tunc verè opere, & doctrina ipſam ſuſtentabit, atq; & ab ea quotidianos fauores accipiet. Siquidem ſubiectio ipſius, ex vi profeſſionis à ſe Eccleſiæ debita, nedum ex communi, & gratitudinis lege, ad illius firmitatem, & profectum redundat, vt planè ab exordio Religionis innumeris experimentis tot ſæcula comprobauere, gratiæque innumeræ ipſi ab Eccleſia elargitæ. Quamobrem Hieronymus Platus lib. de bono ſtatu Relig. cap. 30. ſcripſit: *Non modò ætas illa, qua primum hic Ordo prodijt, mirabiliter eius opera adiuta, & illuminata eſt, ſed totius quadringentis annis, quibus deinceps ſtetit, hoc ſemper egit, vt Eccleſiam Dei quaſi fulciret*. Quotquot habet in ſe Hierarchia Franciſcana Ordines, gradusque, nempè Martyrum, Confeſſorum, Doctorum, Virginum, & non Virginum, ſiue per canonizationem, ſiue per beatificationem, ſiue alio quouis modo; ab Eccleſia prorſus habet.

Subiectio Franc. ad pedes Eccl. eſt ſui ipſius, & Eccleſiæ exaltatio.

IV Si Maieſtate Pontificia decoratur, ſi Purpura Cardinalitia, ſi Mitra, vel Patriarcali, vel Electorali, vel Archiepiſcopali, vel Epiſcopali, ſiue alijs dignitatibus intra, & extra Ordinem, cunctæ hæ prærogatiuæ, per quas adeò amplè, ac ſublimiter in toto terrarum orbe magnificata eſt, beneficæ plurimum ipſi Eccleſiæ in omni ætate extiterunt, ad ipſius reparationem, reſtaurationem, dilatationem, & propagationem, per quam inſtituta fuit Seraphica Religio.

De his Ordinibus in ſuis locis.

V *D. Antonius* de Padua in Seraphica Hierarchia Martyr fuit deſiderio, & martyrii conſequendi ratione, inſtitutum Fratrum Minorum amplexus eſt. Fuit pariter & primus Theologiæ profeſſor, & Confeſſor, & Doctor, concionator, confeſſarius, prouincialis, guardianus, &c. Fuit & Epiſcopus, haud dignitate per ordinem, ſed nuncupatione per meritum ſapientiæ, puritatis, & ſanctitatis, quarum ratione Epiſcopum ſuum B. Franciſcus eum appellabat. Ipſemet Diuus, *Sanctus* Miraculorum antonomaſticè nuncupatus, ac *Malleus hæreticorum* effectus, loquens, & ſcribens de Paupertate, Caſtitate, & Obedientia Religioſa, omnibus Ordinibus in Eccleſia communibus, atque Sacræ Scripturæ deſertis multis argumentis comparandis, concordat has virtutes cum illis verbis Iſaiæ 35. *Lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda*. Illud verbum, Lætabitur deſerta, *Paupertati* conformat; illud aliud florebit quaſi lilium *Caſtitati* facit proprium; ſed

D. Anton. de Pad. gradus.

Trium votorum eſſentialium allegoria.

ger-

germinans germinabit, virtuti *Obedientiæ* pulchrè attribuit. Vide eius explicationem per extenſum in Dom 2.Adu.

Vera obediẽtia in ſe habet quinque.

VI Vbi autem in tertio loco explicat votum obedientiæ,adeò nobis Franciſcanis reſpectu Eccleſiæ peculiare, ita loquitur ſuper illud *Germinans*, &c. *Nota*, ait, *quod vera obedientia in ſe habet quinque, quæ in his quinque verbis deſignantur. Vera obedientia eſt humilis, deuota, feſtina, iucunda, & perſeuerans. Humilitas in corde: hæc eſt Germinans. Germen eſt initium floris, ſic humilitas initium omnis bonæ actionis. Deuota in voce, hæc germinabit. Ex humilitate enim cordis, procedit deuotio vocis. Feſtina in iuſſione. Ideo exultauit.* Exultauit, inquit Pſal.81. vt gigas ad currendam viam. *Iucunda in tribulatione, hæc eſt lætabunda. Perſeuerans in præcepti adimpletione, & tunc erit laudans, quia in fine omnis laus canitur.*

Humilitas Seraphica ad pedes Eccl. ex peculiari mandato.

VII Humilitas Seraphica dum ex voto, necnon & ex peculiari mandato obedientiæ deuotè, feſtinanter, iucundè, ac perſeueranter ex corde S.R.E.pedibus ſe ſubmittit, erit vtique initium omnis bonæ actionis, tam paſſiuè ad continuos fauores ab ipſa Eccleſia capeſſendos, quam actiuè ad ipſam Eccleſiam opere, & doctrina ſuſtentandam, adiuuandam, inſeruiendam,ac propagandam. Omnium Eccleſiarum, Ordinum, & Congregationum Mater eſt Sacroſancta Eccleſia Catholica, Apoſtolica Romana, *Ad quam* (teſte Irenæo lib.3. cap.3.) *propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, & eos qui vndique ſunt fideles.* Hanc ſuam maternitatem valdè præcipuam oſtendit ipſa Eccleſia Ord.Minorum omni titulo, omni reſpectu, & relatione, omniq;officio,vt ab illius origine vſque ad mundi finem probant quæ eidem Ordini reſpectu tantæ matris ex natura regenerationis ſpiritualis conueniunt.

Maternitas Eccl.Cathol. erga Minores valde præcipua.

Filiorum relatio ob 4. ſolet contingere.

VII Solent ſanè multipliciter filii relationem filiationis nanciſci: primò quidem ratione *originis*, quia ab aliquo accipiunt ſuum eſſe, ſecundò ratione *participatæ imaginis*, & ſimilitudinis, quomodo homo filius Dei ritè dicitur, ſiue quia à Deo naturam accipit, ſiue quia ad imaginem, & ſimilitudinem Dei creatus eſt: tertiò ratione obedientiæ, & omnimodæ ſubiectionis: quomodo Angeli vocantur filii Dei: quartò reſpectu patriæ poteſtatis,à qua quis dependet, & cui ſubiacet: quintò reſpectu officiorum, quæ aliquis ab aliquo percipit, vt ſi in familiam velut aſcitus alimenta, veſtimenta,& omnia vitæ neceſſaria aliquis ab aliquo perpetuò ſuſcipiat, filius ritè nuncupatur.

Ord Min ſingularis Eccl. ſoboles.

VIII Ordo Fratrum Minorum ſoboles ſingularis Matris Eccleſiæ dicenda, ratione originis ſingularis, & imaginis, ac ſimilitudinis ad Chriſtum. De hac per ſpecialem generationem certum,

tum, ac irrefragabile teſtimonium dat Eccleſia in oratione ſolemniratis S.P.Franciſci: *Deus, ait, qui Eccleſiam tuam B.Franc.meritis fœtu nouæ prolis amplificas*. Nouus planè fœtus, noua proles Franciſcana ſtirps, adueniens Eccleſiæ præcipuo admodum generationis ordine.

IX Quam porrò ſublimiorem generationem deſumimus à ſemine excellentiori. Omnes ex vtero Matris geniti agnoſcuntur ſemine euangelicæ fidei, & veritatis, & cæteri Regulares ſemine Euangelicorum Conciliorum. Ordo quoque Fratrum Minotum peculiariter agnoſcendus eſt narus ſemine Apoſtolicæ, & Euangelicæ ſupremæ perfectionis, vt Doctores ex datis à Sede Apoſtolica diplomatibus palam faciunt. Inter quæ eſt illud Nicolai III. in Extrau. *Exijt qui ſeminat*, vbi poſtquam ex ſemine Chriſti euāgelico Fratrum Minorum Religionem germinaſſe docuit, ad analogiam ſpiritualis generationis alludens: *Iſti*, ait, *ſunt ſicut filij, qui (docente Iacobo) Verbum æternum Dei filium inſitum humanæ naturæ, in horto virginalis vteri, potens ſaluare animas, in manſuetudine ſuſceperunt*. Infra: *Hæc eſt apud Deum Patrem munda, & immaculata Religio, quæ deſcendens à Patre luminum per eius filium exemplariter, & verbaliter Apoſtolis tradita, & demum per Spiritum Sanctum B.Franciſco, & eumſequentibus inſpirata, totius in ſe quaſi continet teſtimonium Trinitatis*.

Sublimior generatio ex ſublimiori ſemine deſumenda.

Hæc generatio in Ordine Min ſpecialiſſima.

X Et hæc fuit ſubſtantia Parabolæ, quam Deo inſpirante Innoc.III.S.Franciſcus propoſuit, in cuius virtute approbationem huius vitæ, & Regulæ impetrauit. Hæſitantem namque Pontificem ratione Altiſſimæ Paupertatis, quæ humanam omnem poſſibilitatem ſuperare videbatur, nec audentem ad Regulæ tam auſteræ confirmationem procedere, hac diuinitus accepta reuelatione ſic induxit: *Nam* (vt ait Doctor Seraphicus S. Bonauentura cap.3.vitæ) *cum Parabolam de diuite Rege cum muliere formoſa, & paupere matrimonium contrahente gratanter; & de prole ſuſcepta præferente Regis generantis imaginem, ac per hoc educanda de menſa ipſius, ſicut à Deo acceperat, retuliſſe: ex illius interpretatione ſubiunxit: Non eſt formidandum, quod fame pereant æterni Regis filij, & hæredes, qui ad imaginem Regis Chriſti per Spiritus Sancti virtutem de paupere Matre nati, & ipſi per ſpiritum paupertatis in Religione paupercula generantur. Hanc ergo* (infert S.Bonauent.) *parabolam, & intellectum ipſius, Chriſti Vicarius, cum diligenter audiſſet, miratus eſt valdè, & indubitanter Chriſtum locutum in homine recognouit*. Hæc ibi.

Parabola de Rege diuite, & muliere formoſa, & paupere.

XI Ex quibus patet modus ſingularis Natiuitatis Familiæ Seraphicæ Fratrum Minorum ex vtero Eccleſiæ Matris. Vnde Hugo de Dinâ in cap.vltimo Regulæ conteſtatur *Ordinem Fratrum*

Mino-

Minorum eſſe Eccleſiæ Romanæ ſingulariter commiſſum, ſingulariter ab ipſa Eccleſia ordinatum, & ſpecialiter in ipſa fundatum.

Soboles Ordo Min Eccl. ratione filialis obedientiæ.

XII Ex quo deinde ſequitur, talem Ordinem ſobolem eſſe S.Matris Eccleſiæ ratione filialis obedientiæ, & omnimodæ ſubiectionis. Ipſe namque interminata obedientia in omnibus profectò, quæ Deo, & animæ contraria non ſunt, Eccleſiæ adeò obligatur, vt nullis conditionibus quocumque reſpectu ab illo emancipari queat. Sint filii parentum poteſtati ſubiecti non abſque circumſtantiis, quin ea certis euentibus emancipari poſſint haud rarò præualente ſecundum leges ætate, ſtatu etiam mutato, aliiſq; de cauſis in iure expreſſis iuxta Regionum mores. At Fratres Minores ſtrictiori filiationis vinculo obligati, ſtrictiori quoque obligatione pedibus Matris Eccleſiæ ſint ſubiecti.

Fratr. Minor. Obed. interminata eſt.

Hæc, vti dixi, eſt obedientia interminata, qua ſe, & ſuos S.Franciſcus à prima ſui origine Matri Eccleſiæ filiali iure obligauit. *Fr. Franciſcus*, ait in cap.1. Regulæ, *promittit obedientiam, & reuerentiam D.Papæ Honorio, & ſucceſſoribus eius canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ.* Et vt omnimodā dependentiam, etiam mediantibus pedagogis, tutoribus, & actoribus, iuxta præfinitum tempus à parente, proteſtaretur; generoſæ illius ſubiectionis principium generoſo quoque maioris ſubiectionis fine concluſit in cap. vltimo, illis verbis: *Ad hæc per obedientiam iniungo*, &c. quæ paulò ante retulimus. Vnde Hugo de Dina citatus in cap.1. *Perfectus Euangelij obſeruator Petro Apoſtolo in ſucceſſore ſuo, cui à Chriſto Eccleſia eſt commiſſa, ſe ſuoſque in ſe, ſpeciali obedientiæ, & reuerentiæ promiſſioni ſubiecit. Vnde ſummo Pontifici, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ ſunt Fratres ſpecialiter tam ex ſingulari hac ſponſione, quam etiam ex ſpeciali eius ad ipſos cura, & defenſione aſtricti*, &c. Quæ omnia referens in generationis principium, ſubdit: *Præſertim cum Ordo per ipſum velut in eius ſinu, formæ, roboris, & incrementi ſuſceperit accrementum, vt quaſi proprius filius ipſius Eccleſiæ dici poſſit.*

An pater habeat in vitam filii poteſtatem.

XIII Ex iſta omnimoda ſubiectione oritur in Matre Eccleſia plena poteſtas vitæ, & mortis in Fratres Minores. Non defuerunt Nationes, apud quas poteſtati paternæ ſubiiciebatur vita filiorum, ita vt etiam parentes filios morti tradere poſſent. Ita *Dionyſius Halicarnaſſeus* apud *Petrum Gregor. in ſigmate iuris vniuerſi* l.12.cap.8. vbi huius poteſtatis cauſas prudentiſſimè rimatur. Hæc à natiuitate Ordinis Fratrum Minorum poteſtas in eoſdem Fratres Eccleſiæ Matri aduenit. Qua ratione *S.Bonauentura* in cap.2. Regulæ venientes ad Ordinem tanta fidei obedientia Matri Eccleſiæ iunctos vult, vt etiam Eccleſia mandante, Martyrium ſubire debeant: *Ex quo* (inquit) *verè patet, quod recipiendi*

poteſtas Eccleſie in vitā FF. Minor.

ad

ad ordinem debent parati eſſe ad martyrium. Et hæc poteſtas reſpectu Fratrum Minorum Eccleſiæ Matri aduenit ex natura rei: Cum enim ex vi ſtatus Fratres Minores ad prædicandum euangelium Regni in vniuerſo orbe, ſi mittantur, obligentur: conſequenter aduenit Matri Eccleſiæ, vt mittere valeat Fratres Minores, vti Chriſtus Apoſtolos, *Sicut oues inter lupos: ſiue in medio luporum*, Matth. 10. v. 16. eorum crudelitati exponendos.

XIV Quod clariſſimè expreſſit Regula 1. S. Franc. c. 16. vt refert Hugo de Dina in expoſit. c. 12. Regulæ. Alius autem textus Regulæ, quæ circumfertur, habet: *Recordentur Fratres, quod dederunt ſe, & reliquerunt corpora ſuã D. N. Ieſu Chriſto, & pro eius amore debent ſe exponere inimicis tã viſibilibus, quam inuiſibilibus.* Et S. Bonau. in cap. 1. Regulę deſcribens obedientiam Fratrum Minorum, reducit illam ad abnegationem ſupremam. *Qua propriũ (ait) exponit vitam pro gloria Conditoris*. Et ibidem qua Frater Minor non tantum in neceſſarijs obedit, *verumetiam in omnibus quantumcumque difficilibus, & arduis, illius exemplo, qui factus eſt obediens vſque ad mortem*. Vide ibi.

Habetur expreſsè hæc poteſtas ex regula.

XV Ex iſta filiali, atque extrema ſubiectione oritur in matre eccleſia ſuprema poteſtas in Fratres Minores, per quam inferuntur duo.

Filialis, & extrema Fr. M. Eccl. ſubiectio

Primum. Tantã eſſe matri eccleſiæ in filios ſuos paternam authoritatem, & potentiam, vt quidquid Fratri Minori aduenit, illud paternæ poteſtati acquiratur, & cedat ſolo ſimplici vſui, illi neceſſario, velut filiofamilias relicto. Patet ex textu Regulæ, ac contextu Nicolai III. citat.

Secundum. Gubernatio, protectio, & correctio Cardinalis, Fratribus Minoribus ab eccleſia ex vi Regulæ aſſignati, Ordinem Minorum vt filium, immediatè S. Sedi ſubiectum, declarat.

Declaratur iſta etiam filialitas ex ſubiect. ad Car. Protectorem

XVI Dices. Cum ſufficiens gubernium, & regimen circa Ordinem commiſſum Miniſtris Generalibus, Prouincialibus, & Cuſtodibus per Regulam fuerit, vt quid, vel Romanæ Eccleſiæ, vel Protectoris regimen pauperrimo Ordini requirendum fuit, quod in Regulis antiquis nulli Religioni prouiſum antea fuerat. Hæc profectò fuit Diuinæ Prouidentiæ cœlitus reuelata diſpoſitio. Refert enim trium ſociorum Legenda: cum, ait, S. Pater, pulſus querelis ſuorum Fratrum initio Ordinis ob diuerſas moleſtias, perſecutiones, & anguſtias, quas intus, & foris patiebantur anxius eſſet, huiuſmodi viſione præuentus fuit.

Satisfit difficultati.

Vidit namque in ſomnis gallinam, pullos plurimos ſub alis congregatos à ſuperioribus Miluis defendere volentem, nec tamen omnes potuiſſe, pluresque proinde patuiſſe ruinæ. Magnæ autem alterius volucris ſub alis pericula ſubterfugiſſe. Expergefactus igitur

Viſio B. Frãc. oſtenſa de gallina pullos ſuos à miluis defẽdẽte

Franciſcus, dum ſomnij interpretationem à Domino peteret, eam ita accepit: Intellexit vtique ſe per gallinam, diſcipulos per pullos, Cardinalem in protectorem aſſumendum per volucrem magnarum alarum demonſtrari. Hac viſione permotus, conſultis ſuper hac re Fratribus, & de neceſſitate Protectoris deliberatione facta, de ſingulari Matris Eccleſiæ protectione, hæc intulit verba, quæ Collatione 20. referuntur: *Mater* (inquit) *omnium Eccleſiarum eſt Romana, & Domina omnium eſt Religionum. Vadam, & recommendabo Fratres meos Sanctæ Eccleſiæ, cuius potentiæ virga percellantur maleuoli, & filij Dei in æternæ ſalutis augumentum vbique plena gaudeant libertate. Recognoſcant ex hoc filij dulcia beneficia Matris, & ſpeciali deuotione ſemper ipſius reuerenda veſtigia complectantur. Non erit, ipſa protegente, in ordine malus occurſus, nec filius Belial per vineam Domini tranſibit immunis. Paupertatis noſtræ ipſa Sancta Eccleſia æmulabitur gloriam, & humilitatis præconia per ſuperbiæ nubilum offuſcari non ſinit. Charitatis, & pacis vincula in nobis ſeruabit illæſa, cenſura ſtrictiſſima percutiens diſſidentes. Euangelicæ puritatis obſeruantia ſacra continuè in eius aſpectu florebit, nec odorem vitæ vel ad horam elabi patietur.* Hæc ibi.

> Deliberatio de eligendo Protect. iuxta habitã viſionem.
>
> Ipſa S. Eccl. gloriam Seraphicæ pauper. æmulabit.

XVII Hoc ſpiritu plenus Seraphicus Pater Romam perrexit, Pontificem tunc *Honorius III.* adijt, & omni reuerentia neceſſitatem ſingularem protectionis S. Sedis in Ordinem naſcẽtem expoſuit. Cum autem hanc ipſam per ſe impendere cura vniuerſalis Apoſtolica non permitteret, & pauperculos Fratres ad tremẽdam S. Sedis maieſtatem continuè recurrere non deceat: Poſtulauit, vt *D. Hugolinum Cardinalem Oſtienſem* ſubſtitueret: qui (ſalua, & integra ſemper præeminentia dignitatis Apoſtolicæ, à qua tamquam à capite huius corporis myſtici vigor deſcendit, & poteſtas omnis emanat) vices eius gereret, & in neceſſitatibus Ordinem regeret, protegeret, & vbi opus eſſet corrigeret. Annuit voti Pontifex, viceſque ſuas, ac omnem poteſtatem Card. Oſtienſi commiſit, vt eſſet Apoſtolicæ Sedis nomine, & authoritate *Gubernator, Protector, & Corrector huius Fraternitatis*, ei Ordinem commendans, vt illum faueret, & protegeret. Ex his quatuor ſequentia inferuntur, quæ ſunt velut quatuor baſes totius Oeconomiæ Regiminis Fratrum Minorum, quibus innititur ſuper petra inuiolabili eccleſiæ Matris.

> S. Franc. ad pedes Honorij III. Card. Protect. expoſtulans.
>
> Card. Hugolinus expoſtulatus, & conceſſus.

XVIII Prima Baſis. Ordo Fratrum Minorum in tota latitudine voti obedientiæ ſubiectus, & ſubditus eſt immediatè Summo Pontifici, & Eccleſiæ Romanæ. Quare omnis inferior obedientia, & ſubiectio dependet ab illa, & eminenter in S. Sedem Apoſtolicam, ac Eccleſiam Romanam tamquam caput refertur.

> Obedientia Ord. ad Matrem Eccleſiam qualis, & quanta. Elus 1. Baſis.

Secun-

Secunda Baſis. Quia autem perſona ſummi Pontificis,aut Sanctæ Sedis difficulter poterat ordinis regimini immediatè vacare: Ad inſtantiam S.Patris primò,demum ad inſtantiam Miniſtrorum, & Cuſtodum, inſtituendus decernitur vnus ex Cardinalibus *Gubernator, Protector, & Corrector totius Fraternitatis*; qui ex vi huius inſtitutionis eſt Prælatus ordinarius, & Legatus S.Sedis,habens poteſtatem, & iuriſdictionem in ordinem, ſimilem ei, quam habent Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, &c.in populum, ſalua ſemper præeminentia Sedis Apoſtolicæ,à qua Protectores ſicut inſtitutionem, ſic poteſtatem accipiunt. Vnde *Alexander IV.* qui ante Pontificatum ſecundus ordinis Protector fuerat, & Gregorio IX. in officio Protectoris ſucceſſerat, poſt Pontificatum adeptum, quamuis requiſitus nullum Cardinalem dare voluit ordini, volens ſibi, dum viueret, retinere ordinis protectionem, & remanere ordinis protector. Quod etiam de nõnullis alijs fertur. 2. Baſis. Alexand.IV. voluit ex ſe immediatè Ord. protegere.

Tertia Baſis. Poteſtas autem Protectorum ex terminis Regulæ manifeſta eſt, nimirum *Gubernare, protegere, & corrigere* ordinẽ, & Fratres in ordine ad quatuor fines, quos nouiſſimè explicat Petrus Marchantius in lib.*Fundamenta* 12. *Ord Frat.Min.* tit.11. fundam.11.§.2. Et hæc quidem munia Protectorum benè expreſſerunt Gregorius XI.Sixtus IV. Martinus V.& alii Pontifices,dum decreuerunt Protectoris poteſtatem in tribus dumtaxat exercendam. 3.obedient. baſis.

1 *Si communitas Ordinis pedibus* S.R.E.*non eſſet ſubiecta*. Munus Protect. ad tria extenditur.

2 *Si non eſſet ſtabilis in fide Catholica*.

3 *Si à Regulæ in Euangelio fundatæ ab obſeruantia aberraret*.

Quæ quidem non ſunt (vt aliqui voluerunt) arctationes poteſtatis Protectorum, ſed explicatæ conditiones, in quibus poteſtas illa exercenda eſt, vt legitimè exerceatur, & confuſio omnis in regimine Superiorum inferiorum vitaretur, ac poteſtas protectorum ſuo decore permaneret. Vide eundem Authorem ibidem.

XIX Quarta Baſis. Quamuis verò plenaria eſſet protectoris in ordinem poteſtas (vt huius Fraternitatis eſſet *Corrector* quidem: ne ab obedientia, ſubiectione, & fide Rom. Eccleſiæ deflecteret: *Gubernator*, vt omne bonum in ordine promoueret tamquam Ordinarius Ordinis Prælatus: *Protector*, vt à malis ordinem defenderet) Nullatenus tamen regimen Superiorum Ordinis impedire poterat; Hoc enim poſtulat ſubordinatio legitima,& benè ordinata poteſtatum ſuperiorum, & inferiorum legitimos actus non impediant, ſed eos fulciant, foueantque & ridiculum eſſet, eum qui ad Regulæ obſeruantiam dirigendam, promouendam, protegendam, & defectus corrigendos ordinatus protector eſſet, Non minuebat regimen ſuperiorum ordinis. 4.Baſis. Hæc eſt vera ordinatio hierarchica.

O 2 velle

velle regimen legitimum ordinariorum ſuperiorum prætextu ſupremæ poteſtatis impedire.

XX Hæc attendunt Romani Pontifices, vt oſtendit idem author citatus. Ex dictis infertur, quod quidquid circa Ordinem Fratrum Minorum Sancta Sedes hactenus ſanciuit, & quidquid in dies diſponit: nō modò ex plenitudine ſupremæ poteſtatis Apoſtolicæ diſponere, ſed ex ſpeciali cura, quam in Ordinem, & Fratres ſumpſit. Vnde quoad ea, quę pro Ordine Fratrum Minorum ab Eccleſia decreta, demandata, conceſſa, aſſignata, indulta ſunt, aut etiam prohibita, ita illis ſe conformare Ordo tenetur, vt non poſſit abſque S. Sedis beneplacito illis cedere, vel renunciare. Fruſtrà igitur in Ordinem conſurgunt, qui Apoſtolicas Sanctiones in illis perſequuntur. Fr. Minor filius eccleſiæ eſt, matris ſuæ diſpoſitionibus fideliter acquieſcere debet; & impiè de eccleſia matre ſentit, qui eius ordinationes, & decreta in filijs ſuis æmuletur, & contradicere tentat.

[Margin: diſpoſitiones Sedis Apoſtolicæ erga Minores ſpecialiſſimæ.]

XXI Quatuor hæ Baſes in Hierarchia noſtra, pedibus Monarchiæ eccleſiaſticæ ſubiecta, habent pro fundamento ſimilitudinario *Hyacintum*, quem Ioannes in Apoc. 21. pro vndecimo fundamento Apoſtolicæ molis Ciuitatis myſticæ Hieruſalem poſuit. Nā in Iaſpide qui primus eſt fundata eſt Miſſio diuina extraordinaria S. Franciſci, & filiorum eius in vniuerſum orbem terrarum ad prędicandum pœnitentiam, & euangelium Regni. In ſecundo *Saphiro* Regulæ primæ diuina inſpiratio. In 3. *Calcedonio* Regula ſecunda à Chriſto immediatius tradita. In 4. *Smaragdo* eius Regulæ excellentia, & ſublimitas. In 5. *Sardonico* Regulæ ipſius intemerata integritas. In 6. *Sardio* altiſſima Fratrum Minorum paupertas. In 7. *Chriſolitho* euangelica, & tranſcendentalis eorum obedientia. In 8. *Beryllo* puriſſima eorum caſtitas. in 9. *Topatio* operationes hierarchicæ ſecundum hierarchias Angelorum, Fratribus Minoribus competentes. De his paulò infra ſynopticè. In 10 *Chriſopaſſo* humilitas, & patientia eorum in aduerſis. In 11. *Hyacintho* (cui ſuccedit 12. *Amethyſtus* laborum ſcilicet opitulationum, miniſteriorum pro eccleſia Dei ſuſceptorum meſſis vberrima, vt paulò poſt. Fratrum Minorum ad matrem eccleſiam obedientia, & inuiolabilis fidelitas, ac matris eccleſiæ ad Ordinem Fratrum Minorum materna benignitas, & ſolicitudo.

[Margin: 4. ſupradictæ baſes vbi fundatæ.]

[Margin: 12. Fundamenta Franciſc. Hierarchiæ.]

[Margin: Operationes hierarch. Fr. Min. alibi]

XXII De Hyacintho eſt illud ſapidum encomium D. Antonij ſerm. 2. de vno Martyre ſuper Pſal. 20. *Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo*, quod noſtro propoſito ſatis aptum eſt. *Tertius Hyacinthus, qui ſecundum aerem coloratur, eſt iuſtitia, quæ omnibus ſe coaptat. Huius tres ſunt partes, obedientia, & reuerentia*

[Margin: Tres virtutis iuſtitię partes.]

tia quoad Prælatos: conſilium, & auxilium quoad pares: cuſtodia, & diſciplina quoad ſubditos. Cuſtodia, vt poſſint cauere peccata, diſciplina, vt quod minus cauerunt minimè maneat impunitum: Hi ſunt viri iuſti Noè, Daniel, & Iob. Ex qua *benedictæ linguæ* Doctoris noſtri ſententia ſtatuenda prorſus iſta theſis. *Hierarchia Ordinis Minorum ſalus, pax, & decor à prima ſede, & Eccleſia Romana, ad cuius pedes ex vi ſuæ profeſſionis peculiari modo ſubÿci debet.* Nec alio fine, niſi eo, per quem Chriſtus ipſa inſtituit aiens B.Franciſco: *Vade, Franciſce, repara domum meam, quæ labitur.* Et per quam Chriſti Vicarius immediatè poſt Chriſtum, ſcilicet Innoc.III.teſtatus eſt, *Hic verè eſt ille, qui opere, & doctrina,* &c.vt ſuperius dictum eſt.

Quo fine ordo Min. ad pedes S.R.E. ſubiectus.

CAPVT IX.

Hierarchia Franciſcana dum pedibus Eccleſiaſticæ Monarchiæ ſubÿcitur, quatuor facies humiliter pandit, quot ſunt hodie Orbis Terrarum Partes.

I HIERARCHÆ, ac Patriarchæ Franciſci, eorumque filiorum Miſſionem, factam ad vniuerſi orbis clymata (vt conſtat de Apoſtolica olim miſſione) non ſolum Prophetæ, & oracula ſępius repetita conuincunt, ſed ipſa miſſionis executio, tam in perſona *Seraphici Patris*, qui ſeipſum *Aſiæ, Africæ, Europæ*, verbis, ſignis, & operibus manifeſtum fecit, quam in filiorum indefeſſis laboribus, quos etiam abſconditiſſimis terrarum angulis impenderunt. Quamobrem lepido pariter, & pio rythmo benè de S.Franciſco, & ardore eius concluſit S Bernardinus, vt ſequitur.

S.Franc.eiuſque filiorum miſſio in omnem terram.

Franciſcus Italicus fuit huic Patronus,
Vir pauper, & modicus, & ſanctus, & bonus.
Vix eſt pagus vnicus, vix eſt mundi conus,
Quo non ſit authenticus ſucceſſorum ſonus:

Rythmus D. Bernardini.

II *In omnem* itaque *terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum* Pſal.18.v.5. Et vt apertè S.Franciſcus Eminētiſſimo Cardinali Hugolino Protectori ſciſcitanti: Cur ſuos filios ad terras remotas mitteret incommodis, famis, ſitis, & laboribus eos exponens, reſpondit. *Fratres ſuos a Domino electos pro ſalute animarum totius mundi, totum mundum penetrare debere*; ſicut & euentus docuit.

Reſpōſio B. Franciſc. ad Card.Hugol.

III Orbis vniuerſus quatuor partibus diuiſus, quæ ſunt *Aſia*, *Africa*, *America*, *Europa* meſſem ſeraphicam Petrus Marchantius tit.12.fundam.12.in præambulo, ſuis diſtinguit regionibus. Et quãuis illa nonniſi vltima vindemia æterni Iudicis terminanda ſit, aliqua tamen producit, quæ vſque ad poſtrema ſæcula meſſe breuiore ſunt collecta. Refert principio tres.

Primò. Quid per ſe, ſuoſque filios S.Franciſcus circa infideles ad veri Dei cognitionem, & veritatem fide adducendos operatus fuerit. Sub qua priori ſectione reperies quinque paragraphos, in quorum primo ad concordantiam prioris Hierarchię noſtrę faciei tibi occurrit Aſia, prout eam hic ſubijcimus.

Aſia, vaſtiſſima Orbis terrarum pars, ac Regio, Hierarchia noſtræ faciei Hominis, ſex Seraphim alis volantis, ſocijſque eius ſe ſtatim patefecit.

I FVit ex recentioribus Societ.Ieſu Scriptoribus Pater Nadeſi lib.*de opt.*30.*die menſis*, qui computans iuxta calculationẽ Arithmeticam totius mundi habitatores, horum nonaginta nouem, vel centum chyliades (vulgò miliones) tribuit Europæ. Africæ verò pluſquam centum. Americæ circiter ducentos. Sed Aſiæ quingentos, qui numerus medietas eſt omnis numeri, ab vniuerſo orbe comprehenſi. Nam orbis vniuerſus, aiunt, nonaginta nouem miliones, ſiue mille miliones hominum continet. Et in hunc modum tot habet ſola Aſia, quæ eſt vna orbis pars, habitantes, quot habent omnes tres aliæ partes ſimul ſumptæ. Hodie Aſia tota quinque partibus conſtat, ſcilicet Tartaria, quæ diuiditur in Aſiaticam, & Europæam, China. Indiæ, ſub quibus Inſulæ adiacentes. Perſarum, ſeu Sophorum Imperium. Turcharum Monarchia, quæ dum in dies creſcit extra fines Aſiæ, tantum creſcit in Principum Chriſtianorum dedecus, quantum nominis, quod profitentur, decreſcit honor.

Quot habitatores ſunt in Europa, & in aliis tribus partibus mũdi.

1000. milliones habitatorum in omni mundo.

Aſiæ regiones.

II Ab origine Fratrum Minorum in eam vaſta mundi plaga, inuenies horribilem Beſtiam *Maumethem*, quæ potiſſimum Aſiam tunc depopulabatur (tria enim regna obtinuerat, quibus velut cornibus tribus orbem concutere parabat, nimirum *Arabiam*, *Syriam*, *Aegyptum*) & ad quam primam aciem vir ſanctus direxit 1219. Vbi inter quamplurima egregia facinora, quæ ipſe per ſe (ſex alis ſeraphicis volans, quia teſte Ambroſio *neſcit tarda molimina Spiritus S. gratia*) & alumni ſui effecerunt; illud principale, ac validè heroicum opus extitit de Soldani Aegyptij conuerſione, à B. Frãciſ. diſpoſita, & à ſuis diſcipulis in effectum poſita, vt aliàs diximus ex authoribus, quos adducit Vading.to.1.ad ann. 1219.num.60.

Ab exordio Fr.Min. Maumethes Aſiã depopulabatur.

Ex

III Ex eo enim tempore Soldanus ipſe tanto affectu in Chriſtianos ardebat, vt (tregua, ſiue induciis paulò poſt cum Federico II. Imperatore compoſitis) omnes cultores fidei chriſtianæ vbique in ſuis ditionibus vinculis detentos libertate donarit; & , vt ad Chriſtianas regiones liberè reuerterentur, aut etiam in ſuis regnis liberè remanerent, permiſerit.

Magnus Soldanus erga Christianos beneuolus.

IV *Demum*: Tanta fiducia Chriſtianis adhæſit, vt eos ex tunc ſui corporis cuſtodes adhibuerit, licet eius parens *à Laſcaco* Greco fuiſſet interfectus.

Adhibet eos ſui corporis Cuſtodes.

V *Inſuper*, Crucem Domini, quam in ſuam poteſtatem in inuaſione Hieruſalem acceperat, gratis reddi iuſſit, & captiuos iterum omnes ad triginta millia à vinculis dimiſit, omneſque Chriſtianos, ſaluis rebus, & corporibus, ex Aegypto abire indulſit: hoc decreto, vt abeuntibus, ſiquidem diuites eſſent, alimenta pecunia diſtribuerentur: ſin pauperes, aut infirmi, gratis exhiberentur.

Crucē Domini capiā reddit, liberatis multis chriſtianis.

VI Nec hic fuit propenſæ liberalitatis finis: Cum enim Hoſpitalia quædam in ſuis terris eſſent ædificata, reditus opulentiſſimos, & pecuniam multam illis legauit: itaut de illo concludat poſt viſitationem D. Franciſci Matthæus Paris: *Erat autem*, ait, *licet Paganus, Veridicus, Munificus, parcens (in quantum permiſit legis ſuæ ſeueritas, & vicinorum ſuſpicio) Chriſtianis*. Ita igitur vas, quod videbatur in contumeliam, Deo per ſeruum ſuum Seraphicum ſic diſponente, factum eſt in honorem. Et quod Sanctus Pater viuens non poterat, per ſuos Fratres abundantiſſima meſſe compleuit.

Hoſpitalia dotauit.

VII Porrò ſocij in Aſia laborātibus, & S. Patre in Cælo abeunte, ſeptimo poſt obitum anno, Gregorius (cui Pontificatum præſagierat S. Patriarcha) perpendens quæ ipſi in viuis communicauerat Vir Seraphicus ann. 1233. de Mahumetanis ad fidem conuertendis ſollicitus ex Fratribus Minoribus non paucos operarios induſtrios miſit; & alios quidem *ad Soldanum Damaſci*, alios ad *Georgianos* hæreſi, & infidelitate pariter infectos, alios ad *Calypham* de *Balduc* (quem vt ſucceſſorem Mahometis Saraceni venerabantur, quique habebatur vt caput, & origo, & erroris Mahumetani) & cæteros Orientis infideles, ac paganos, deſtinauit cum literis, & facultatibus, vt eorum conuerſioni vacarent. Quæ quidem miſſio tantam operata eſt meſſem, maximè apud *Georgianos*, vt ipſe Rex remiſſo ad Pontificem *F. Iacobo de Ruſſano* plures operarios expoſtularet, quos & Pontifex datis ad eum literis, multiplicauit. Et quamuis hi inter ſchiſmaticos, aut hæreticos computarentur, quia tamen in medio ſaracenorum habitabant, præcipuus labor Fratrum in ſaracenis conuertendis impendebatur, vt con-

Profectus ſociorum S. Franc.

Mittuntur ad diuerſos infideles.

Ad Georgianos, &c.

conſtat ex literis præfati Pontificis, quæ incipiunt, *Cũ meſſis multa*. *Datis 6. Idus Aprilis Pontif. ann. 7.*

Fructus animarum impeditus.

VII Verùm moto poſtea à Chriſtianis infœlici bello contra ſaracenos, & fructu animarum per hoc impedito: Hæc miſſio ceſſauit, donec *Innoc. IV.* iterum humanis mediis deficientibus ad prædicationem euangelii renouandam recurrit, vt, qui armis ſubdi non poſſent, diuinæ gratiæ virtute ad Dei cognitionem compellerentur. Vnde anno 1244. iterum ad Fratres Minores Bullam Apoſtolicam dedit, qua illos ad ſaracenorum, & infidelium terras auctis facultatibus dirigebat. Data erat Bulla *Ianuæ 4 Non. Octobris Pontif. anno 2.* Anno iterum ſequenti 1245. miſit *Fratrē Laurentium de Portugal* cum ſociis plurimis ad Regem, & populum Tartarorum. De quibus hoc teſtimonium Pontifex præſtat.

Ad Tartaros.

Laudatur Regularis Obſeruantia.

Minoritas, ait, *Fratres, quos tamquam diu ſub Obſeruantia Regulari probatos, & plenè in ſcripturis ſacris inſtructos, inter alios præelegimus, quia vtiliores vobis fore credimus, tamquam Saluatoris noſtri humilitatem ſectantes, ad vos duximus tranſmittendos*, &c. Quantæ verò vtilitatis hæc miſſio fuerit, accipe ex verbis fidelis ſcriptoris *Hieronymi Plati* l. 2. c. 30. vbi de Fratribus Minoribus ſupradictis. *Iidem*, ait, *ad Tartaros ab Innoc. IV. miſſi ad ann. 1245. quo tempore cum magnus hominum numerus Euangelium admiſiſſet, paulò poſt multò plures operarij deſtinati Monaſteria multa inſtituta, denique res Chriſtiana feliciter prorſus adminiſtrata eſt.*

Hieron. Plati teſtimonium.

VIII Quæ quidem res eò à Fratribus Minoribus perducta eſt, vt ad ann. 1245. multi Principes, & Reges in Tartaria fidem Catholicam reciperent; inter quos (teſte S. Antonino tit. 19. c. 8. § 21.) *Magnus Cham* ſupremus Tartarorum Dominator cum alijs Dynaſtis inferioribus ad Chriſti fidem cōuerſus eſt, & quidam *Satach* Rex, ad quem congratulatorias de ſua fide ſcripſit *S. Ludouicus* Gallorum Rex, quas referunt Annales ad præfatum an. 1254. n. 44.

Magnus Chā cum aliis cōuerſus.

IX Verùm quò fecundior meſſis, & ager fructuoſior, eò maiori ſollicitudine, & laboribus excoli debuit, illum inimico omnis boni miris tempeſtatibus, euentibuſque exagitante. Hinc ſanguine Martyrum plurimorum ex Ordin. Fratrum Minorum irrigari, & irrorari, ac hyeme perſecutionum Charitas Chriſtianorum decoqui debuit. Tantam autem frugem poſtea Fratres Minores in imperio Tartarorum ampliſſimo fecerunt, vt ad ann. 1274. primo ſub Ioanne XX. dein ſub Nicolao III. ſucceſſore *Abagha* Orientalium Tartarorum Rex, & *Quolibey* Magni Chami Imperatoris Auunculi ſui (qui vterq; chriſtianam fidem receperat) ſuo nomine mitteret Legatos Romam, vt operarios nouos Romanus Pontifex deſtinaret ad populi totius imperii Tartarorum conuerſionem, &

Item Abagha & Quolibey.

ad

ad Baptiſmum tam filios, quam populos ſibi ſubditos intingẽdos: Ad quos Pōtifex Nicolaus III. miſit cum grauiſſimis epiſtolis(quę habentur in Regeſt. Vaticano n.13.)ſequentes Fratres his verbis ad *Abagham* Regem ſcribens.

Pro tua (inquit) *& prædicti Quolibey Magni Chami Imperatoris, & moderatoris omnium Tartarorum illuſtris auunculi tui (qui iamdudum fuiſſe aſſeritur baptizatus) filiorum, populiq; ſui, tua populique tui procuranda ſalute, ſeruitutis noſtræ debitum exſoluentes Fr. Gerardum de Prato, Antonium de Parma, Ioannem de S. Agatha, Andream de Florentia, & Matthæum de Aretio Ordin. Minorum, viros religione conſpicuos, honeſtate vitæ pudicos, morum claritate decoros, & S. Scripturæ ſcientia præditos: Vt tu filij tui, populique ipſum Dominum Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum ſalutaribus eorum eruditionibus agnoſcendo, & ab eis illi ex vobis, qui nullum hactenus baptiſmum, vel non in forma debita receperunt.* In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, amen; *authoritate noſtra ſecundum ritum, quem in hoc eadem ſeruat Eccleſia Chriſti baptiſmate baptizati, nomen ſuum glorioſum, quod eſt ſuper omne nomen Chriſtianæ fidei obſeruatione colatis, de Fratrum noſtrorum conſilio duximus deſtinandos, &c. Datæ erant literæ Romæ apud S. Petrum Kal. Octob. ann. 1.* Cuius ſimiles in eod. regeſt. nu. 14. reperiuntur directæ ad prefatum Quolibey Magnum Chamum, & num. 15. ad Fratres ſupranominatos ad Tartaros miſſos; quos ſecuti ſunt plures ex Ordine ob nimiam Chriſtianæ fidei meſſem, quę in illis locis apparebat.

Literæ pōtificiæ ad Tartar. Imp.

Miſſionarii Minoritæ laudati.

X Porrò dum fideliter operarii laborant cum Regibus, & Dynaſtis, immiſſiones fiunt per Angelos malos, Deo ſic permittente: Princeps enim Tartariæ nomine *Tangodomor*, *Germanus* Frater *Abaghæ* Regis in Aſia Maiori (de quo ſupra) occiſo fratre ſuo *Abagha* reiecta fide Chriſtianorum, quam ſimul cum Baptiſmo ſuſceperat in iuuentute, ad ann. 1282. dilatato dominio, fidem ſimul, & pietatem exuit, & amplexus fidem Saracenorum, *Nicolai* nomen (quo in baptiſmo inſignitus fuerat) in nomen *Mahometi* cōmutauit, deinceps vocatus Mahomet; & duobus annis, quibus ſuperuixit Chriſtianos Tartaros crudeliſſimè perſecutus eſt; ſpecialiter autem Religioſos, ex quibus Ordinis Minorum Fratres martyrio affecti, quorum capita incredibili inhumanitate Saraceni excoriabant: Donec afflictionis populi miſertus Dominus, & ſanguine Martyrum placatus, dictus *Mahomet Tangodomor* à proprio Nepote *Argone*, filio *Abaghæ* Regis Chriſtianorum amico occideretur, & res Chriſtianorum in Tartaria multo incremento, procurante dicto *Argone* refloruerunt. Ipſis enim opera factum eſt, vt & Templa Chriſtianorum à Patruo ſuo deſtructa reædificarentur,

Tāgodomor à fide deficit, & perſequitur Chriſtianos.

Occiditur à Nepote, & fides incremētum ſumit.

rentur, Saracenorum delubra ſolo æquarentur, & omnes Mahometani ab vniuerſo Tartarorum, & *Argonis* dominio exulare cogerentur, vt Chriſto, & Chriſtianis in pace fieret locus iſte: Ipſo *Argone* baptizato, ac Regnis *Tuchtaua, & Elegage*, vt conſtat ex epiſtolis cameralibus in Regeſto Vaticano num. 12. 16. & 17. in quibus ſtudia, & labores Fratrum Minorum mirum in modum commendantur.

XI Nec hic fuit finis: Nam in vaſtiſſimo Imperio Tartarorum alii iterum Fratres Minores ad ann. 1296. ſunt miſſi. Inter quos mirè fructificauit *F. Ioannes à Monte Coruino*, qui indefeſsè tam per pueros, quos Baptiſmo renatos ſacris inbuebat, quam per alios induſtrios laborans, tandem ad ann. 1310. *Magnum Cham* Tartarorum, qui tunc imperabat cum matre ad catholicam fidem perduxit; propter quem Imperator in baptiſmo *Ioannes* appellari voluit, & pauló poſt ex hac vita migrans, in Conuentu Fratrum Minorum ſolemni ritu tumulatus eſt: cuius corpus, cum ob ingruentia bella à Fratribus fugientibus, poſt triginta annos exhumatum transferretur in Ciuitatem *Saray*, inuentum eſt ita integrum, & incorruptum cum veſtibus, & puluinari, ſuper quo caput recumbebat, ac ſi eadem die ſepultum fuiſſet. In quo loco *Saray* etiam iacebat *Catbogonti* frater Imperatoris Tartarorum à Fratribus Minoribus conuerſus, miraculis clarus.

Magn. Cham Ioannes cum matre conuertitur.

Eius corpus poſt 30. annos incorruptum.

Tanta autem fuit vbertas meſſis in Tartaria tempore *Fr. Ioannis de Monte Coruino*, vt quantumuis Pontifex illum *Cambalienſem* (quæ erat vna ex præcipuis Ciuitatibus) *Archiepiſcopum* conſtituiſſet, cum poteſtate ordinandi ſibi ex fratribus Suffraganeos ſufficientes, nihilominus continuè ipſi deberent ſubmitti fratres in auxilium. Tantuſque fuit viri feruor, vt (teſte *B. Odorico Nano* de Foro Iulio, qui Tartariam poſtea peragrauit) ipſius vnius *Fratris Ioannis de Monte Coruino* opera in ſola Tartaria pluſquam triginta millia Saracenorum ad fidem Chriſti conuerſa ſint. Cuius mors ſummam cauſauit in populo illo triſtitiam, qua commotus Imperator Tartarorum ad ann. 1338. iteratò deſtinauit Legatos ad Pontificem *Benedictum XII.* quatenus ſibi Fratres Minores mitteret, qui Ioannis à Monte Coruino vigilantiam reſumerent.

Yoan. de Monte Coruino in Tartaria.

XII Nec aliæ partes Aſiæ ſuis operariis ex hoc Ordine caruerunt, nam in Perſidem, & omnes Orientales regiones prædicatio eorum penetrauit; & vt breuitatis gratia ex vno cætera intueamur; clara eſt, & orbi notiſſima *B. Odorici* ex Portu Naono Foro Iulienſis peregrinatio, qua ſexdecim annorum ſpatio totum ferè Orbem peragrabit, & ad Indos, qui Aſiæ adiacent, & ad Iappones, ac Magnum OKanum perueniens vltra viginti millia paganorum, & infidelium Chriſto peperit; & baptiſmate renatos, Eccleſiæ adnexit.

B. Odorici Naoni peregrinatio, & labor in conuerſione infidelium.

nexit. Nec in hanc horam defuerunt operarij ex Ordine Minorum in Aſia laborantes, in qua *ſex* adhuc pro tempore diuerſas *miſſiones* fixas Ordo poſſidet. Inter quas notiſſima eſt illa, quæ Sanctam Ciuitatem Hieruſalem, & loca ipſi annexa complectitur, vbi Fratres Minores miros fructus faciunt, quibus alibi ſuo loco. Et ad Aſiam quidem pertinent *India illæ Orientales*, quas Fratres Minores primi occupauerunt.

Africa monſtruoſiſſima, ingenſque Mundi Pars, Faciei Leonis, cui & ſex Seraphim alæ, Hierarchia noſtra ſe à principio exhibuit.

I QVas incolunt Africæ habitatores, quorum ſumma cẽtum, & amplius milliones complectitur, ſunt Aegyptus, Cyrenaica, Africa minor, ſeu propriè dicta Troglodytæ, Garamantes, Numidia, Mauritania, Getulia, Lybia interior, Arabia, Troglodyta, & Aethiopia. Plera autem Africæ inculta, & aut arenis ſterilibus obducta, aut ob ſitim Cæli, terrarumque deſerta ſunt, aut infeſtantur multo ac malefico genere animalium. In vniuerſum vaſta eſt magis, quàm frequens hominibus, etſi Draconibus, Serpentibus, Elephantibus, Leonibus, quibus Regio propria frequentiſſima.

Africæ regiones principaliores.

II Oſtendens ſe Africa humanæ ſimul, & Leoninæ faciei Hierarchiæ noſtræ, Leones euangelicos, & Apoſtolicos, quos *Leo de Tribu Iuda* pepererat, miſit ad ſuos Leones, veluti Agnos in medio Luporum, dicens eis Chriſtus per os Franciſci: *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum*, Matth. cap. 10. Ad portenta humana, in Africa potiſſimum effera, & indomabilia, talia gratiæ portenta mittenda erant. Vnde legit Breuiarium Franciſcanum in officio SS. Martyrum Marochi ex Homil. 34 operis imperfecti Chriſoſtomi ſuper Matth. 10. perpendens duo; primum, *Ecce ego mitto vos*; ſecundum, *in medio luporum*, comparanſq; in hac miſſione Apoſtolorum miſſionem Apoſtolicorum virorum B. Franciſci miſſioni, dum monſtra Africana inſueta forma bellandi vincerent, ac ſuperarent.

Portenta Seraphica ad Africana portenta mittẽda erant.

Inexpugnabilem virtutem ſuam oſtendens Dominus, quamuis Apoſtoli aduerſus lupos eſſent ituri, nec ſimpliciter aduerſus lupos, ſed in medio luporum, omnem tamen manſuetudinem eos habere iubet, nec id ſolum, ſed columbæ quoque ſimplicitatem. Sic enim virtus eius maximè patere poteſt, ſi lupi ſuperentur ab ouibus: quæ cum in medio luporum ſint, & hinc, atque illinc eorum morſibus lacerentur, non modo deficiant, ſed lupi in naturam ouium transmutentur. Maius certè, atque admirabilius eſt, mentem, atque animum aduerſariorum commutare, quam gladio ipſos ſuperare.

Victoria Agnorum de lupis.

Tranſmutatio luporum in agnorum natura.

Tu autem (ſequitur poſt nonnulla alia) *& iam diligenter conſidera, qui ſunt, qui hac ardua, & laborioſa audiant: formidoloſi videlicet, & indocti, illiterati, rudes, obſcuri quidam homines, & ignoti, qui nunquam Philoſophorum perceperunt inſtituta, nunquam in forum deſcenderunt, piſcatores, & publicani, multis repleti rebus, qua iure animos eorum poſſent deijcere. Nam ſi magnos, & claros viros tanta difficultas rerum potuiſſet commouere, quomodo nō potuiſſet imperitos homines, quibus nullius rei magna aliquid venit in mentem? Sed non defecit, neque turbauit. Qua autem in omnibus his erat conſolatio? Sola mittentis virtus: quocirca ita ſignanter incepit: Ecce ego mitto vos.*

III Et ſi Sanctus Pater Franciſcus ann.1213. martyrij deſiderio flagrans, fruſtra iter attentarit *Marochium*, infirmitate corporis in Hiſpania impeditus, ne vlterius progrederetur: eo ipſo tamen tempore, quo iter in Syriam aggreſſus eſt, quinque primos Fratres *Berardum*, *Petrum*, *Accurſium*, *Adiutum*, *& Ottonem* ad Miramolini Regnum *Marochium* miſit, qui ad ann. 1220. primo ſanguinis Franciſcani irriguo terram illam irrorarunt ad fruges futuras. Quam irrigationem anno ſequenti proſequuti ſunt alij ſeptem *Daniel*, *Angelus*, *Samuel*, *Donulus*, *Leo*, *Vgolinus*, atque *Nicolaus* apud Septam Saracenorum vrbem, vt fertilior Domini ager redderetur. Inualuit enim poſtea meſſis vberrima Fratribus Minoribus deſudantibus, & primorum ſanguis martyrum inſignes reddidit manipulos.

SS. Primi martyres Fratrū Minorum.

7. Martyre.

IV. Nam (vt ex Surio referunt Annales) eo ipſo anno, quo primitiæ martyrum in Cælum illatæ ſunt, tanta peſte, & ſterilitate Regnum *Miramolini* Marochiorum Regis, Deo ſic miſericorditer iudicante, attritum fuit, vt maxima pars gentis illius morte extingueretur: Nec ira Dei Regi pepercit, cuius brachium, & latus dextrum, eo ipſo anno, quo martyres interfecerat vſque ad pedes penitus exaruit: Qua plaga territi Saraceni glomeratim ad Martyrum ſepulchrum veniam petituri concurrebant, donec Deus & peſtilentiæ plagam remitteret, & copioſo imbre terram ad priorem fœcunditatem reſtitueret. Quo miraculo Rex commotus in Chriſtianos affectu beneuolo totus inclinatus, publico Edicto permiſit, vt Chriſtiani publicè ſuæ fidei exercitia celebrarent, & Catholicum Antiſtitem (modò ex Ordine Fratrum Minorum eſſet) haberent, & Romano ritu ſibi Eccleſiam conſtruerent, prout factum eſt. Nam Frater Agnellus, ſiue Agnus ſub *Gregorio Nono* Epiſcopus Marochitarum conſtitutus eſt; quo mortuo ad an. 1246. *Innocentius Quartus* ſucceſſorem nominauit *Fr. Lupum Ferdinandum Dain* eiuſdem Ordinis.

Saraceni poſt necem martyrum variè afflicti afficiuntur chriſtianis.

Maroch. miſſi Epiſcopi ex Minorib.

V. Quanta verò Chriſtiana fides incrementa in illo Regno per

Fratres

Fratres Minores ſuſceperit, conſtat ex epiſtolis *Innocentij* tam ad diœceſanos iſtius Epiſcopatus, quam ad Regem Marochitarum, in qua Pontifex gratias agit Regi, quod Catholicorum Principum, ac prædeceſſorum ſuorum imitando veſtigia, qui Marochitanam Eccleſiam multis libertatis priuilegijs munierant, plurimorumque bonorum largitioni dotarant, *Non ſolum*, ait, *à conatibus, & morſibus malignorum, & contrariorum chriſtianæ fidei defendiſti, ſed munificentia tua eidem immunitates, & libertates non modicas contemplationi Diuini nominis dextera contulit liberali, & Chriſtianos in terram tuã per dictos prædeceſſores tuos introductos extuliſti præſidijs, & fouiſti beneficijs opportunis, &c.* Vbi & exhortatur illud ad fidem catholicam.

Ibi Incremẽta fidei per Minores.

VI Hoc porrò anno 1246. Pontifex ſolemnem inſtituit ex FF. Minoribus miſſionem in *Africam* totam: & ſcriptis literis ad *Regem Tunetanum, Regem Cepta, & Regem Bugiæ*, commendat illis fratres Minores, quos ad prædicandam fidem mittebat. Tantaq; fuit ſpes meſſis, vt etiam datis litteris ad Epiſcopos, & fideles per maritimam Hiſpaniæ conſtitutos, illis mandauerit, vt fratribus Minoribus in *Africa* laborantibus omne ſubſidium præſtarent. Vide Annales ad annum ſupradictum.

Miſſio Fratr. Min. in totã Africam.

VII Huc autẽ referenda eſt conuerſio *Zeytabuceit* Regis Maurorum, qui dum duos fratres Minores ei euangelium Chriſti prędicantes iuſſiſſet occidi: Illi ad martyrium condemnati, oratione ad Chriſtum præmiſſa obtinuerunt, vt ſuo tempore Rex ille conuerteretur; quod ſicut martyres prædixerunt ad ann. 1238. euenit ſub Iacobo Aragoniæ Rege: Tunc enim Maurus ille Rex baptiſmum à fratribus Minoribus ſuſcipiens, illis palatium ſuum ad ędificandum Conuentum concepit. Celebris etiam fuit miſſio, & ingreſſus fratrum Minorum in Regnum del *Congo* in Africa, tempore quo Sereniſſimus Rex Portugalliæ *Ioannes II.* illud Regnum detexit, quod plurimi ex fratribus Minoribus ſtatim ingreſſi, Regi, Reginæque Sanctum Ieſu Chriſti Euangelium annunciarunt, tanta vi ſpiritus, vt & Rex, & Regina ad fidem conuerſi, ambo ſacræ baptiſmatis vnda miniſterio fratrum Minorum renaſcerentur, Regi *Ioannis*, Reginæ *Elionora* nominibus impoſitis. Quos ad veram fidem, & ſacrum baptiſma ſecuti ſunt filius ipſe Regis, & Dynaſtę, ac vaſſalli Regis innumeri. Fuitque tantus zelus Regis, vt Fratrum Minorum directione, vniuerſa in ſuo Regno Idolorum delubra, ac ipſa Idola deijci, & igne cremari curauerit, Eccleſiis in veri Dei honorem vbique extructis. Diffudit porrò ſe eodem tempore, eodemque Fratrum miniſterio apud *Mazambiquium*, Arigolam, & Caput Viride, fides catholica plurimis infidelibus cõuerſis, & Conuentibus fratr. Minorum in locis illis multiplicatis.

Regis Maurorum cõuerſio prædicitur à Fratrib. Minor. quos occidit.

Miſſio Fratr. Min. ad Regnũ del Congo.

Rex, & Regina del Congo conuerſtur.

Nec

Nec hucuſque deſuat fructus laborum filiorum S. Franciſci in *Africa* circa infideles, cum & ibidem ad hunc vſque diem Ordo *quindecim miſſiones* conſeruet, & in illis operetur.

Miſſiones Africanæ.

Europa nobilior Mundi Pars, Faciei Bouis Hierarchiæ Franciſcanæ, ſex quoque alas habentis, primarium obiectum extitit.

I BOs apud Perſas, facie Leonina depictus, ferocitatis, & fortitudinis ſymbolum fuit. Bos verò ille, quem Propheta Ezechiel cap. 10. vidit mutatum in Cherubim ſapientiam Apoſtolicam, quæ ferox eſt, & fortis aduerſus Satan, & eius ſectatores pro hieroglifico ſe præſeferebat. Interpres noſter ſer. 8. de Apoſtolis ſuper illud *Matthæi* 11. *Tollite iugum meum ſuper vos*, ſeptem argumentis, iuxta ſeptem comparationes ad Boues, totam vitam Apoſtolicam declarat, quam Christus B. Franciſco, & filiis ſuis in Eccleſia ab eo reparanda (cuius ortus, educatio, vita, & mors in Europa) mirabili modo immediatè tranſtulit. Et Dom. 3. in Quadrag. ſeptem Bobus pulchris, & craſſis, ſeptem dona Spiritus Sancti comparat, illis verbis: *Hæc dona dicuntur Boues pulchræ, & craſſæ propter morum plenitudinem, & virtutum fœcunditatem, quas illi, ſuper quem requieſcunt, conferunt.*

Bos ſub facie Leonina, & Cherubica.

Septem dona Spiritus S. 7. bobus comparata.

II Alatus ſeraphicis pannis myſticus Bos, nimirum Franciſcus cum ſuis ſociis faciem bouinam, ſcilicet apoſtolicam Spiritus Sancti muneribus plenam, Europæ ſuæ ab ortu vſq; ad obitum oſtendit. Sub horum Bouum Seraphicorum cultura, quam fertilis euaſerit eccleſia, quæ adeò ſterilis in Europa erat, iam omnibus notum eſt. De Europa, in frugibus animarum circa infideles à fratribus *Minoribus* collectis, cum tam manifeſtæ ſint, immorari inutile eſſet. Ex multis igitur pauca accipe. Ad annum quidem 1366. *Ludouicus Hungariæ Rex*, dum *Bulgariam*, & finitimas regiones infidelium barbaris, ritibus, & præſtigijs infectas obtinuiſſet; *Deſtinatis* (inquit Hieronymus Platus ſupra) *ad illas octo Frãciſcanis, non pluribus diebus, quam quinquaginta, ducenta millia hominum ad Chriſtum adduxerunt.* Quo ſucceſſu impulſus Rex optimus ad Ordinis Generalem diligenter ſcripſit, vt bis mille fratres ad ſe mitteret, quoniam nulli defuturum erat opus.

Fr. Min. quid fecerint in Bulgariam.

III Solemnis etiam fuit ad ann. 1386. gentis *Lithuanorum* conuerſio: præeunte *Iagello* Principe, Ducis Lithuaniæ filio, qui *Heduigem* filiam *Ludouici* Hungariæ, & Poloniæ Regis duxerat in vxorem. Hic enim Iagello cum octo fratribus germanis, ſacris chriſtianorum miſteriis, & baptiſmate initiatus, accepto nomine *Vladiſlai* gentem Lithuanicam ab errorum, & idolatriæ tenebris expur-

Q. 11 in Lithuania

expurgare volens, præmiſit aliquos fratres *M*inores idiomatis Lithuanici gnaros, quos ipſe cum plurimis viris eccleſiaſticis, & Principibus, ac Ducibus, anno ſequenti inſecutus eſt. In hac verò profectione, tanta fuit fidei catholicæ virtus, vt extincto igne, quem pro Deo, & Numine colebant, ſuccisis ſiluis, & lucis, in quibus idolatriam exercebant; ſerpentibus quoque occiſis, quos honorabant, tota ferè gens ad baptiſmum concurreret.

IV Cumque immenſus eſſet labor rationi multitudinis baptizandorum, nec poſſet quilibet ſigillatim baptizari, iubente Rege, multitudo illa in turbas, & cuneos certos diuiſa eſt, & ſequeſtrata; & cuilibet turmæ ſufficienter aqua per aſperſionem miniſtrata baptizati ſunt omnes; & quidem *Primæ turmæ* virorum datum eſt nomen *Petrus*: Secundæ *Paulus*: Tertiæ *Ioannes*, & ſic de cæteris; fœminis autẽ per turmas diuiſis nomen *Maria*, *Catharina*, &c. Quibus præpoſitus eſt primus Epiſcop. *F. Andraas Vazilo* nobilis Polonus ex Ordine *M*inorum aſſumptus. Cuius meſſis reliquias ad ann. 1410. recollegit *Ioannes à Polonia*, dictus *Paruus*, qui apud Lithuanos, & Ruthenos, ac Tartaros prædicans, viginti quinque millia iterum Christo adſcripſit, & pro multiplicatione operariorum ad reſiduam meſſem Romam venit. Nota. Qualiter baptizandi multi ſimul.

V Nec minora operatus eſt *B. Ioãnes Capiſtranus* circa Hungaros (qui referente *Hieronymo Plato* ſupra) ad an. 1450. vna excurſione duodecim infidelium millia Eccleſiæ aggregauit.

America Quarta Pars Orbis, quæ & Mundus nouus
Faciei Aquilæ Franciſcanæ prius detecta,
Europæis deinde patuit.

I FRanciſcana cognitio, ac peritia, eleuata velut Aquila ad notitiam multarum rerum, tam diuinarum, quam humanarum, niſi Chriſtophori Columbi confirmaret argumenta circa habitatores extra Aſiam, Africam, Europam, nequaquam nouus Orbis Europæis pateret. Nec ſolam notitiam præſtauere Franciſcani in hoc tam arduo negotio, eximendo ab omni fatuitatis, atque amentiæ cenſura Columbum, ſuamque ſententiam veluti veram, ac ſolidam defendendo, & magnis viris, vt eam ceu talem amplecterentur, ipſam ſuadendo, verum etiam & opera præſtauerunt apud Reges Aragoniæ, & Caſtiliarum Ferdinandum Catholicum, & Reginam Iſabellam, vt alias ſcripſimus. Hæc primitas in iſta re quoad detectionem aliam intulit primitatem reſpectu Franciſcanorum quoad eorum miſſionem, vt nunc breui adnotabimus, etſi ſuperius demonſtratum ſit, licet ſub alia forma. Vide hoc idẽ argumentum ſuperius, vbi de ſubolibus

Americæ vniuerſę primarios operarios à Deo reſeruatos ad culturam

turam

FF. Min. primi in America euangelizauerunt.

ram fidei fuiſſe fratres *Minores*, omnes hiſtoriæ, & rei ſucceſſus teſtantur. Illi primi fuerunt, qui ſemine euangelii eos imbuerunt: Illi qui Chriſti vineam primi plantauerunt, & ſanguine martyrii irrigarunt: quorum laboribus tanta incrementa dedit Deus, vt *Orbis nouus* antiquum *Terrarum Orbem* floribus, fructibus, & omnium ſpiritualium chariſmatum copia ſuperaſſe videretur: multiplicatis poſtmodum ex omni Regularium Ordine cooperatoribus.

Primi in Indiis occidentalibus.

II Superfluum hic eſſet Nomenclaturam texere primorum operariorum, qui Dei agriculturæ in Indiis Occidentalibus manum adhibuerunt. Et quidem Prouinciarum Hiſpaniæ patribus primus acceſſus, ingreſſuſque debetur: Hi enim primo, vt Deo propitio, via ad Occiduos Indos pararetur, *Inſulas ſeptem*, quas *Fortunatas vocant*, & à fertilitate Cannarum, *Canarias*, ante ann. Dom. 1450. ingreſſi ſunt, inſulas illas fidei chriſtianæ primordiis conſecraturi. Inter quos plrimum laborauit *S. Didacus*: Hi *Chriſtophoro Columbo* iter, ac occiduas Indias meditanti, conſilio primum, & auxilio adfuerunt. Hi cum illo profecti ad ann. 1453. ad illas transfrerarunt, & prima quidem ſemine Euangelii ita ſparſerunt, vt variis poſtmodum miſſionibus excreſcentes, velut apes mella colligentes communi agmine ſemper vniuerſa illa regna, & regiones diffundentes, eaſque perluſtrantes, iam ad ann. 1531.

Archiep. Mexicani literæ.

(vt ſcribit primus illuſtriſſimus Archiepiſcopus Mexicanus *Ioannes à Zumaraga* in epiſ. ad Capit. Generale Tholoſanum) Dei gratia Religioſorum Diui Franciſci Regularis Obſeruantiæ manibus pluſquam *decies centum millia* baptizata eſſent, quingenta idolorum templa ſolo æquata, pluſquã *viginti millia* dæmonum ſimulachra ab his antea culta, confracta, & concremata, ac pleriſq; in locis fabricatæ eccleſiæ, atque oratoria erecta, &c.

Et mirandum quoddam ſubdit: *Et cum, inquit, in hac olim Mexicana Vrbe ſolerent pluſquam viginti millia corda puerorum, puellarumque quotannis in ſacrificijs offerri: Nunc humana corda illa vniuerſa non iam dæmoni, ſed Altiſſimo Deo innumerabilibus laudibus ſacrificijs Religioſorum noſtrorum doctrina, & miniſterio offeruntur, &c.* Conſulendus Surius ad ann. 1524. vbi latè de *B. P. F. Martino à Valentia* inter operarios, quos ſubminiſtrauit Hiſpania viro primate, plurima deducit.

Eo etiã miſſi Patres ex Flãdria.

III Sed nec ſolis Hiſpanis Patribus etiam ab initio hæ miſſiones ceſſerunt, cum & Patres Belgæ non modicam operam in *Americæ* conuerſionem præſtiterint. Nam ad ann. 1523. à *Carolo V.* vnà cum *Ferdinando Corteſio* ex Franciſcanis miſſi ſunt tres ex Prouin. Flandriæ à Conuentu Brugenſi aſſumpti, quorum primus fuit *P. Ioannes de Tecto* quondam Guardianus Brugenſis, & Gadenſis, *P. Ioannes de Aora*, vterq; Concionator eximius, & *F. Pe-*

Qui.

trus

trus de Mura à Gandauo, ſiue *de Gand* nuncupatus, eo quod ex metropoli Flandriæ Ciuitate Gadenſi eſſet oriundus, qui ſinguli infinitos penè infideles Chriſto pepererunt. Quanta ibi fecerint.

Excelluit tamen, Deo dante, verbum euangelizanti virtute multa, & ex ore ſimplicis laici laudem ſuam perficiente, *F. Petrus de Gand*, qui ore, verbo, & opere totus in opus, ad quod deſtinatus erat impenſus in eo quinquaginta annis impletis conſumatus eſt. Officium eius fuit (vt ipſe teſtatur in epiſt. ſua ad Belgas ann. 1529 *menſis Iunij* 27. *ſcripta*) docere, & prædicare noctes, & dies: Et in die quidem docebat legere, ſcribere, & cantare: Nocte autem tum doctrina chriſtiana, tum catechiſmi, tum concionibus Indos imbuebat. Ipſi enim fratres in domibus ſuis, vel ad ſuos muros, filios nobilium, Principum, & Magnatum retinebant, vt eos erudirent: foris autem in vicinia ſcholas velut collegia habebant: & ipſe *F. Petrus* pluſquam quingentorum puerorum curam gerebat, quibus ad fidem annunciandam per totam terram interdum aut viginti, aut triginta milliaria vtebatur. Quæ eorum officia.

IV Tantus porrò fuit fructus, quem *F. Petrus de Gand* Belga in illius regni incolis fecit, vt frequenter cum ſocio quatuordecim millia, interdum decem, aliquando octo millia vna die baptizarit: de quo dicere ſolebat *Illuſtriſſimus D. Alphonſus de Montular* ex Ordine Prædicatorum ſecundus Archiepiſcopus Mexicanus: *Non ego Mexici Archiepiſcopus ſum, ſed Fr. Petrus de Gandauo laicus Ordinis S. Franciſci*. In fratris verò laici humilitate, ſiue laicatu Deo ſic diſponente pius vir conſummare opus ſuum, & conſumi voluit (& ſi *à Paulo III.* Papa tunc ad *Carolum V.* Nuntii Apoſtolici munus agente, & à *Vincentio Lunello* Generali Miniſtro, ac ipſo Imperatore peteretur ad Sacerdotium) vt diuini nominis gloria magis exaltaretur, qui per piſcatores, & ſimplices homines orbem primò conuertit. De Fr. Petro Belga.

V Nec inter operarios Americæ obliuioni tradi debet *F. Iudocus* ſiue *Iuſtus de RycKe* Belga, natiuitate Meclinienſis, patre *Iudoco de Ry Ke*, matre *Ioanna de Merſalare*, Ordinem S. Franciſci in Conuentu Gandenſi Prou. Flandriæ profeſſus, qui cum inter primos regnum *Peruanum* eſſet ingreſſus, in Ciuitate Regali de *Quinto*, vt primus Apoſtolus *Peruani* Regni fundator, & Guardianus primi Conuentus illius Ciuitatis fuit: à cuius regimine, & Conuentu, cæteri Conuētus, & Cuſtodiæ in Regno *Peruano* principium ſumpſerunt. Huic ſocius indiuiduus erat *F. Petrus Groſſeal à Louanio* in Conuentu Brugenſi eiuſdem Prou. Flandriæ Religioni adſcriptus: quorum quanti fuerint labores, ſimul & fructus in conuerſione infidelium illius Regionis, quantaque meſſis, fidem faciunt literæ dicti Patris *de RycKe* ad Guardianum Gandenſem Iuſtus de RycKe Belga quid fecerit in regno Peruano.

ann. 1556. 12. Ianuarii datæ poſt viginti duos annos habitationis in præfato Conuentu S. Franciſci *de Quinto*. In cuius laudem extat in Archiuio Conuentus Gandenſis epigramma Belgico, & Hiſpanico idiomate compoſitum cum hoc Epigraphe ex Pſal. 111. *In memoria æterna erit iuſtus*.

FF. Min. primi in Indiis Orientalibus

VI Nec Orientales Indiæ (quæ etſi ad Aſiam maiorem pertineant, ex Indiarum communi nomine, & forte hic adiunctiuè cum America recenſentur) alios habuerunt in hac noui orbis conuerſione à principio Apoſtolos, quam fratres Minores, vt conſtat, ideſt in quatuor Franciſcanis martyribus ad ann. 1331. aliis 1322. apud *Tbanam* Orientales Indiæ Ciuitatem pro fide occiſis, multis annis antequam Luſitani illuc penetraſſent. Diſcoopertis autem regionibus, & illas penetrantibus Regibus Luſitaniæ; in prima nauigatione, quam Duce *Illuſtriſſimo Petro Aluarez Cabral* anno 1500. inſtruxerat ſereniſſimus Rex Luſitaniæ *Emanuel*, octo fratres Minores viri religioſi, & docti, anteſignano *P. Henrico à Conymbria* profecti ſunt, quorum feruens zelus in prædicatione Euangelii in hoc enituit; quod ſeptem ſocii martyrio coronatis, vnus ipſe brauium proſequens fundaméta prima *Cuſtodiæ* S. Thomæ in Orientali India iecerit; quamuis alii, tres tantum apud *Calicutum* Regis Samorini crudelitate extinctos aſſerant, cæteris quinque cum *Petro Aluarez* Cochinum peruenientibus.

Quanta ibi fecerint.

VII Alii autem ex eodem Ordine Minorum multiplicati ſucceſſiuè fuerunt per claſſes nouas, quas idem Rex *Emanuel* ad ann. 1502. & 1505. & 1510. inſtruxit, & ad Indias illas tranſmiſit: De quibus omnibus illuſtriſſimus Archiepiſcopus Cæſarienſis *Chriſtophorus à Capite fontium* aliquando Miniſter Generalis totius Ordinis: In Indias, ait, orientales, quæ hodie Regi Portugalliæ parent, primi, & ipſi Fratres Minores prædicandæ fidei cauſa longiſſima, & periculoſiſſima nauigatione traiecere, vbi multis ad fidem conuerſis populis, ædificatiſq; eccleſiis, & monaſteriis quamplurimis, multa regna, oppida, & prouincias, ac vrbes Chriſti Imperio ſubiugarunt.

VIII Quibus conſentit *Hieronymus Platus*, vbi enumeratis ijs Franciſcanis, qui in ſecunda nauigatione cum *Vaſco de Gama* profecti ſunt in Indias Orientales: *Ab his, ait, initijs, hic Ordo per eas Regiones diffuſus, multiplicatis breui tempore domicilijs, tredecim (vt ipſi vocant) Prouincias inſtituere, in quibus magnam chriſtianæ rei operam nauarunt, & adhuc nauant*, &c. Qui poſtea Patres Dominicanos recenſet ad ann. 1505. ad eaſdem Indias profectos; demum Patres Auguſtinianos, & poſtremò Patres Societatis præeunte *S. Franciſco Xauerio* ad ann. 1541. Quamuis P. Antonius Daca in ſuo Chronico 4. par. lib. 1. cap. 43. refert ſolos Fratres

Illos ibi ſecuti ſunt Dominicani, Auguſtiniani, & vltimò Ieſuitæ.

Minores totis triginta annis in iſtis orientalibus Indijs operam ſuam impendiſſe. Tantam verò meſſem fuiſſe tradit, vt in ſola *S.Thoma* Prouincia plurimis millibus infidelium conuerſis, idolis deiectis, centum & quinquaginta eccleſiæ pauco tempore erectæ fuerint. Et inter cæteras conuerſiones enituerit ſolemnis illa Imperatoris magnæ inſulæ *Ceilanæ* cum Imperatrice, & tota Curia facta per *F.Ioannem de Villa* Comitis ad ann. 1549. deſtructis omnibus idolorum templis. Quanta FF. Min. fecerint in inſula Ceilana.

IX In eadē inſula Ceilana baptizati à Fratribus fuerunt Rex, & Regina Terræ de *ſeptem Corlas* ad ann. 1558. Regina de *Beras* ad ann.1556. Rex *Thanorenſis* cum Regina, & duobus liberis, Rex *Canarum* cum ſeptuaginta millibus vaſſallorum: *Rex Candiæ* eiuſdem inſulæ cum Principe maiore natu, & Regina matre ad ann. 1594. In regno iterum *Infanapatenſi* ad ann.1613. hæres D. Conſtantinus in baptiſmo vocatus à *F. Ludouico à S. Didaco* ſacro fonte renatus eſt cum Regina matre, & duabus filiabus, qui Conſtantinus in prouincia S.Thomæ Ordinem D.Franciſci ingreſſus, magnus theologus, & concionator euaſit; ſorores duæ regulam S.Auguſtini in monaſterio S.Monicæ Goenſi ſunt profeſſæ. Denique in eodem regno Infanapatenſi ab an.1624 vſque ad ann.1627 per fratres Minores ſeptuaginta animarum millia fidem catholicam ſuſceperunt.

X Inſignes etiam manipulos meſſuiſſe *F.Petrum de Alpharo*, paſſim hiſtoriæ referunt, qui cum multis fratribus Diſcalceatis, ſiue Recollectis cum Luſitana claſſe ſoluens ad ann. 1575. electus eſt Cuſtos *Cuſtodiæ S.Gregorij* ad ann.1578. vſque ad inſulas Philippinas, iterum mare traijciens, Conuentum Manile extruxit, & poſtquam cum ſocijs idioma Indicum non ſine magno labore didiciſſet, bis centum quinquaginta millia infidelium nouem annorum ſpatio chriſtianæ fidei ſimul acquiſiuerunt. Quanta in inſulis Philippinis.

Cuius iterum zelus ardentiori igne accenſus illum cum tribus aliis fratribus in *China* regnum tranſtulit, quo feliciter appellens *Catonum Xanchanum, ac Macboam* ciuitates illuſtrauit. In qua poſtrema celeberrima, vbi Luſitani degebant eccleſiam multo eorum applauſu ædificantes, primas fruges fertili prædicatione infidelium cōuerſorum ad fidem, Deo in *China* regno primitias obtulerunt. Ita Gonſag.in Prou.S.Gregorii. Quanta in China.

X Nec Iapponia cultura fratrum Minorum caruit, ad quam Franciſcus à Montilla primus traiecit, qui primus in inſulis Philippinis, & orientalibus Indiis multa animarum millia Chriſto lucrifecit. Iapponicæ verò culturæ vbertatem manifeſtam, imò & illuſtrem reddidit B.Petrus Baptiſta Prou.S.Ioſeph Diſcalceatorū Alumnus, qui cum tribus ſociis Legatus pro conciliianda pace ad Iapponia. Quanta in

B Petri Baptiſtæ, & ſociorum eius in Iapponia miſſio.

Regë Iapponiæ Trycozama Quabacundano à Rege Hiſpaniarum miſſus, primò quidem animum infidelis Barbari ſibi, ſuiſque conciliauerat, & authoritate, ac munificentia regia conſtructis eccleſijs, monaſterijs, & hoſpitalibus, alijſque domicilijs, fidem publicè annunciabat, adultos chriſtiana doctrina imbuebat, & plurimos baptizabat. Verum excitata perſecutione, vt ager ille rore ſanguinis martyrum fœcundaretur, cum ſex Fratribus ſuis, & ſeptemdecim Tertiariis crucifixus, & lanceis confoſſus, illuſtre martyrium ſubiit ad ann.1597.

Eorum martyrium.

Quid ibidem fecerit Richardus à S. Anna.

XI Quos poſtea ſecuti ſunt alii, qui verbo, & exemplo Iapponiorum corda ita inflexerunt, vt ſexcenta millia eorum, qui nomen Chriſto dederunt numerus exceſſerit. Inter quos *Riccardus à S.Anna* in Prou.Flandriæ in Conuentu Niuellenſi fratrum *Minorum* Recollectorum profeſſus ex municipio de *Han. Sur. bure* Leodienſis ditionis, & diœcèſis, honeſtis parentibus oriundus, qui ad ann.1621. cum ſocijs *Petro Abulenſi, & Vincentio à Sancto Ioſeph* Prou.Sancti Ioſeph, & duobus Tertiariis *Leone, & Lucio de Freitas* Iapponenſibus in vincula coniecti Nagazachæ ad ann. 1622.lento igne, horrendo tormento conſumpti ſunt.

Extat epiſtola dicti *Patris Ricchardi à Sancta Anna*, quam ipſo tempore, quo ad ſupplicium cum ſociis deducendus erat, ſcripſit Guardiano Conuentus Niuellenſis Recollectorum: In qua conuerſionem admirabilem Iaponiorum refert, cum multitudine martyrum. Data erat epiſtola prima Septembris anno 1622. recepta à Patre Theodoro Girinaux Guardiano Niuellenſi ann.1625. in Archiuio eiuſdem Conuentus repoſita. Erant & aliæ duæ epiſtolæ priores; quarum altera data erat anno 1607. Aprilis decimaſeptima ad P. M. V. *Patrem Ioannem Engleberti* ſuum in Nouitiatu inſtructorem. Altera anno 1614. *Maij* ſecunda ad venerabilem Patrem *Iacobum de Gand* ſuum in Conuentu Niuellenſi Guardianum: quæ mores regionum illarum, & ſancta documenta continent, meritò opportunè prælo commendandæ.

CAPVT

CAPVT X.

Quadruplex Hierarchia Franciſcanæ facies ad quatuor nominum circa ſuos originem eodem ferè tempore inſpicit.

I SVNT iſta quatuor nomina: *Fratres Conuentuales. Fratres Eremitoriorum. Fratres de Familia. Fratres Regularis Obſeruantiæ.* Breui explicat omnia quatuor hæc nomina Vadingus tomo 4. ad ann. 1375. ſub num. 44. ita inquiens.

Quatuor peculiarum nuncupationum hoc tempore in Ordinem introductarum rationem, & cauſam explicare placebit. Ea ſunt *Fratres Conuentuales. Fratres Eremitoriorum. Fratres Familiæ. Fratres Regularis Obſeruantiæ.*

Non ab Innocentij IV. tempore Fratres dictos fuiſſe Conuentuales, ſed ab anno præfato 1375. Probat in 3. tomo ad ann. 1252. num. 23. vbi iſtã ſingillatim: Hoc anno renouauit Pontifex priuilegium aliud fratribus iam ante conceſſum Lugduni Nonis Aprilis, Pontif. ann. 7. quod nobis ſub illo tempore nequaquam occurrat. Conceſſit vt Eccleſiæ fratrum, vbi Conuentus ædificabatur, *Conuentuales* appellarentur; idque non alia de cauſa, quàm vt Monaſteria diſtinguerentur ab Eremitoriis, & poſſent fratres vti priuilegijs, & gratijs Eccleſiarum Conuentualium, aut Collegiatarum, & aliarum honorabilium Congregationum. Etenim in ipſo corpore iuris referuntur moleſtiæ, & grauamina, quæ ab Eccleſiarum Prælatis patiebantur (quibus occurrere voluerunt Gregorius IX. & ipſe hic Innocentius, vt ſuperius enarrauimus) inter quæ hæc numerantur, nimirum quod Euchariſtiam in Eccleſia ſua ſeruare non permittebantur, nec fratres defunctos ibidem humare, nec campanam habere, &c. quaſi illorum eccleſiæ, & loca eſſent priuata, neque authoritate Epiſcopi conſtructa.

Conceditur Minoritis, vt eorum Eccleſiæ dicantur Conuentuales

Cap. Nimis iniqua, de exceſſib. Prælatorum.

II Eccleſiæ autem Collegiatæ, ſiue Conuentuales oppoſitis, aliiſque multis priuilegiis in iure gaudebant, quæ per huius nominis adiectionem voluit Pontifex Minorum eccleſiis affigere. Eandem autem eſſe quoad hoc Eccleſiam *Collegiatam*, ac *Conuentualem* conſtat ex cap. *nobis fuit* de iure patron. vbi Gloſſa: *Conuentualis (inquit) Eccleſia dicitur, ex quo duo, vel tres in Collegio ſunt.* Atque in Conſtitutionibus Gulielmi Farinerii in Comitiis

De ſignificatione nominis Conuentualis.

Conſtit. Farinerii cap. 8.

Gene-

Generalibus Aſſiſii ann. Domini 1354. editis, quas *antiquas Ordinis* vocant, fit mentio locorum, ſeu domiciliorum Fratrum Conuentualium, & non Conuentualium. *In locis* (inquiunt) *Conuentualibus infra tres ad plus ſuum officium exequantur viſitatores*. Vbi ex diſtinctione apertus eſt ſenſus nominis *Conuentualis*, illudque accipi pro Collegio ſimul habitantium ſub communi ſorte viuendi, & in clauſtro. Atque in hac acceptione vſurpatum eſt vocabulum hoc ſemper inter noſtros, vt tandem frequenti vſu, & admiſſo apud omnes ſenſu idem ſignificarit nomen *Conuentualis*, quod *Clauſtralis*: quia viuebant ſimul in Collegio, Conuentu, aut Clauſtro. Idque videre eſt in multis Bullis Pontificiis, præſertim Iulii Secundi, *Cum multa, & graues*. Dat. ann. 1506. die 16. Iunii, in qua tanquam ſynonymis vtitur nominibus *Conuentualium*, & *Clauſtralium*.

Corrigitur Petrus Rodulphus.

III. Neſcio itaque quos alios ſenſus ex hoc verbo *Conuentualis* exurgere velit Petrus Rodulphus ad Congregationem ſuam Patrum Conuentualium, aliunde multis titulis illuſtrem, commendandam; ſed neque illum iam ſenſum, dum de his Patribus mentio, ex vulgi vſu retinuit. Atque in eo magis mihi erraſſe videtur, quod ſub anno 1212. ab ipſius exurgentis Religionis primordiis affixum hoc nomen affirmet ab Innocentio Quarto, idque ad ſupplicationem B.P.N. Franciſci, qui annis ſexdecim ante aſſumptionem Innocentii ad Pontificatum ex hac vita deceſſit. Hic etenim ad Pontificatum aſſumptus eſt anno 1243. 8. Kalend. Iulii: & Franciſcus deſiit eſſe in humanis ann. 1226. Quomodo ergo priuilegium hoc potuit Innocentius Quartus concedere ann. 1212. aut id ab eodem petere Franciſcus? Ipſum autem Diploma ex veteri noſtro regeſto miniſtramus; loco dumtaxat, & die mutato, ab illo quod exſcripſit Rodulphus.

Generali, & Prouincialibus Miniſtris, ac aliis Fratribus Ordinis Minorum, &c.

IV. [Cum tamquam veri, & fideles Chriſti miniſtri elargitis vobis in domo Domini manſiones, dignum eſſe credimus, vt habitacula veſtra inter alias honorabiles congregationes fidelium ſtatuamus. Hinc eſt igitur, quod veſtris ſupplicationibus inclinati, præſentium authoritate decernimus, vt Eccleſiæ veſtræ omnes vbi Conuentus exiſtunt *Conuentuales* vocentur: concedentes vobis nihilominus licentiam, vt in ipſis Eccleſiis ad opus Fratrum veſtrorum habere liberè cœmeteria valeatis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis infringere; vel ei auſu temerario contraire. *Si quis autem hoc attentare*

Lit. Apoſtol. Inn. IV. iam è viuis multo ante ſublatus B. Franc.

tentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Peruſij 12. *Kal.Septemb.Pontif.noſtri ann.*10.

V Introductum itaque id nomen, aſſerit Vadingus ad diſtinctionem illorum, qui ſub ductu religioſiſſimi viri *Fratris Pauli de Trincis*, vnde incepit Ordinis Reformatio, habitacula pauperrima, domos eremiculas, deſertas, paruas incolebant, vt propterea Fratres de Eremitorijs nuncuparentur. Illi verò qui manebant in Conuentibus amplis, & magnificis *Fratres Conuentuales* dicti ſunt. Aliquando & *Clauſtrales* denominati ab amplis, & conſpicuis clauſtris. Aſſertio Vadingi certi.

Paulò poſt defecit nomen Fratrum Eremitoriorum, dum tranſierint Fratres ad occupanda, & reformanda maiora, & ampliora Cœnobia Fratrum Conuentualium: dictique ſunt *de Familia* à peculiari inſtitutione, ex quo & peculiaris familia, vt ex literis Miniſtrorum Generalium, & Prouincialium ad Fratrem Paulum prædictum inclitum Religionis reformatorem conſtat. Nomen Regul. Obſeru. magis diffuſum, & maiori authoritatis.

Fratres *Regularis Obſeruantiæ* dicti longè poſt, ſumpſitque authoritatem vocabulum à Decreto Concilii Conſtantienſi, in quo ſub nomine iſtud vitæ genus maiorem ſumpſit firmitatem, & ad omnes diffuſum eſt nationes, atque paſſim vbique huius inſtituti Fratres nuncupantur. Hæc Vadingus. Rodulphus citatus ita declarat in ſpecie pro ſuis. *Statuit Pontifex, vt vbicumq; Conuentus, & Eccleſia Fratrum Minorum extiterint, Conuentuales vocentur, quod nomen hodie quoque à nobis retinetur, quaſi conformem animum ſignificans ad Regulam vnam, quam ſemper profeſſi ſunt, iuxta declarationes Summorum Pontificum.*

VI Ex iſtius Regulæ profeſſione, eo modo, quo ipſis Fratribus, & Patribus Conuentualibus decens eſt, ac neceſſarium, pendere debet conformitas rei ad nomen: Nomen enim ſine factis eſt titulus ſine re. Parum equidem refert nuncupationum diſtinctio, multum verò opera nuncupationibus æqua. Qui Fratres Conuentuales, ſiue Clauſtrales vocantur, qui de familia, qui Obſeruantes, qui aut Reformati, aut Recollecti, aut Diſcalceati obſeruent Regulam iuxtà ſingulorum declarationes, quas Romani Pontifices tradidere, & ſtatuta Ordinis, vt meritò ſimul conuenire valeant ad illius rei conformitatem, per quam veri filii, & imitatores B.Franciſci dici, & eſſe poſſint, & iuſtè coràm Deo, & hominibus de præcipuis nuncupationibus gloriari.

CAPVT

CAPVT. XI.

Item quatuor facies Hierarchiæ noſtræ quatuor alias Congregationes Apoſtolicas ſub iſto nomine Strictioris Obſeruantiæ comprehendit.

In quo conueniant hæ Congregationes.

REFORMATI in Italia, Recollecti in Gallia, & alibi, Diſcalceati in Hiſpania, & in vtriſque Indis idem ſunt, vt aliàs diximus, & ſub eodem Miniſtro Generali militant, licèt nomine tantum, & congregatione circa nonnulla accidentaria diſtinguantur. Congregatio Patrum Capuccinorum & ipſa quoque Miniſtrum Generalem totius Ordinis Minorum quantum ad præcedentiam, & reuerentiam cognoſcit; & quantum ad puram, & ſtrictiorem Regulæ obſeruantiam cum Religioſis Reformatis, Recollectis, Diſcalceatis conuenit, licèt corpore, & capite ab ipſis ſit diuiſa.

II Duo breuiter examinanda nunc veniunt, dum ad hęc quatuor obiecta quatuor Hierarchiæ noſtræ facies dirigimus. Primum erit nomen illud *Quatuor* ſubſtantiuum, quod multiplicitatem, & diuiſionem in Ordine noſtro ſubinfert. Secundum illud aliud adiunctiuum, ſeu adiectiuum *Apoſtolicas*, quod per correlatiuum Apoſtolorum originem indicat.

Qui parātheſim, ſeu oppoſitionem Zoilorum more agere ſolent ex prefata Congregationum, & Reformationum multiplicitate patere aſſerunt manifeſtam in Ordine noſtro, qui compluribus ſemper abundauit reformationibus, imperfectionem. Quod, ſi fides præbeatur Roderico part. 1. practic. Perfection. Tractat. 4. c. 20. his opus neque Carthuſianis, neque ſuæ Religioni minimè fuiſſe fateri conuincimur.

Argumentum Roderici.

Ad id dum reſponſum paramus, haud Actibodiceorum, ſeu Iuriſconſultorum rigidorum morem imitabimur, ſed vt rerum humanarum fert conditio maximè hominis, qui teſte Iob cap. 14. *nunquam in eodem ſtatu parmanet*. Religio Chriſtiana perfectiſſima eſt: quod ſi Chriſtiani pro humana fragilitate plerumq; à recto tramite deflectunt, ſiue etiam in varios lapſus ruunt, & ſepè iteratis vicibus reſurgunt, ad pœnitentiæ ſacramentum accedunt, nouaſque vires addunt, vt Chriſto puro corde, ac tota mente inſeruiant: numquid ideò imperfectiores cenſendi ſunt? minimè. Immò perfectiores etiam nonnunquam euadunt. Teſtis eſt S. Maria

Sed diluitur.

ria Magdalena, cui à Chriſto: *Remiſſa ſunt peccata multa: quoniam dilexit multum: cui autèm minus dimittitur, minus diligit*. Luc. 7. verſ. 28. Teſtes quoque illi aderunt, quorum meminit Saluator, dicens: *Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices praecedunt vos in Regnum Dei*. Matth. 21. verſ. 31. Teſtes Apoſtoli omnes, qui peccatores, & abſque culpa haud extiterunt, non ſolum ante Chriſti paſſionem, ſed & poſt aduentum Spiritus Sancti aliquid repræhenſibile repertum eſt in illis; vt Petro, Ioanne, cognom nto Marco, &c. Galat. 2. verſ. 11. & 12. Act. 15. verſ. 37. 38. Vnde S Leo Papa ſerm. 40. de Quadrag. rectè nos edocet de tanta huiuſmodi humanæ fragilitatis propenſione: cum tamen deberet homo ſuo Creatori inceſſabili animi affectu deſeruire, & continuata cordis reuerentia illum præ oculis habere. *Sed quia hæc fortitudo paucorum eſt; & dum carnis fragilitate auſterior obſeruantia relaxatur, dumque per varias actiones vitæ huius ſollicitudo diſtenditur, neceſſe eſt de mundano puluere etiam religioſa corda ſordeſcere: magna diuinæ inſtitutionis ſalubritate prouiſum eſt, vt ad reparandam mentium puritatem, quadraginta nobis exercitatio mederetur, &c.*

Magna virtus pœnitentiæ.

III Arbori pulcherrimæ comparatur Eccleſia (apud S. Bonau. cap. 3. vit. S. Franciſci) in cuius ſummitate Sedes Apoſtolica locata eſt: palmæ etiam, ſiue arbori aſſimilatur Religio Minoritana: ita ex multis Vadingus tom. 1. Annal. Minor. ad ann. 1210. §. 8. cuius rami aurei ſemper vireſcunt.

Eccl. arbori pulcherrimæ comparata. Religio noſtra palmæ.

------*Vno auulſa non deficit alter*
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.

Quot enim ſunt Reformationes, ſeu Reformatæ in ea Congregationes, tot ſurculi fuerunt miræ perfectionis, cum ex ſingulis nunquam defuere viri ſancti ab Eccleſia canonizati, vel beatificati, & quamplurimi martyrij palma decori. Qui ſurculi cum per[illegible] in Ordinibus, quos refert Rodericus ſuccreſcant, ſi ipſi videtur, nec propterea his opus minimè habere, neſcio an alij id concederent, cum conſequentia inde allata, gratis inferatur. Ex non indigentia huiuſcemodi negotij apud ſuos, & alios teneat ipſe, quam aſſerit perfectionem, dum ſuper illam minimè diſputamus. Sed ſolum quod ipſe nobis ex tali indigentia non concedit, nos vt parum ſolidum, & experimentis aduerſum de facto reijcimus.

Quot Reformationes in Ordine noſtro, tot perfectionis ſurculi.

IV Pro nulla apud ſuos ſuper hac re indigentia, dum affert Concilij Tridentini decreta, fides ſit apud ipſum. Nam quoad rationes à ſe allegatas, tamquam ſibi particulares; parui, aut nullius momẽti fore, cuius Catholico ſatis compertum iri, haud diffiteor: maximè cum nulli tunc eſſent Ordines in Eccleſia Catholica, qui eiſdem potiori iure non fulcirentur. Ad quid igitur in

Concil. Trid. decreta Roderigo minimè ſuffragãtur.

medium proferre illud S.Concilij Tridentini effatum, ſeſſ.25.cap. 16.de Regular. Multa decreuerat circa annum probationis nouitiorum receptionem, ac profeſſionem,& votum ſolemne eorundem: quibus noluit comprahendere Societatem Ieſu, cuius votum licet ſimplex,voti tamen ſolemnis naturam retineret: ex ſingulari Sedis Apoſtolicæ beneficio: vultque Sancta Synodus ſuis decretis illi minimè derogari. *Per hæc tamen* (inquit) *Sancta Synodus non intendit, aliquid innouare, quin Religio Clericorum Societatis Ieſu iuxta pium eorum inſtitutum, à Sancta Sede Apoſtolica approbatum, Domino, & eius Eccleſiæ inſeruire poſſint*. Rectè, ac verè, cum ea, quæ ab ipſa Sancta Sede emanant, firma, & inconcuſſa remanere debeant: At exindè ſequi, huiuſmodi Societatem Ieſu haud compræhendi, vel liberari à cæteris decretis eiuſdem ſacri Concilij de reformatione circa Regulares (vti Rodericus innuere videtur) nullus catholicorum affirmare quibit. Exceptio namque firmat regulam: & piget me circa hæc notiſſima immorari.

Ampliatio Ordi Minor. ex ſolis Diſcalc. apparet

V Ampliatam deinde fuiſſe, & nunquam diminutam in Ordine noſtro perfectionem illam medijs ſuis Congregationibus, & Reformationibus, ad quam inſtitutus fuit immediatè à Chriſto pro reparanda, & propaganda in omnem terram Eccleſia Romana, ex ſolis Diſcalceatis apparet,quamuis Nigronus ſuadere conetur, eos extra Hiſpaniam haud commigraſſe. At ea Diſcalceatorum Congregatio Sancti Franciſci. *Nigrono* ita parua apparens, ampliſſima extitit etiam, antequam naſceretur ſuæ Congregationis inſtitutum: & ſic longè latèque propagata eſt per Indias tum Orientales, tum Occidentales; vt totius noui Orbis Prouincias ſuis Alumnis replerit, pluresque Conuentus, ac Fratres contineat ipſa ſola, quam eius Congregatio vniuerſa. Vide *Gonzagam* 4.p. origin.Seraphic.Relig.*Rapinæum* in hiſtor.general.origin. Recollector.Decad.5.7.11. *Corbinum* ſup.lib.7.pag.155.& lib.8.pag.169. & alios,quos ſuis in locis recitauit Arturus maximè ad trigeſimum primum Auguſti §.6. vt proinde cunctis innoteſcat. *Nigronum* valde hallucinatum eſſe, remque hiſtoricam minimè calluiſſe: dum ſic conſtanter aſſeuerat,quę omnino ignorat,noſtrorum Fratrum Excalceatorum à Sede Apoſtolica iam iam declaratorum florentiſſima Anademata minus piè habens: de quibus 5.Februar. Hactenus de nomine *Quatuor*. Nunc ad alterum nomen tranſeundum eſt, quod eſt *Apoſtolicas*.

Nigroni hallucinatio in re hiſtorica.

Apoſtolos Chriſtus nun cupauit.

VI Certa fide conſtat, Apoſtolos fuiſſe à Chriſto Domino vocatos,Luc.6.verſ.13.quos & poſuit Deus primū in Eccleſia.1. Corinth.12.verſ.18.inter quos meritò Sanctus Paulus recenſetur: qui de ſeipſo propterea ſic ſæpè in exordio Epiſtolar. ſuarum ad Roman.

man. 1. & 2. ad Corinth. ad Epheſ. Coloſſenſ. ad Timotheum, & Titum ſcribit. *Paulus ſeruus Ieſu, vocatus Apoſtolus per voluntatem Dei*: Sed clarius adhuc Galatas alloquens. *Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtũ, & Deum Patrem*. Qui cum à quibuſdam æmulis idcircò argueretur; conſtanti animo eorum cauillationes retundebat: Quid, *non ſum Apoſtolus?* 1. ad Corinth. 9. verſ. 1. *Exiſtimo enim nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis*. 2. ad Corinth. 11. verſ. 5. *Itaut ab Hieruſalem per circuitum, vſque ad Illyricum repleuerim Euangelium Chriſti, ſic autem prædicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ædificarem, ſed ſicut ſcriptum eſt: Quibus non annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent.* ad Roman. 15. verſ. 19. 20. 21. *In Euangelio Chriſti, non immenſum, gloriantes in alienis laboribus*. 2. ad Corinth. 10. verſ. 15. Rectè itaque hiſce omnibus locis probat D. Paulus ſuam legitimam à Deo vocationem, Apoſtolatus dignitatem ſibi cælitus collatam, primum prædicaſſe, vbi euangelizauit Chriſtum, nec gloriari in alienis laboribus.

Legitima D. Pauli vocatio ad Apoſtolatum.

VI Præter iſtos autem à Chriſto immediatè vocatos, fuerunt alij etiam hoc nomine inſigniti, per præfatos priores Chriſti Apoſtolos; quorum vitam, mores, & labores in propagatione Euangelij adamuſſim, & ex animo proſequebantur vti Andronicus, & Iulia: quos ſalutat D. Paulus, vtpotè, *Qui erant nobiles in Apoſtolis*, ad Roman. 16. verſ. 7. itemque Epaphroditus, quem appellat Philippenſium Apoſtolum ad eos ſcribens cap. 2 1. ʃ. 25. ſic Græci *Apoſtoli* nomen ad diſcipulos Chriſti, & Apoſtolorum extendunt, vti videre eſt in monologio eorum maximè ad 4. Ianuar. 31. Octobris, & 10. Nouemb. qua de re conſule D. Hieronymum in epiſt. ad Galatas, & Theodoretum in 1. ad Timoth. 3. Quod quidem munus Apoſtolicum ab eo tempore, & deinceps ſemper viguit in Eccleſia Catholica: nec vllo vnquam tempore miſericors Deus deſtitit, operarios mittere, ad excolendam vineam ſuam, ſiue immediatè à ſe cum inſignijs *Apoſtolatus, in omni nimirum patientia in ſignis, & prodigijs, & virtutibus*, 2. ad Corinth. 12. verſ. 12. ſiue mediatè per Summos Pontifices, Chriſti Vicarios, & alios *Epiſcopos, quos Spiritus Sanctus poſuit regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo*. Actor. 20. verſ. 28. idque ex Hiſtoria, & Actibus Eccleſiaſticis liquidò patet.

Nomine Apoſtolorum alii deinde nuncupati.

VII Tales haud defuerunt viri Apoſtolici, ſequentibus ſæculis, qui ex gremio Religioſorum Ordinum erumpentes, profecti ſunt, à Spiritu Sancto edocti, in exteras nationes; illiſque gentibus, ambulantibus in tenebris, & vmbra mortis, prædicatione Euangelij illuxerunt, primi Chriſtum annunciauerunt, & fidei ra-

Viri apoſtolici è gremio Ord. Religioſorum erumpentes.

dios longè lateque diffuderunt: quorum texeram, & præclara eorum opera, necnon labores, virtutes, & miracula referunt, Platus vbi de bono ſtatus Religioſ. lib.2. cap.30. & ſeq. Nicolaus à Ieſu Maria in Apologia perfectionis vitæ ſpiritualis propoſition. 59. pag.118.& ſeq. Grauina, Ardinghellus, &c. & nominatim de Benedictinis Apoſtolis Arnoldus VVion lib.5. ligni vitæ, à cap. 49. vſque 63. Quantum verò ad nos attinet, ingens eorum excreuit numerus, qui primi omnium, & præ cunctis aliis, impenſè laborauerunt in diſſeminando Euangelio per totum terrarum orbem, maximè in Indiis orientalibus, & occidentalibus; qui propterea iure ac meritò *Apoſtoli* nomen ſibi compararunt: vti copioſè, ſincerè, ac veraciter ſuis in locis aduertit Arturus: nec ſine teſte huiuſmodi aſſertum iri vult; vt cunctis clarum ſit, nos nec dubia amplecti, vel ſubobſcura ſequi, aut voce diuerſa loqui.

Aſſertum Euſebii parum placet.

VIII Exinde fateor, mi Lector, vtrumque mihi diſplicuiſſe, quę legerim apud Euſebium lib.1. Doctrin. Aſcetic. Doctrina 6. cap. 60. volentem, quoſdam è ſuis alumnis hoc glorioſo nomine inſigniri: nam vel clarius, ac diſtinctius de huiuſmodi Apoſtolicis viris loquendum erat, vel amplioribus teſtificationibus id propalandum. Etenim quod gratis videtur aſſertum, minus habetur acceptũ, maximè ſi hiſtoricę veritati & chronologicę rationi haud cohærere conſpicitur. Nam ſi per ſui inſtituti Apoſtolos eos intelligit, qui in laborem eorum introierunt, Ioann 4. verſ.38. vt ipſis fierent auxilium, & iuuamen: vel quod illi primi ex ſuis extitere, qui tunc temporis ad iſtud pietatis chriſtianæ opus exercendum, aſſumpti ſunt: illis, vt arbitror, inficiabitur nemo: cum certò certius ſit, ſuos poſt cæterorum Regularium Ordinum, ad tantum opus ſe accinxiſſe.

P. Ioſeph. Ancheta ad Braſilium.

Præceſſerat eum P. Bernardus Minorita.

IX P. Ioſeph Ancheta primus in medium producitur, Braſilijque Apoſtolus nuncupatur apud Euſebium ibidē, & Poyræum Tract.3. Triplicis Coronę Virg. cap.5. §.8. qui quidem intrauit ann. 1550. ac poſtea in Braſilium traijciens, illic concionabatur anno 1553. ex Poyręo ſupra cap.6. ſect.4. §.3. At conſtat, P. Bernardum de Armenta ablegatum fuiſſe Cōmiſſarium ad eas Regionis partes cum alijs ſanctiſſimis ſociis Franciſcanis, qui iam ab ann. 1538. vtramque ripam fluminis de *Plata* perluſtrantes, Paraguaym, Braſilium, & Peruanum, luce Euangelii illuminarunt. Vide Arturũ ad 18. Ianuar. §.3. Iunii 2. §.1. & 2. ac 6. Decemb. §.15. vnde Poyreus ſup. cap.5. vltrò fatetur, præfatum Anchetam in deſcenſu ſuo iam habitaculum chriſtianorum apud Dominam noſtram de Baya in Braſilio extructum reperiſſe.

Petro Caniſio opponitur multiplicitas Minorum.

X Sequitur Petrus *Caniſius*, ab eiſdem Euſebio, & Poyręo c.5. §.9. ſuper vocatus *Germaniæ* Apoſtolus: ob hæreſes ab ipſo propugna-

pugnatas: rectè quidem: Sed quamplures Fratres Minores à multis ſæculis nunc vſque ſic eo in opere ſedulò laborarunt, vt tot dicerentur verè Apoſtoli, quot in defenſione catholicæ veritatis pugiles, acerrimi verbo, ſcripto, & ſanguine fuſo, aduerſus prauitatis hæreticæ inſultus, per Germaniam audacter, ac ſtrenuè decertarunt; quorum hoc in opere meminerimus; vti decet Sanctos.

Edmundo Campano B. Io. Foreſtus.

XI Edmundus Campianus *Angliæ* Apoſtolus dicitur apud Cornelium *à Lapide*, cui opponimus B. Ioannem Foreſtum martyrem Minoritam, Anglum, Angliæque verè Apoſtolum; de quo Arturus ad 22. Maii.

Gonſaluo Sylueira B. Fräciſc.

XII Gonſaluus Sylueira (vti ſcribit Poyreus ſuper cap. 5. ſect. 5. ſ. 10. & cap. 6. §. 4. ſect. 2. item tract. 5. cap. 3. ſ. 1. ſect. 16. circa ann. 1561.) nationem Caffrorum in India orientali diſpoſuit ad recipiendum deinceps Chriſti Euangelium. Sed quem in hoc opere præceſſerat B. Franciſcus Minorita, qui propterea iam martyrio coronatus fuerat, Manicis Caphrorum ann. 1559. vt die 5. Auguſti refert idem Auctor.

Benedicto de Goez anteceſſores Minoritæ.

XIII Benedictus de Goez mira egit in acceſſu Regni de Catayo, iuxta Poyreum tract. 3. ſuper cap. 5. ſ. 5. ſect. 13. qui Societatem intrauerat ann. 1583. Fatetur tamen, illic iam ſacras ædes per pagos extructas inueniſſe; nec abs re: quandoquidem noſtrates hoſce populos iam multis antea ſæculis luce Euangelii colluſtrauerant: nam circa ann. 1370. Guillelmus Pratus Franciſcanus Cataium miſſus, euangelizandi cauſa, plures quam ſexaginta ex noſtris adduxit, ex Plato lib. 2. de bono ſtatus Relig. cap. 30. Nicolao à Ieſu Maria, in Apolog. perfectionis vitæ ſpiritualis propoſit. 69. poſt Cronica, & Annales noſtri Ord. Cætera lubens omitto.

Promiſſio facta à Chriſto B. Franc. de ſua Relig. duratione.

XIV Denique inter plurima promiſſa, ſiue priuilegia, facta cælitus Hierarchæ Franciſco, & ſuo Ordini euetura futuris temporibus, illud principaliter affertur, quod eius Religio perſiſteret vſque ad conſummationem ſæculi, & Iudicii diem. Ad quod intelligendum, & profitendum, memorabilem illam viſionem Sancti Pachomii conſpicias, velim, mi Lector, qua ab Angelo monaſticam Regulam accipiens, eadem ſunt illi promiſſa. Teſte Dionyſio Eſiguo in vita eius, Roſuueyda lib. 1. vit. Patrum. Cornelio à Lapide Comment. in Ieremiam cap. 35. verſ. 19. &c. Celebre fuit olim oraculum Sancti Benedicti, cuius fama totum orbem peruagata eſt, ſcilicet quod Ordo ab ipſo inſtitutus, duraturus eſſet vſq; ad finem mundi, atque tunc etiam pro *R*omana Eccleſia ſtaturus fideliſſimè, & plurimos in fidem confortaturus, vti narrat Arnoldus VVion. lib. 1. cap. 1. Ligni vitæ, ſub fine. Cornel. à Lapide ſupra, & alii.

XV Simile extat de Ordine S. Franciſci, qui cælitus accepit,

quod

quod Ordo ſuus non deficeret; quodque Deus ſemper viros inſignes ei ſuggereret: qui diſciplinam, & ſanctitatem Ordinis tuerentur, fulcirent, reſtaurarent, & perficerent. Cum enim ſemel malis turbatus exemplis, anxio ſpiritu, miſericordem Patrem precaretur pro filijs, reſponſum huiuſmodi reportauit à Domino: *Cur Franciſce pauper homuncio turbaris? Quis hunc Ordinem plantauit, niſi Ego? Ego vocaui, ſeruabo, & paſcam, ego illis cadentibus alios ſubſtituam: ÿque, ſi nondum nati fuerint, faciam, vt naſcantur; quod ſi tres tantum in eo permanſerint, eos ipſos nunquam deſeram, ſed erit hæc ſemper Familia mea, permanebitque vſque in finem.* Hæc Cornelius à Lapide ſup. Vadingus tom. 1. Annal. Min. 1221. §. 26. Marcus Vly ſſipponenſis 1. par. Chronic. Minor. lib. 2. c. 26 Piſanus lib. 1. conformit. fruct. 9. p. 2. notab. 7. & alij, quos ad 4. Octob. §. 9. 10. & 11. adducit Mart. Frãc. in confutationẽ cuiuſdam Moderni meras nugas blaterantis aduerſus huiuſmodi diuina priuilegia.

Christi ad Franciſcũ de ſuo Ordine allocutio.

LXVI. Fertur & alterum priuilegium, quod ſcilicet Ordo Minorum ſtabit in fine mundi contra Antichriſtum, ſtrenuiſſimè decertans: tum pro defenſione Fidei Chriſtianæ, tum pro conſeruatione Religionis Catholicæ, ideſt egregiè pugnabit aduerſus infideles, & hæreticos. Hoc teſtatur B. Bartholomæus Piſanus ſup. in cuius conformationem adducit, & explicat profetiam Abbatis Ioachim ibidem lib. 1. fruct. 1. part. 2. longè poſt medium. Sanè Illuſtriſſimus Iacobus de Vitriaco S.R.E. Cardinalis id apertè tradit, cuius ſententiam ſuperius dedit Art. §. 39. Eadem ſcribit B. Aluarus Pelagius Syluienſis Epiſcopus lib. 1. de Planctu Eccleſiæ. cap. 67. poſt medium Eccleſiam alloquens: *Nam rurſus quis contra illum Antichriſtum præſumptuoſum, & elatum, qui extolletur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut colitur; & qui ſedebit in Templo oſtẽdens ſe, tamquam ipſe ſit Deus, 2. Theſſalon. 2. Daniel 9. pugnare poſſet præcipuè; niſi tum germen Apoſtolicum Fratrum Minorum, humilium, & pauperum, quorum profeſſio vltima humilitas, & paupertas eſt? Qui, inquam, principaliter pugnare poſſent contra Crucis peruerſiſſimum inimicum Antichriſtum, niſi filij Patris Crucifigeri, & Cruce ſignati intus, & extra almi Franciſci? propter quod in principio conuerſionis ſuæ, oſtendit Deus ſibi palatium armis militaribus Crucis ſignaculo inſignitis: dixitq; & ſibi fore illa arma ſua, & militum ſuorum. Dimicabit ergo humilitas contra ſuperbiam: corruet Goliath, qui robuſtus interpretatur, coram humili Dauid Angelus aſcendens ab ortu Solis, ſignum Dei viui habens, ad literam Apocalypſis 7. Franciſcus pugnans cum filijs ſuis pro Eccleſia, proſternet Sennacherib, &c.*

Alterum priuilegium B. Franc. conceſſum.

De hoc vide etiam in c. 1.

Reuelatæ quoque fuerunt B. Franciſco ſciſſuræ, & diuiſiones euenturæ in ſuo Ordine, ac ſingul zelus aliorum ſub reformata

vita viuere eligentium, vt conciperet exinde originem, progreſſum, finem ſuæ Religionis, origini, progreſſioni, ac fini Catholicæ Eccleſiæ auxiliari debere. Et quod Congregationes plurimæ ob zelum, & amorem puritatis ſuæ regulæ magis profuturæ eſſent Euangelicæ, & Apoſtolicæ ſuorum alumnorum perfectioni vſque ad finem mundi in Antichriſti expugnationem, quàm præiudicaturæ.

CAPVT XII.

Hierarchiæ Religioſorum, tam antiquæ in Eccleſia veteri, quam recenſiores in noua Eccleſia, ſed potiſsimum Dominicana, & Fcanciſcana, Pugilorum, & Athletarum paleſtra ſunt aduerſus Monarchiæ Eccleſiaſticæ Hoſtes.

I QVICVMQVE *ad Religionem venimus* (ait Doctor, & Magiſter noſter ſer. Dom. 17. poſt Trinit.) *ad prælian dum contra malignos ſpiritus egreſſi ſumus*. Arma verò militiæ noſtræ in tribus conſiſtunt, iuxta tria, quæ proponit allegoricè Propheta Iſaias in illis verbis cap. 35. *Lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo, &c.* Deſerta, inuia, & ſolitudo in deſerto Hierarchico cuiuſcumque Ordinis religioſi quid moraliter importent, idē Doctor noſter pulchrè declarat in Dom. 2. Adu. *Vita* (inquit) *cuiuslibet Religioſi, debet eſſe* Deſerta, *ideſt in omnis exterioris ſubſtantiæ abrenunciatione*: Inuia, *ideſt ſine via, vt nullum ſcilicet veſtigium aliquid habendi in ipſius remaneat voluntate. Sed oportet adiungere tertium, vt ſcilicet ſciat religioſus eſurire, & ſitire, & penuriam pati. Et ſic erit* Solitudo, *quæ tunc exultabit, cum hæc, & his ſimilia patienter ſuſtinebit.*

Religioſus eſt præliator

Arma religioſæ militiæ quæ.

II Hiſce armis munitus religioſus totus præliator fit, totus in paleſtra exercitatus. Nam inter quinque nomina, ſeu vocabula Græca Monachorum, quorum vltimum retinentes Latini, addiderunt & ipſi *Regulare, & Religioſum*, Monachum etiam ſignificat *Pugilem*, ſiue exercitatorem, quo nomine paſſim vtitur Baſilius, qui etiam ſermones ſuos de rebus monaſticis vocat *Aſceticos*. Aſceteria dicuntur monaſteria, à verbo *aſio*, quod eſt mentem exerceo in contemplatione rerum diuinarum. Aſceras pugil eſt, & athleta verè exercitator. Dicuntur autem *Monachi* (ſubdit Bellarminus

Monachus & pugil idē eſt.

Tota vita religioſa paleſtra eſt.

minus tom. 2. lib.2. cap.1. de Monachis, & nomine Monaſtices) quia totum eorum officium debet eſſe virtutum *paleſtra*, cum alij homines exerceant ſe in bello, in mercatura, &c.

III Dum igitur Doctor noſter paleſtræ exercitationem viro religioſo,quem præliatorem vocat attribuit, per illud vocabulum *Religioſus* nominis antiquitatem oſtendit? Propriè Monachi dicuntur illi religioſi,qui ſoli vitæ contemplatiuæ dant operam,quales ſunt Caſſinenſes, Ciſtercienſes, Carthuſiani, Camaldulenſes, atque alij id genus. Quod intelligentes S. Thomas, S. Bonauent. & alij Scriptores poſt ipſos, non vocant Monachos, ſed Religioſos, vel Regulares, *Dominicanos*, & Franciſcanos, & ſimiles. Siquidem hi non ſoli contemplationi inſiſtunt, ſed in actione verſantur, iuuantes Epiſcopos, & Clericos in concionibus, & ſacramentis. Vocant *Regulares*, quod certæ regulæ viuendi addicti ſint, quo nomine paſſim vtuntur Concilia. Vocant verò *Religioſos*, quod ſe totos Dei obſequio mancipauerint, vt rectè explicat D.Thomas 2.2.quæſt.186.art.1. Religio enim eſt virtus, qua Deo debitum cultum exhibemus; quomodo omnes probri Chriſtiani dici poſſunt Religioſi, ſi Deo ſeruiant, vt eorum vocatio requirit. Aſt illi per anthonomaſiam dicuntur Religioſi, qui nulli rei ſeruiunt, niſi Deo. Et licet hoc nomen *Religioſus* videatur nouum, tamen re vera eſt omnium antiquiſſimum; reſpōdet enim propriè illi Græco *Terapentis*, quo vtuntur Dionyſius Areopagita, qui ferè annis 300. Paulum primum Eremitam anteceſſit, & Philo Hebræus initio libri de vita contemplatiua, vt aduertit Bellarm.loco cit.

Monachi propriè qui.

Diſcrimen inter regulare, & religioſū.

Nomen Religioſus antiquiſſimū eſt.

VI Nomen deinde cum ſua antiquitate dum in re pugiles viros, & athletas in paleſtra virtutum importat, vt propterea ad præliandum addictos fuiſſe Doctor noſter meritò afferat, omnis eius pugna, & exercitatio cum vitijs dimicans, manuſque conferens contra eos malignos ſpiritus egreditur, qui per acatholicos, & impios homines Monarchiam Eccleſiaſticam funditus euertere, ablata è medio Apoſtolica Sede ab exordio religionis, ſiue Hebraicæ, ſiue Chriſtianæ conati ſunt; *Contra malignos ſpiritus egreſſi ſumus*. Vnde non mirum, ſi tam crebrò adeoque ſolicitè hi homines, quibus Diabolus Eccleſiam omnem validiori impetu, quā per ſe immediatè perſequitur in religioſos eradicandos, ſatagat, totumque laborem inſumat. Hinc idem Doctor noſter ſuper illud Iob 1. *Ventus vehemens,&c.* ita exponit: *Ventus vehemens à regione deſerti eſt repentina ſuggeſtio Diaboli, quæ aliquando ex improuiſo ita fortiter irruit, quod quatuor angulos domus, ideſt quatuor principales virtutes animæ viri iuſti a fundamentis excutiet, & aliquando in mortale peccatum eum corruere facit.*

Ad-

V Aduerſus diabolicam hanc regionem alia regio deſtinauit Deus, ne fructibus gloriæ cæleſtis ſterilitate periret: quæ regio religio eſt, vt idem Doctor noſter in eodem ſerm. Dom. 2. Quadrag. paulò infra his verbis ſubdit: *Regio eſt religio, in quam de regione diſſimilitudinis, ideſt mundanæ vanitatis tranſplantati ſunt, vt afferat fructus gloriæ cæleſtis.*

Antiquitas Religionum, & religioſorum in Eccleſia noua ab Eccleſia veteri ex vtraque lege naturæ ſcilicet & ſcripta deſumenda.

I Eccleſia vetus in Populo Hebræo lege naturæ principio recta fuit, deinde lege ſcripta. Lege naturæ ab Adam vſque ad Moyſen, in quo tempore enumerantur viginti quatuor Patriarchæ ann. 2403. iuxta Chronologiam Bellarmini par. 1. Lege ſcripta à Moyſe vſque ad Chriſtum per annos 1500. & amplius, iuxta eandem Chronolog. Vita religioſa in lege naturæ ante diluuium adumbrata fuit. Sed maior expreſſio de ea habita eſt in lege Moyſi. Lex naturæ & lex ſcripta

1 Habemus in primis Gen. 4. de Enos, quem genuit Adam anno vitæ ſuæ 235. *Iſte cæpit inuocare nomen Domini.* Ex quo loco colligunt Authores, hunc Enos inſtituiſſe peculiarem aliquem cultum, & ſublimiorem, quam eſſet religio vulgi; nam ante eos certè etiam Adam, & Abel, & Seth Deum inuocauerunt, & tamen ille dicitur primus cæpiſſe inuocare nomen Domini. Vide de hac re Valdenſem lib. 3. doctr. fidei ar. 1. c. 1.

2 Habemus deinde Num. 6. Vota Nazaræorum, qui ſeipſos Domino conſecrabant; ad quorum exemplum etiam in Eccleſia quoſdam ſeipſos totos diuino cultui deuouere, ſcribit Origenes homil. 11. in Leuit. Vota Nazaræorum in veteri Eccleſia.

3 Habemus item in eodem Teſtam. veteri Heliam, & Heliſeum, ac filios Prophetarum ſine vxoribus, & diuitijs in hoc mundo vixiſſe. De quibus B. Hieronymus in epiſt. ad Ruſticum, quæ eſt ordine 4. *Filij Prophetarum*, inquit, *quos Monachos in veteri Teſtamento legimus, ædificabant ſibi caſulas, propter fluenta Iordanis; & turbis Vrbium derelictis, polenta, & herbis agreſtibus victitabant.* Et epiſt. 13. ad Paulinum de Monachis loquens: *Noſter Princeps*, ait, *Helias, noſter Heliſæus, noſtri Duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris, & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula propè fluenta Iordanis.* Filij Prophetarum monachi antiqui. Helias, & Heliſæus princi pes monach.

4 Habemus etiam Hierem. 35. inſignem commendationem nepotum Rechab, qui cum eis pater, ſiue auus præcipiſſet, vt domos non ædificarent, agros non ſeminarent, vineas non planta- Nepotes Rechab religioſi.

 rent,

rent, vinum nunquam biberent, vitam duriſſimam quaſi extra mundum agerent; omnia diligentiſſimè obſeruarunt. Quos etiam Monachorum noſtrorum figuram geſſiſſe ſcribit Hieronymus in eadem epiſt.ad Paulinum.

S.Ioan Bat.& ipſe Monachorum ante ſignanus.

5 Denique Ioannem Baptiſtam Monachorum, & Eremitarum principem fuiſſe, ſcribunt ferè omnes Patres, Nazianzenus oratione in Baſilium, S.Baſilium, quia Monachus fuerat, cum Ioanne Baptiſta comparat. Chriſoſt.hom.1.in Marc. *Sicut* (inquit) *Sacerdotum principes ſunt Apoſtoli, ſic Monachorum princeps Ioannes Baptiſta eſt.* Hieron.ad Euſtochium de ſeruanda virgin. differens de eremitis. Idem docent Caſſianus, Sozomenus, Iſidorus, & Beatus Bernardus apud Bellar.loco cit.cap.5.de Origine Religioſorum.

Perſecutores religioſorum in veteri ecclesia.

II Horum Religioſorum veteris Teſtamenti perſecutores quamplurimi fuerunt tyranni, idolatræ omnes, hoſtes haud pauci, necnon & multi hæretici ex eodem populo Dei, & Eccleſia Hebræa tunc temporis exorti. Quod fuit vetus Eccleſia Eccleſiæ nouæ, ac populus Hebræus populo Chriſtiano, hoc pariter Eccleſiæ veteris religio, ac Monachatus religionis, & Monachis nouæ Eccleſiæ extitit. Figura fuit nouæ, & Chriſtianæ Eccleſiæ vetus, atque Hebraica eccleſia, ac per conſequens eodem modo religio, & monachatus antiquus religioni, & monachatui recenriori ſe habet. Vt propterea antiquitas religionum, monachorum, & religioſorum in eccleſia legis gratiæ ab antiquitate religionis, & monachatus eccleſiæ legis veteris ſiue naturæ, ſiue ſcriptæ deſumenda eſt. A lege naturæ adumbratè, à lege ſcripta expreſſiori figura.

Concluſ. principalis præſentis argumenti.

Religiones omnes in triplici genere diuiduntur Chriſtiana Religioni nihil obſunt, ſed potius valdè proſunt à veteri Eccleſia deducentes exordia.

Tria genera Religionum in Eccleſia.

III Cum generis antiquitate extat quoq; in Religioſorum Ordinibus & generum varietas, quæ genera tria ſunt, ſecundum doctrinam D.Thomæ, & aliorum Scholaſticorum. Primum genus eſt earum Religionum, quæ profitentur vitam cõtemplatiuam ſolum, ſeruiendo Deo per contemplationem, & in multas formas ſolet diuidi, iuxta varias conſtitutiones, & regulas, quas eius ſpecies ſequuntur. Alij enim obſeruant inſtitura S.Antonij, alij S.Pacomij, alij S.Baſilii, alii S.Romualdi, alii S.Brunonis, &c.

Primum eſt Contemplat.

Ad iſtud primum genus veniunt illa duo genera, in quæ veteres diſtinxerunt Religioſos.

Ad iſtud 1. genus reducuntur duo antiqua genera.

IV Alterum *Anachoretarum*, ſiue Eremitarum, qui eiuſdem generis ſunt, licet Iſidorus lib.1.de diuinis officiis cap.15.aliud ſentiat, diſtinguens inter vtroſque, & in tria genera omnes Religioſos

ſos diſterminet. Alterum genus eſt *Cœnobitarum*. Vide Hieronymum in epiſt. citata ad Euſtoch. Auguſt.lib.de morib.eccleſ.cap. 31.& Caſſianum collat.18.cap.15.

V Dices, D.Hieronymus adducit etiam tertium genus, & Caſſianus tertium, & quartum, ergo Religioſorum Contemplantium genera non ſunt duo, ſed tria, imo & quatuor.

Reſpondetur, quod illa duo alia genera non ſunt verè genera religioſorum, ſed quædam relaxationes, & corruptiones religionum. Nam tertium genus vocant eorum, qui in Cœnobijs viuunt, ſed adhuc aliquas proprias retinent facultates, nec in omnibus obtemperant Præpoſitis, quæ ſine dubio eſt corruptio vitæ Cœnobitæ. Quartum genus vocant eorum, qui ex Monaſterijs ad eremum tranſeunt, non vt ſanctius, ſed vt liberius viuant, nimirum excuſſo iugo ſuperiorum, & legum cœnobiticarum, quæ eſt corruptio vitæ eremiticæ. Quare iſta duo iure merito à Patribus deterrima genera nuncupantur.

Tertium, & quartũ genus ſunt non vera genera, ſed relaxationes

VI Secundum genus eſt earum religionum, quæ ſeruiunt Deo per ſolam actionem, quia profitentur vitam actiuam. Iſtud genus in tot ſpecies, ſeu formas diuidunt, quot ſunt opera charitatis. Quidam enim militando, atque eccleſiam armis protegendo ſeruiunt Deo. Quales ſunt Equites Hieroſolymitani, S.Iacobi, S.Ioannis: & alij quidam ægrotos curandos in Xenodochijs, quidam mortuos ſepeliendo, & alij aliis rationibus, dum in proximos beneuolentiam oſtendunt, Deo gratum obſequium præſtant.

Secundũ genus principale in ſola actione fundatur.

VII Tertium genus eſt eorum, qui obſequium Deo præſtando, ſeruiunt ei per contemplationem, quæ in actionem prodit, & per actionem ipſam, quæ neceſſariò requirit cõtemplationem. Hi profitentes vitam mixtam, vt nuncupant, etiam in varias ſpecies, ſeu formas ſub eodem genere iuxta varias eorum inſtitutiones diuiduntur. Quidam enim ſequuntur regulam S.Auguſtini, quidam S.Dominici, quidam S.Franciſci, &c. Horum trium generum religionum varietas duabus potiſſimum prærogatiuis, quibus maximè potitur, acatholicorum, & impiorum hominum, tam antiquorum, quam recentiorum varietatem, illi crudeliter aduerſam; adeò contorquet, vt propterea in blaſphemias erumpat, & irreconciliabili odio, & diſſidio eas perſequatur.

Tertiũ genus principale contemplatione, & actione conſtans.

VIII Prima prærogatiua fundatur in eius antiquitate, quę vſq; ad eccleſiæ veteris vſum ſua initia refundit. Patet ex Hieron. Auguſt. & Caſſiano locis notatis. Semper enim fuerunt tam Eremitæ, quam Cœnobitæ, qui vitam contemplatiuam profiterentur. Quod etiam fuerint qui vitam actiuam exercerent, patet ex Caſſiano coll.14. quæ eſt prima Abbatis Neſtoris, cap.4. vbi dicit: *Ex Religioſis ſui temporis alios dediſſe operam contemplationi, alios cu-*

Ordinum varietas fuit in vſu in veteri eccleſia,

randi xenodochio, alios alendis pauperibus, alios miſerorum ſuſcipiendo patrocinio, &c. Quod denique fuerit qui vitam miſtam ſequerentur, perſpicuum eſt tum ex eodem Caſſiano ibidem, vbi dicit; *quoſdam etiam religioſos dediſſe operam inſtruendis, & docendis imperitis*; tum ex B. Auguſtino, qui in duobus ſermonibus de communi vita Clericorum aſſerit, *ſe inſtituiſſe in ſuo Epiſcopatu Religionem Regularium Clericorum*.

Clerici Regulares à D. Auguſt. inſtituti.

IX Quod autem in his tribus generibus religionum multæ eſſent diuerſitates, iuxta varias obſeruationes, & ritus viuendi, docet Epiphanius in fine librorum contra hæreſes, vbi dicit: *Quoſdã religioſos ex inſtituto ſui Ordinis abſtinuiſſe à carnibus, alios etiã ab ouis, alios etiam à piſcibus, alios etiam à pane.* Rurſum, *quoſdam nudis pedibus ambulaſſe, alios ſaccum interius geſtaſſe, alios humi cubaſſe, &c.* Iam verò breui de ſecunda prærogatiua, per quam Ordinum varietas proficua admodum eſt eccleſiæ, & Chriſtianitati, & nullo modo noxia, vel moleſta, ita concludimus duobus theſibus.

Multæ diuerſitates obſeruationum in tribus hiſce gener.

X Prima. Hac ratione prouiſum eſt omni hominum generi, vt nemo ſit, qui velit ad perfectionem tendere, & non poſſit. Varia enim ſunt hominum genia, variæ propenſiones, nec pares omnibus vires, Vnus diligit ſolitudinem, alius gaudet frequentia. Vnus libenter orat, alius libentius legit, vel operatur. Si ergo omnis Religio requireret ſolitudinem, vel omnis communionem, & frequentiam; aut ſi omnis Religio abſtinentiam à carnibus indiceret, vel nullo indiceret, &c. pauci admodum religioſi eſſe poſſent. Nunc autem in tanta varietate religionum poteſt quidẽ omnibus ſatisfieri.

Ordinum varietas proficua admodũ.

Varia hominum genia.

XI Secunda. Cum omnis Ordo initio ferueat, ac multos homines excitet ad pietatem; paulatim autem poſtea feruorem illum remittat: Deus ſubinde nouos Ordines excitando, quaſi perpetuò feruorem in eccleſia ſua nunc per hos, nunc per illos conſeruat. Certè ſi quis legat vitam, & res geſtas Sanctorum Antonij, Benedicti, Bernardi, Brunonis, Franciſci, Dominici, & aliorum, qui aut nouos Ordines inſtituerunt, aut veteres penè collapſos reſtituerunt, is fatebitur eſſe veriſſimum, quod diximus de mirifico ardore in ſtudium pietatis, & multorum hominum conuerſione à peccatis ad Deum per nouos ordines religioſos. Hactenus Bellarm. loco cit. cap. 3.

Mira Dei prouidentia nouos ordines in ſua eccleſ. excitando.

XII Peculiaritas autem Ordinum BB. Dominici, & Franciſci, de qua alibi, ſupra cæteros ordines tum antiquiores, tum recentiores circa eorum mirandam inſtitutionem, immediatè à Chriſto, & eius Virgine Matre effectam, attendenda venit ex modo, ex tempore, ex medijs, & ex fine. Illa deinde, quæ ſpecialiſſima eſt,

in ordine noſtro, deſumenda eſt ex altiſſima paupertate, & (relictis aliis cauſis) ex multiplicitate præceptorum. Vtraque enim veluti res noua in eccleſia ſemper viſa eſt, & admirata. Vnde poſſumus cōcludere principale intentum noſtrum, ſcilicet quod Dominicana, & Franciſcana Religio in ſpecie inter cunctas religioſorum Hierarchias duæ pugilorum, & athletarum paleſtræ ſint aduerſus Monarchiæ eccleſiaſticæ hoſtes: *Quicumque ad religionem venimus*, &c. vt ſupra ex Doctore noſtro.

In Hierarchiam Religioſorum Pugilorum, & Athletarum paleſtram pugiles, & athletæ acatholicorum, & impiorum hominum armati in totius Fidei Romanæ, Eccleſiaſticæ Monarchiæ, Chriſtianaque Reipublicæ eradicationem.

I Malignorum ſpirituum, de quibus loquitur Doctor noſter, pugiles, & athletæ aduerſus noſtratum pugiles, & athletas armati in duplici claſſe ſunt. Enimuerò alii antiqui ſunt, alii recentiores, alii eccleſiaſtici, alii ſæculares, diuiſi tempore, ſed non animo, non viribus, non conſpiratione, qua etſi inter ſeſe dogmatibus diuerſi, ita ad id negotii in ordines religioſorum pati ingenio, ſtudio, ac conamine inhiant, ſicut in Petri ſedem.

Diſcordia hæreticorũ per dogmata in perſequẽdos monachos vnanimus eſt

Primam, ac nobiliſſimam partem corporis eccleſiæ conſtituunt Epiſcopi, & Clerici. Alteram verò partem efficiunt hi, qui euangelica Chriſti ſequuntur conſilia, vitæque arctioris, ac ſublimioris genus amplectuntur, quam aut lex diuina, aut humana præſcribat, aut demum multorum mortalium infirmitas patiatur. Monaſtica, ac religioſa vita, eiuſque inſtituta non ad omnes chriſtianos pertinent, & tamen defenſio tam magnæ, & tam excellentis partis Catholicæ noſtræ Eccleſiæ ad eos omnes communiter pertinet, qui Chriſtianam Rempublicam ſaluam cupiunt.

Nobilis, excellenſq; eccleſiæ pars religioſorum, vita.

II Hæretici hanc partem petunt, ac vt monaſticen vituperent, portentoſa mendacia quotidie de Monachis fingunt, & quacumque oblata occaſione in Monachos inuehuntur, atq; eos in odium vulgi rapiunt, & primarios Antichriſti ſatellites, ſcilicet Papæ Romani, ac ſimul Papiſtas vocant. Aſt non eò certè ſpectant, vt ordines ſolum hominum religioſorum diſiiciant, monaſticenque de medio tollant, ſed vt Eccleſiam totam hac ratione perturbent, ac lædant; eamque (ſi fieri poſſit) à fundamentis euertant. Hic eſt *vetus irruens à regione deſerti, cōcutienſq; quatuor angulos domus* Eccleſiæ; Religio enim ex interprete noſtro eſt (vt alias diximus) Regio myſticè ſimul, & deſertum. Intelligit id hominum genus, in huiuſcemodi genio, ac ſtudio gnarum admodum, verſatum-

Hic adeo potiorem partẽ perſequũtur acatholici in eccleſiæ totius interitũ.

tumque, verſutumque, quod ſi dumtaxat contra Monachos cauſam obtinuerit, ideſt, ſi populo chriſtiano perſuaſerit, non à Chriſto inſtitutos, ſed à malo dæmone excogitatos ordines religioſorum fuiſſe, ſe continuò id effecturum, vt vniuerſa Eccleſia, quæ vna voce, & conſenſu tot iam ſæculis monaſticen approbauit, vano errore deluſa, videatur pro Chriſto Antichriſtum coluiſſe, & à rectę fide, veræque doctrinæ tramite quam longiſſimè aberraſſe.

Vetus eſt hæreticorũ perſecutio in Monachos.

III Hoc acatholicorum, atheiſtarum, impiorumque, carnalium, & ſenſualium hominum aduerſus monachos, & fratres bellum nouum non eſt, neque recens mali dæmonis artificium per monaſticæ vitæ oppugnationem eccleſiã vniuerſam petere. Quotquot fuerunt vnquam pii Scriptores, tum ſermonibus, tum ſcriptis libris hoc genus vitæ religioſæ laudibus in Cælum tollere conati ſunt.

Circũcelliones hæreti. ex D.Aug.

Pari modo nullæ ferè vnquam malignantium turmæ extiterunt, quę vel nomen monachorum patienter audire potuerint. *Quando vos* (inquit B.Auguſt.in pſal.132.) *rectè hæreticis de Circumcellionibus inſultare cœperitis, vt erubeſcendo ſanentur: illi vobis inſultant de Monachis*. Primò ſi comparandi ſunt, vos *videte*. *Quid opus eſt, vt verbis noſtris comparentur ebrioſi cum ſobrijs, præcipites cum conſideratis, furentes cum ſimplicibus, vagantes cum congregatis? Sed tamen dicere conſueuerunt, quid ſibi vult nomen Monachorum? quantò melius dicimus nos, quid ſibi vult nomen Circumcellionum?* Et rurſus de Petiliano hæreticorum Principe, idem Auguſt.lib.aduerſus Petilianum 3.p.c.40. *Deinceps* (inquit) *perrexit ore maledico in vituperationem monaſteriorum, & monachorum, arguens etiam me, quod hoc genus vitæ à me fuerit inſtitutum*.

Vnde id nomen Circumcellio.

IV Circumcelliones ex originali Græcanico dicti ſunt, qui circumcellas vagantur; ſolent enim ire in hac, atque illac nuſquam habentes ſedes. Quomodo hodie inſigniores Fraternitatis Roſæ Crucis confratres, ex Lutheraniſmo emerſi, vt aliàs ſcripſi teſtimonio Spondani ad ann.1623. Circumcelliones nuncupãdi ſunt, profitentur enim peregrinationem, &c. Vide opuſculum meum *De precioſo liquore, qui ex oſſibus D.Nicolai Myrenſis apud Barenſes magno, & aſſiduo miraculo emanat*, ad Cæſarem Ferdin.III. Auguſtum, Auſtriacum. Circumcelliones quoque dicendi ſunt ii, qui non tantum pedibus corporis, quantum greſſibus mentis nunquam laſſis, aut defatigatis per detractionem, perſecutiones, & impoſturas circumcellas Monachorum, & Religioſorum diſcurrunt, quemadmodum ſe in iſto negotio antiquitus gerebant Ariani. Hi namque, quibus Princeps, & parens Arius Presbyter Alexandrinus tanto furore debacchabantur in Monachos, vt ipſas etiam deſertiſſimas ſolitudines, locaque maximè abdita, & recon-

Ariani bacchantes in Monachos.

dita penetrarent, vt monachos quærerent, raperent, atque occiderent. Sic enim de Lucio Epiſcopo Ariano ſcribit Ruffinus lib. hiſtor. 11. cap. 3. *Inde, inquit, ad Monaſteria furoris ſui arma conuertit, vaſtat eremum, & bella quieſcentibus indicit. Ter mille ſimul, aut eo amplius viros per totam ſolitudinem ſecreta, & ſolitaria habitatione diſperſos oppugnare pariter aggreditur. Mittit armatam equitum, ac peditum manum: Tribunos, Præpoſitos, & bellorum Duces, tamquam aduerſus Barbaros pugnaturus elegit. Qui cum veniſſent, nouam belli ſpeciem vident, hoſtes ſuos gladijs obiectare ceruices, & nihil aliud dicere, niſi,* Amice ad quid veniſti? Lucius Epiſ. Arianus manu armata inuadit monachos.

V De Valente Imperatore pariter Ariano annotauit B. Hieronymus in Chronico, vſque adeo illum odiſſe monachos, vt lege lata, monachos omnes aut arma ſumere, militeſque fieri, aut fuſtibus cædi, mactarique decreuerit. Valentis veſtigia (vt omnia alia veterum hæreticorum, & impiorum magnatum exempla prætercam) ſequuti ſunt Imperator Conſtantinus Copronymus, & cæteri veteres Iconomaci, ſcilicet ſacrarum Imaginum oppugnatores, concordes ex hac parte cum Hebræis, & Maumethanis, quorum in Sanctos illos Monachos, aut improbè dicta, aut crudeliter facta apud Scriptores notiſſima ſunt. Valens Imp. Arian. atrox in monachos. Conſtātinus Copronym. & cæteri Iconomaci.

VI Itē deſcendendo ad poſteriora tempora, inuenimus Ioannem Vuiclephum Anglum Hæreſiarcham, qui anno 1372. ſub Gregorio XI. & Imperat. Carolo IV. hæreſim pernicioſiſſimam docere incipiens, annis pluſquam mille Arius hæreſiarcha ipſum anteceſſit, & Arianorum odium in Monachos acriori calamo, vipereum toxicum euomens, renouauit. Ipſe namque adeo bacchanter in Religioſorum Ordines ſcriptis ſuis maledictis inuehitur, vt aſſerat, omnes ad vnum à Diabolo introductos, & Auguſtinum, Benedictum, Bernardum ad inferos eſſe damnatos, niſi pœnitentiam egerint, quod Monachi, & Patres Monachorum fuerint. Sic enim habent articuli eius poſtremi, in Concilio Conſtanſienſi reprobati. Hæretici recentiores. Ioan. Vuicl. ad an. 1372. Damnatus in Concil. Conſtantiæ.

VII Martinus deinde Lutherus, hæreſiarcha & ipſe, quinimò & pater ſubſequentium hæreſiarcharum, ad an. 1517. ſub Leone X. & Maximil. I. (quo tempore in Franciſcana Hierarchia Regularis Obſeruantia ſeparata corpore, & capite à Patribus Conuentualibus in Lutheranos poſtmodum cum aliis ſuis ſobolibus aſſiduo certamine dimicata eſt) omnes ſuperauit verſutia, ac petulantia aduerſus monaſticam, & religioſam vitam. Ipſe namque in omnibus ſcriptis ſuis, quæ ſanè quamplurima extant, cenobitas, lacerat. Et, vt alia prætermittam, certè in Epithalamio ſuo pluſquam credi poſſit, qui cœlibem vitam in monaſteriis ducunt, eos omnes idolo Moloch corpora ſua cremare confirmat. Et in eodem libro, ſta- Mart. Luth. ad an. 1517.

tum

tum Religionis nihil valere, ſed *E*thnicum,terrenum,ſæcularem, ac veluti lutum eſſe dicit. Cum è contrariò ſtatum coniugii ſpiritualem, cæleſtem, diuinum, atque aureum eſſe prædicet.

Ioan. Caluinus ann. 1538. Ioannes Caluinus Nouiodunenſis Zuinglii, *L*utheri diſcipuli, diſcipulus,qui propriam familiam inſtituit 1538. contempto magiſtro, ſub Paulo III.& Carolo V.lib.Inſtitutionum 4 cap.13. rem totam breuiter ita definit,vt eſſe velit Monaſteria Lupanaria. Vota monaſtica, retia Satanæ, Monachos omnes, ſophyſtas cucullatos,qui ab *E*ccleſia diſſenſionem fecerint,& ſe totos Diabolo conſecrauerint.

Philipp. Melanch 1530. Philippus Melanchton pariter & Lutheri diſcipulus, qui confeſſionem Auguſtanam compoſuit ann.1530.vnde Confeſſioniſtæ, & molles Lutherani ad differentiam rigidorum, dicti ſunt;vir iſte in Apologia pro eadem Confeſſione Auguſtana, articulo de votis, vota atque opera Monachorum nunc obſeruationes fatuas, nunc hypocriticas ſimulationes, nunc etiam traditiones Phariſaicas, atque Mahumeticas vocat.

Magdeburg. Centuriatores. Magdeburgenſes Centuriatores in 10.cap.4 Cent. poſteaquam multorum veterum *E*remitarum vitas, & res geſtas breuiter deſcripſerunt, in hæc verba ſermonem claudunt. *Sed quis*, inquiunt, *non hæc hominum monſtra execretur, vt inimicos humanæ ſocietatis, & contra totam ſecundam tabulam delinquentes?* Partem non modicam ingentium illorum authorum voluminum in Monachorum vituperatione conſumptam, quos vbique hypocriſis, vbique ſuperſtitionis, vbique impietatis accuſant, omittamus.

VIII Ordo,quem tenent moderni innouatores,& euangelici ad cunctos ordines regulares funditus eruẽdos, ſic ſe habet,ſex vias per extortas ſemitas gradiens.

Impugnant hæretici originem,rationem,& varietatem Religioſorum. 1 In originem; rationem, & varietatem Religionum inſurgunt. Non enim verentur aſſerere, Ordines Religioſorum rem eſſe recenter in *E*ccleſia inuectam; & idem eſſe dicere, *E*go ſum Ordinis B.Auguſtini,ego Benedicti, ego Dominici,ego Frãciſci, ac dicere, *Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cepha*. Quod Apoſtolus in Corinthiis grauiſſimè reprehendit, vt etiam illos propterea ſeditionis, ſchiſmatis,atque hæreſeos notare minimè erubeſcant.

Conſilia Euãgelica quæ ſunt Religionum baſes. 2 In Conſilia inſurgunt *E*uangelica, quæ ſunt quaſi baſes, & fundamenta totius monaſtici ædificii. Horrent enim ad vocem conſiliorum, & operis ſupererogationis tamquam ad ingentem blaſphemiam. Id quod neceſſariò faciunt: cum enim arbitrentur præcepta diuina non poſſe à quoquam,tametſi iuſtiſſimo,vnquam impleri, non poſſunt ipſi non vehementer mirari, cum nos dicere audiunt, veros Religioſos non ſolum præcepta, ſed etiam con-

ſilia

filia adimplere, & plus fecere, quam Deus præcepit.

Tria vota Religioſorum.

3 Vota Monaſtica pati non poſſunt, putant enim nihil Deo placere niſi quod ipſe fieri iuſſit. Propterea quod omnia vota, quæ de rebus à Deo non imperatis ſuſcipiuntur, tamquam ſuperſtitioſa, & inania reprehendunt. Imò aperte votum continentiæ ſacrificium idoli Moloch, votum paupertatis meram ſtultitiam, votum obedientiæ ſummam temeritatem eſſe volunt.

Vota inuitis parentibus à filijs facta.

4 Indignantur circa vota, quæ filij inuitis parentibus, & coniuges inuito altero coniuge aliquando ſuſcipiunt. Nam cum Deus mandauerit, honorari parentes, & non ſeparari quos Deus coiunxit, grauiter nos accuſant, quod filios inuitis parentibus Monachos fieri patiamur. Et matrimonia, licet nondum conſummata, tamen rata, & firma, propter monaſticam profeſſionem diſſoluamus.

Solitariam, & Eremiticā vitam inuadunt.

5 Solitudinem, & ſummam vitæ ſeueritatem condemnant. Eremitas enim Vrſos ac Miſanthropos vocant propter ſolitudinem. Propter eam autem ſeueritatem, qua plurimi eorum nunquam cilicium exuebant, ſolis radicibus veſcebantur, humi iacebant, ſomnum breuiſſimum capiebant: nonnulli etiam integris hebdomadibus ieiunabant, alij ferreis catenis ſe onerabant: quidam in editis columnis perpetuò conſiſtebant; eos omnes execrantur tanquam ſui ipſorum homicidas & illius Apoſtolici præcepti tranſgreſſores: *Habeto honorem corpori*; quo præcepto nullum ipſi religioſius, & ſanctius colunt.

Habitum, & tonſuram derident.

6 Habitum, & tonſuram derident, & hodio habent. Miram enim ſuperſtitionem in eo poſitam eſſe credunt, quod Monachi ſemper idem veſtimenti genus, eadem forma, eodem colere, eadem magnitudine gerant, & eodem ſemper modo qui ſunt eiuſdem Ordinis tondeantur.

Opera Monachorum detrectant.

7 Opera Monachorum toruis oculis inſpiciunt quomodo & mente auerſa examinant. Exiſtimant enim, de natura, & ratione veræ monaſticæ profeſſionis eſſe, vt Monachi omnes labore manuum victum quærant, & idcirco eos omnes, qui id non faciunt, tanquam ſuæ ipſius profeſsionis corruptores, falſoſque, ac degeneres Monachos arguunt, & malum, & illicitum eſſe docent tam ſponte ſua ad mendicitatem deuenire, quam mendicatione victum colligere.

Hydra Hæreticorum, & impiorũ his ſeptem capitibus cōflata.

IX Hæc ſeptem capita, quibus monſtroſa, ac phantaſtica Hæreticorum, impiorum, & eiuſdem farinæ hominum, qui facillimè illorum mores in rem monaſticam imitantur, Hydra conflatur; non deſinit in noua capita in dies portentosè recreſcere, quamuis eam nouiſsime claua ſua validiſsima Cardinalis Bellarminus inuaſerit, & vſque ad internecionem reduxerit loco citato libri 2.

qui eſt de Monachis. Ex hac viperarum progenie orti deinde & alij, qui lingua, & calamo aduerſus ordines Religioſorum & maximè aduerſus mendicantes inter quos primum locum tenent Religiones Prædicatorum, & Minorum, inſurrexerunt, vt inferius in poſtrema facie breui videbimus.

Odium Sathanæ & ſuorum in Monachos, & fratres genuinum eſt. Stant pro Monachis, & fratribus Patres. Stant Principes, & magnates Chriſtiani. Stat Eccleſia, & Chriſtus ipſe.

Quare Acatholici & alij multi odio habent Monachos & fratres Religioſos.

I SEd quid, obſecro, Acatholicos & alios catholicos, haud moribus ſed titulo tenus tantum profeſſione catholicos, in tam apertum, tamque implacabile bellum contra monachos, & fratres impulit? Quid eis monachi, & fratres nocent, quid rapiunt, quid illis faciunt? At quid miramur, ſi filij tenebrarum lucem religionis æquis oculis intueri non queunt. Si deſertores militiæ, caſtra ſanctorum oderunt. Si fugitiui, ac perfidi ſtantes in acie commilitones ſuos exhorrent. Si Lupi bonorum aliorum voraciſſimi, & nigri veluti Corui, Agnos ſufferre nequeunt. *Qui receſſit à malo prædæ patuit*, inquit Eſaias cap. 59. Vbi Montanus ad hanc illuſtrandam ſententiam, quodam Arabicum dictum affert, quod latinè eſt huiuſmodi. *Niſi Lupus ſis Luporum prædæ te eſſe oportet.*

Perſecutores Monachorū, & Fratrum ex Diabolo ſūt.

II Hi ſunt ex patre Diabolo, animarum voratore, ſicut & ipſi bonorum Eccleſiaſticorum, Monachorum & Religioſorum occupatores, & monaſteriorum deſertores. Ac propterea in Satanæ odio concepti, *Nam* (vt apud Athanaſium ait magnus Antonius) *Omnes quidem Chriſtianos Diabolus odit, ſed probos Monachos, Chriſtique Virgines tolerare nullo modo poteſt.* Hinc illæ voces Abbatis Sereni apud Caſſianum coll. 7. c. 23. *In ipſis*, inquit, *cænobijs in quibus commorabantur octo, vel ducem, ita Dæmonum atrocitas graſſabatur, & frequentes, ac ſenſibiles ſentiebantur aggreſſus, vt non auderent omnes pariter noctibus obdormire; ſed viciſſim alijs deguſtantibus ſomnum, alij vigilias celebrantes, Pſalmis, & orationibus, ſeu lectionibus inhærebant. Cumque illos ad ſoporem naturæ neceſſitas inuitaret, expergefactis ad eorum, qui dormituri erunt cuſtodiam, ſimiliter excubiæ tradebantur.*

Satanæ incurſus in Monachos.

PVNCTVM I.

III Stant pro Monachis, & Fratribus (horum nomenclaturæ, ab Apoſtolis, vnde & Romani Pontifices, & Domini Cardinales, & Epiſcopi omnes fratres quoque appellantur) Patres, & Doctores Eccleſiæ in tanto numero, quod eorum non eſt numerus. Nunc autem duorum tantum clariſſimorum vtriuſque Eccleſiæ lumi-

mi-

minum ſplendorem in hoſtium Religioſorum, & fratrum tenebras afferimus, veluti pro cunctis ſufficientiſſimos. Prodeat igitur in primis totius Græciæ eximium decus S.Ioann. Chriſoſt.qui & pro vitæ monaſticæ defenſione tribus integris libris acerrimè decertauit: Et vbique ſolitudines,ac Monaſteria ita ſplendidè,magnificèque laudat, vt illa Regnis, atque Imperijs, & ipſi etiam Paradiſo, ac Cœlo non indubitet anteponere. Denique homil.8. in Matth. *Si quis*, inquit, *nunc ab Aegypti veniat ſolitudines, Paradiſo prorſus omnem illum eremum videbit digniorem, & innumerabiles Angelorum cœtus in corporibus fulgere mortalibus. Eſt enim cernere tota illa regione diffuſum exercitum Chriſti, & admirabilem illum regium gregem, virtutumque Cœleſtium conuerſationem in terris micantem: Atque hæc non in viris ſolum, verum etiam in fœminis ſplendere conſpicias. Non ita varijs aſtrorum Choris Cœlum refulget, vt Aegyptus in numeris Monachorum, ac Virginum diſtinguitur, atque illuſtratur habitaculis.* Quanta eſt hæc oris aurei laus? & à quanto viro quanta verborum maieſtate profecta?

Vitæ Monaſticæ defenſor Chriſoſtomus

IV Sed iam B. Auguſtinum totius Occidentis clariſſimum iubar audiamus. Is enim in libro de moribus Eccleſiæ primo cap. 31. Monachorum vitam, tum Eremitarum, tum Cænobitarum, Manichæis perfectionem iactantibus obijcit, & ita loquitur. *Nihil de ijs dicam, qui ſecretiſſimi penitus ab omni hominum conſpectu, pane ſolo, qui eis per certa interualla temporum affertur, & aqua contenti, deſertiſſimas terras incolunt: perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæſerunt, & eius pulchritudinis contemplatione beatiſſimi, quæ niſi ſanctorum intellectu percipi non poteſt. Nihil, inquam, de his loquar, videntur enim nonnullis res humanas pluſquam oporteret, deſeruiſſe; non intelligentibus, quantum nobis eorum animus in orationibus proſit, & vita ad exemplum, quorum corpora videre non ſinimur. Sed hic diſputare longum, & ſuperuacaneum pacto: nam hoc tam excellens faſtigium ſanctitatis, cui non ſua ſponte mirandum & honorandum videtur, oratione noſtra videri qui poteſt? Sed ſi hoc excedat noſtram tolerantiam, quis non illos miretur & prædicet, qui contemptis, atque deſertis Mundi huius illecebris, in communem vitam, caſtiſſimam ſanctiſſimamque congregati, ſimul ætatem agunt, viuentes in orationibus, in lectionibus, in diſputationibus; nulla ſuperbia tumidi, nulla peruicacia turbulenti, nulla inuidentia liuidi. Sed modeſti, verecundi, pacati, concordiſſimam vitam & intentiſſimam in Deum, gratiſſimum ipſi munus offerunt, à quo iſta poſſe meruerunt. Nemo quidquam poſſidet proprium; nemo cuiquam oneroſus eſt: Patres verò non ſolum ſanctiſſimi moribus, ſed etiam diuina doctri-*

Manichæis obijcit Auguſtinus Monachorum vitã.

Animus orationibus vitæ religioſorum ad exemplũ proficia.

Vita, & ætas comunis Religioſorum. In iubentibus

na excellentiſſimi nulla ſuperbia conſolunt his, quos filios vocant, magna ſua in iubendo autoritate, magna eorum in obtemperando voluntate.

Ac demum poſt alia multa finem faciens, ait. *Hos mores, hanc vitam, hunc ordinem, hoc inſtitutum ſi laudare velim, neque dignè valeo, & vereor, ne iudicare videar, per ſe ipſum tantummodo expoſitum placere non poſſe, ſi ſuper narratoris ſimplicitatem cothurnum etiam laudatoris addendum putauero.* Quam diſſimilia ſunt hæc verba Catholicorum Patrum ijs, quæ ex Luthero & Caluino (eorumque imitatoribus, nomina monachorum, ac fratrum Religioſorum odio habentibus) ſcriptores neoterici referunt. Nimirum, hic fides, ibi perfidia. Hic ſapientia, ibi ſtultitia. Hic grauitas, ibi furor. Hic Deus, ibi Diabolus loquebatur.

PVNCTVM II.

Notæ veræ Eccleſiæ variant numero apud ſcriptores.

Penultima ex Bellarmino.

V Stant deinde pro Monachis, & Fratribus Principes, & Magnates Chriſtiani. Variant doctores ſacri in aſſignando notarum Eccleſiæ numero, vt ſcribit Bellarminus libro 4. de notis veræ Eccleſiæ cap. 3. Ipſe XV. notas proponit, quæ, ait, ſi quis velit poterunt aliquo modo reuocari ad illas quatuor, quæ communiter à recenſioribus aſſignantur ex ſymbolo Conſtantinopolitano. *Credo Vnam, Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam.* Penultima nota apud ipſum ad cap. 7. eſt infelix exitus, ſeu finis eorum, qui Eccleſiam oppugnant. Sed ſic eſt, quod oppugnatores monachorum, & Religioſorum fratrum ad Eccleſiæ perniciem per indirectum principaliter tendunt, vt ſuperius dictum eſt, ergo & ipſi in hac penultima nota neceſſario includuntur. Parum affecti Romanæ Eccleſiæ, parum affecti ſolent eſſe monachis, & fratribus, vt in ſequenti paragrafo apparebit.

Exitus infelices perſecutorum Eccleſiæ Hebraicæ

VI Exempla in Eccleſia Hebraica haud pauca inuenies. Etſi enim Deus punit ſuos, & flagellat, & permittit è tramite debitæ profeſſionis vſque ad ſæculi ſcandala aberrare, attamen proijcit tandem virgam in ignem Deut. 32. *Laudate gentes populum eius, quia ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur, & vindictam retribuet in hoſtes eorum.* Cuncti Iudæi erant ſerui Altiſſimi, ſed Patriarchæ, & Prophetæ, Religioſorum Fratrum Anteſignani, ac Duces nobiliori, & arctiori modo erant Dei ſeruitores. De miſerrimo fine Pharaonis, primi perſecutoris Eccleſiæ legimus euentum. Exodo. 14. de Dathan, & Abiron primis ſchiſmaticis legimus nũ. 16. de Regina Iezabel 4. Reg. 9. de Rege Antiocho 2. Machab. 9. de Pilato, quod ſeipſum interfecerit, ſcribit Euſebius lib. 2. hiſtor. cap. 7. & cap. vlt. refert breuiter cladem Iudæorum, quam Ioſephus latè proſequitur in lib. de Bello Iudaico. Vide exempla,

ſub-

ſubſequentia infeliciſſima *Herodum*, Aſcalonitæ Tetrarchæ, Agrippæ, & Imperatorum, Neronis, Domitiani, & cæterorum apud hiſtoricos, & Cronologiſtas, quos citat Bellarm. ibidem.

VII Apud quem etiam inuenies transeundo in Eccleſiã Chriſtianam Hereſiarchas, & Apoſtatas infeliciſſimo fine extinctos. Nimirum *Simonem Magum*, omnium Hæreſiarcharum parentem, ſumma ignominia ab aere ad ſaxa præcipitatum, & colliſum. *Manichæum* à Rege Perſarum excoriatum viuum, non ob fidem, ſed quia filium *Regis* curaturus occidit. *Montanum Theodotum*, & *Propheti ſſas* eorum laqueis ſeipſos necantes. *Arium* ad latrinas publicas cum in Eccleſiã intrare vellet inteſtina omnia, & animam effudentem. *Iulianum Apoſtatam* diuinitus occiſum, communicantem ſepoltura. *Valentem* Arianum viuum à Gothis etiam Arianis crematum. *Neſtorium* lingua impia à vermibus conſumpta miſerrimè extinctum. *Hunericum* Regem Vandalorum. Adanum vermibus toto corpore ſcatentem. *Anaſtaſium* Imperatorem, hæreticorum Eutychianorum fautorem, fulmine ictum, & conſumptum. *Lutherum*, morte repentina ſublatum. *Zuingliũ* in bello contra Catholicos trucidatum. *Oecolampadium* mane inuentum ab vxore ſubitanea morte ſublatum. *Andream* Carolſtadium à Dæmone interfectum. *Ioannem Caluinum* vermibus conſumptum, vt Antiochum, Herodem, Maximinum, & Hunericum.

Alij infelices exitus in Eccleſia Chriſtiana.

VIII Huic penultimæ notæ annectit ſtatim cap. ſequenti, quod eſt 18. poſtremã notam idem auctor, illi ex diametro oppoſitam, quia *contrariorum eadem eſt diſciplina*. Vltima nota, ait, eſt Felicitas temporalis diuinitùs ijs collata; qui Eccleſiam defenderunt. Nunquam enim, ſubdit, Catholici Principes exanimo Deo adheſerunt, quin facillimè de hoſtibus triumpharent. Probat primo exemplis veteris Teſtamenti; *Abrahæ*, *Moſis*, *Ioſuæ*, *Gedeonis*, *Samuelis*, *Dauidis*, *Ezechiæ*, *Ioſiæ*, *Machabæorum*, &c.

Eccleſiæ defenſores, & fautores tales quoque erga Monachos & fratres.

VIIII Deinde probat etiam exemplis Teſtamenti noui, vt ſunt ea de magno *Conſtantino*, qui primus publicè ex Imperatoribus Eccleſiam defendens, eo ferè modo Maxentium vicit, quo Moſes Pharaonem. Vide Euſebium lib. 9. hiſt. cap. 9. Nec Felicitas Conſtantini in victorijs hoſtium tantum reſtricta eſt, ſed etiam in aliis. *Vniuerſum enim orbem* (teſte Auguſtino lib 5. de Ciuit. cap. 25.) *Romanus vnus Auguſtus tenuit, & defendit. In adminiſtrandis, & gerendis bellis victorioſiſſimus fuit, in tyrannis opprimendis per omnia proſperatus eſt. Grandæuus ægritudine, & ſenectute defunctus eſt, filios imperantes reliquit.*

Iſtorum felicitas.

Conſtãtinus Magnus.

Vide alia exempla apud ipſum, ſcilicet de duobus *Theodoſijs*, ſeniore, & iuniore, de *Iuſtiniano* ſeniore, de *Heraclio* quoque,

ſed antequam incideret in hęreſim *Monothelitarum*: de *Gotifredo* Bullonio in expugnatione *Hieroſolymę*.

*H*orum, & ſucceſſorum Principum pietas in Religioſos inſeparabilis fuit à zelo Chriſtianę Religionis, & amore erga Matrem Eccleſiam. Ita enim legimus de Chriſtianiſſimo Galliarum Rege, & Romanorum Imperatore *Carolo Magno*, qui Monaſteria, & Tēpla Monachorum, & erarium D.Petri ditauit. Cuius ſucceſſores Reges Galliarum eius exempla ſequuti DD. Dominici, & Franciſci Fratres multimodè exaltauere, prout ſuo loco ſcribendum.

Carolus Magnus, & eius ſucceſſores.

Legimus & de Imperatore *Rodulpho I.* Domus Auſtriacę conditore, cuius pietas in protegendos, & tutandos Monachos, Religioſos, Fratres, pari zelo, ac in defendendam Sanctam Sedem Romanam (habens apud ſe Confeſſarium Minoritam, vt inferius adnotabimus) omne fundamentum ſuæ, & ſuorum felicitatis extitit. Rodulphi ſucceſſores tam Germani, quā Hiſpani cum vtriuſque Orbis hæreditate, & hanc pariter erga vtrumque Ordinem pietatem hæreditarunt. Vnde haud mirum, ſi Carolum V. miraculo diuino victoriam tulerit de Lutheranis ann. 1548. Maiores orbis terrarum Monarchiæ Rex Catholicus; & Rex Chriſtianiſſimus bonum conſcientiæ, vnde optimus regiminis temporalis exitus, Fratribus Prędicatorum, & Minorum à principio tradiderunt.

Rodulph. I. Auſtriacæ domus conditor.

Carolus V.

Punctum tertium.

IX Stat tertiò pro monachis, & religioſis fratribus S. Mater Eccleſia Catholica, Apoſtolica Romana. Ita cauſa monachorum, & fratrum cum eccleſiæ cauſa eſt coniuncta, vt nemo vnquam eccleſiæ hoſtis fuerit, qui non bellum eodem tēpore monachis omnibus indixerit. Quare à nobis Mater noſtra Eccleſia Catholica petere mihi videtur ne nos ab hoſtibus diligentia, ſtudioq; vinci patiamur, ſed quantum illi die, ac nocte legendo, & ſcribendo laborant, vt aliquod eccleſiæ, vel eius partibus, ac membris detrimentum afferant, tantum nos operæ, & laboris in omnibus eccleſiæ partibus ſartis tectiſque conſeruandis collocemus. Præſertim cum nos apud Deum clariſſima iuſtitiæ, fideique corona, illos pęna ſola perfidiæ, atque ſcelerum apud inferos maneat. Tanto honore Eccleſia Catholica ſanctos religioſos afficit, vt (demptis Martyribus) voluerit de ijs ſolum, quatuor, aut quinque exceptis, officium eccleſiaſticum per totum anni circulum celebrari, ſicut patet in Breuiario Romano. Et tamen ſi credatur authori Directoris ſpiritualis, & eius ſequacibus, nec vlla commemoratio de eis fieret. Vnde verò tantum exoriatur odium, & auerſio, ſcitè aperit Ninder lib. 1. Fornicarij cap. 10. Cuncta Eccleſia hiſce tribus conſtat, ſcilicet Clericis, Monacis, & Laicis, in quibus ordines, & gradus haud pares ſunt, ſed impares. Vbi iſta membra aliquo indigent;

Eccleſiæ cauſa Monach. & Fratr. cauſa iuncta eſt.

digent; data occaſione adiutori, ad inuicem ſeſe adiuuant. Hinc pro monachis, & fratribus quocunque tempore Mater noſtra Eccleſia per ſuos clericos, & laicos ſtetit.

X Stetit per clericos in Sede Petri, in qua ſuccedit Romanus Pontifex, clericorum, & totius Monarchiæ eccleſiaſticæ Princeps. Stetit, inquam, aut confirmando ad ſuam propriam firmitatem monachos, religioſos, & fratres nouum ius pro ipſis condendo, aut ſaltem principio eorum inſtitutionem materno corde amplectendo, & nunquam inhibendo. Eſſentia Religionum in Euangelio fundamentum habet; conſiſtit enim, ſitaque eſt in tribus votis ex concilijs euangelicis deſumptis. Sed determinatio illius eſſentiæ ad certum modum viuendi cum varia ſit quoad eundem modum, non ita perſpicuè in Euangelio elucet, & non parum ex prudentia, & directione humana pendet. Quare Pontificis confirmatione indigere poteſt, & nunc reipſa propter ius poſitiuum, nouas religiones prohibens, omninò indiget. Antonius, Baſilius, Auguſtinus, Benedictus authores religionum fuerunt, nec tamen leguntur à Pontifice approbationem quæſiuiſſe: eo quia nondum extaret ius eccleſiaſticum, id præcipiens.

Stat per Clericos in ſede Petri, confirmanda ad ſui firmitat. Ordines.

Ius poſitiuũ circa nouas religiones corrigendas.

XI Condendi autem noui iuris accidit ad ann. 1170. quo natus eſt S. Pater, & Hierarcha Dominicus, cuius egregium inſtitutum ex D. Auguſtino deinde mutuauit ad totius Eccl: ſiæ reparationem, & ſuſtentaculum. Eo namque tempore Pauperes de Lugduno Ordinem quemdam religioſum inſtituerunt, ſed multis admiſſis ſuperſtitionibus, & hæreſibus. Quocirca à Lucio Tertio, Alexandro Tertio ſucceſſore hæreſeos damnati fuerunt, & ſecta eorum reprobata, vt ſcribit Abbas Vrſpergenſis in Chronico an. 1212. Illi verò poſtmodum, ideſt, tempore Innocentij Tertij Sedẽ Apoſtolicam adeuntes, diu inſtiterunt, vt idem author ait, vt reconciliarentur, & Religio ipſorum confirmaretur, nec tamen impetrarunt.

Quo tempore conditum, & quare.

XII Inde igitur factum, vt B. Dominicus, & B. Franciſcus volentes ſimiliter nouos Ordines inſtituere, & metuentes, ne ſibi accideret, quod videbant accidiſſe Vualdenſibus, ſicut ſuperius tetigimus, noluerunt confidere ſuo iudicio, ſed à Pontifice confirmationem petiuerunt; & impetrarunt. Paulò autem poſt in Concilio Lateranenſi Generali conſiderans Innocentius Tertius periculum, quod imminebat Eccleſiæ, ſi vnicuique liceret nouam Religionem excogitare, prohibuit, ne deinceps vllus nouus Ordo inſtitueretur, nimirum ſine approbatione Apoſtolicæ Sedis, vt habemus cap. fin. de Relig. dom. Quod decretum renouauit Greg. X. in Concilio Lugdunenſi ſub directione D. Bonauenturæ, ſicut patet ex cap. *Vnico*, de relig. dom. in ſexto. Atque hinc cæpit eſſe neceſ-

Vnde moti BB. Domin. & Franc. ad petendam à Sede Apoſt. ſuorum Ord. confirmat.

neceſſarium, quod antea erat liberum. Vide Bellarm. loco cit. c. 4. de confirmatione Religionum.

Primi Ordin. ab Eccl confirmati Ord. Pred. & Min.

XIII Ex hac doctrina euidẽter deducimus, Eccleſiam Romanam adeo primum ſtetiſſe pro Religionibus Beatorum Dominici, & Franciſci quantum ad earum expoſtulatam confirmationem, vt nondum pro aliis antea ſteterit. Inſuper & primi Ordines in Eccleſia ſub prærogatiua confirmationis Ord. Prædic. & Minorum. Haud quidem immeritò, nec ſine ſpeciali Dei prouidentia hic prioritatis gradus ipſis Ordinibus contingit: quandoquidem eorum ordinatio circa Eccleſiæ reparationem prima extitit in eo ſæculo, & immediatè à Chriſto, & ab eius Matre excogitata, ac pręfixa, vt ſtatim videbimus.

Cũ toto mũdo agendum in cauſis Religionum.

XIV Stat proinde Eccleſia & per ſuos laicos cuiuſcumq; gradus, & conditionis. Sic ſcimus quid reſoluerit Pontifex ille, tunc quando teſtatus eſt experimento coactus haud cum pauperrimis Fratribus in Ordine Minorum agendum, ipſos ad aliquam nouitatem parum ſtatui eorum conſonam prouocando, ſed cum toto mundo. Legimus etiam in Bulla Leonis X. de anno 1517. quod omnes chriſtiani Principes ſteterint apud Sanctam Sedem, vt quãplurimis Religionis noſtræ ſciſſuris remedia ſalubriora, & efficaciora ad commune Eccleſiæ bonum præſtare dignaretur. Audiamus ipſius Pontificis teſtimonium: *Quare nos*, &c. Vide in declarat. tituli huius operis ſub num. 8.

PVNCTVM IV.

Stat demum pro Monachis, & Fratribus Chriſtus, qui immediatè deſignauit cum Virgine Matre Ordines Prædicatorum, & Minorum ad totius Eccleſiæ reparationem.

Teſtimoniũ Chriſti, & Dei de vita religioſa.

I NEque verò Deus per voces, & ſcripta Catholicorum Patrum, ac Doctorum, ſiue antiquorum, ſiue recentiorum, ſed etiam ipſe per ſe, ſtans pro monachis, & religioſis, ſanctitati, atque præſtantiæ Ordinum ipſorum teſtimonium tulit. Quid enim de hoc vitæ genere Deus cenſeat, teſtantur in primis diuinæ illæ, ampliſſimæque promiſſiones, que partim in Prophetis, partim in Euangeliis extant, quibus Matth. 10. Marc. 10. Lucæ 18. Iſai. 36. centuplum in hoc ſæculo, ſedes honoraria in iudicio, locus & nomen in Regno Cælorum maius, atque nobilius, quam filiorum, & filiarum ſit, huius diſciplinæ cultoribus Dominus pollicetur. Teſtantur hoc idem diuina ſigna, atque prodigia, quæ à Deo authoritatiue ſunt, & veluti diuina oracula.

II Certè enim poſt Apoſtolica tempora ſplendore maximorum

rum ſignorum, iudicio orbis terræ, ſemper clariſſimi habiti ſunt magnus Antonius, vterque Macharius, Hilarion, Benedictus, Bernardus, Franciſcus, Dominicus. At hi omnes ſine controuerſia profeſſione Monachi, Religioſi, Fratres in ſuis Ordinibus fuerunt. Quantæ igitur, & quam proiectæ eſt audaciæ, ſanctiſſima inſtituta, à Deo ipſo, de Cælo ſignis, atque prodigiis clamante, & approbante, confirmata, adhuc tamen animis obfirmatis contemnere, improbare, reiicere, conſpuere, lacerare, confundere?

Teſtantur ſigna, & miracula, quæ Dei voces ſunt.

Temeritas illorum, qui in religioſos perſtrepunt.

III Præterquam quod hæc ipſa inſtituta longè ante, vt diximus, Helias, & Ioannes adumbrarunt, Chriſtus ipſe etiam conſuluit, Apoſtoli coluerunt, Sancti ferè omnes adamarunt. Exceptis enim ſacris Martyribus, rari omninò in numerum Sanctorum relati leguntur, qui ex Monaſteriis non prodierint, vt pauló ante tetigimus. Vt iam monaſticæ vitæ approbatio inter eas notas, ac ſymbola, quibus Eccleſiam Catholicam ab omnium hæreticorum, malorum chriſtianorum, & Atheorum conuenticulis internoſcimus, atque diſtinguimus, principem locum tenere, clariſſimèque eminere, haud immeritò Bellarmino videatur. Quod Sanctus ille Alexandrinę Eccleſiæ Epiſcopus Petrus probè intellexit, cum, authore Theodoreto lib. hiſtor.4. c.20. ex eo potiſſimum demonſtrauit, Lucium quemdam non Epiſcopum, non catholicum, ſed hæreticum, hoſtem, lupum, & inuaſorem eſſe, quod eum nulli Monachi de more Eccleſiæ ſacros hymnos concinentes, ad ſolium Pontificale deduxerint. Exiſtimabat enim magnus ille Pontifex, ita partem veræ Eccleſię eſſe Ordines Monachorum, vt Epiſcopus Eccleſię haberi non poſſet, qui ſecum Monachos habere noluiſſet. Hactenus Bellarm. cit. in præfatione ad lib. 2. de Monachis.

Plures in numer. SS. relati ex monaſteriis prodierunt.

Pars Eccleſ. valde intima monachi, & fratres.

IV Chriſto Domino cuncti eius in terris Vicarii, Petri Apoſtoli Apoſtolorum Principi ſucceſſores, ſe ferè omnes conformauere in promouendos, amplectendos, fouendos, protegendos, & confirmandos Monachos, & Fratres in Conciliis Oecumenicis, & per diplomata, & indulta Apoſtolica. Inter ordines religioſos eccleſię peculiaris admodum inſtitutio adiudicata ſemper fuit, & ob peculiarem finem illa, per quam immediatè ab ipſo Chriſto delecti fuerunt Dominicus, & Franciſcus. Nauſeam excitat authori Directoris ſpiritualis citati, cap.7. quod de Ordinibus Prædicatorum, atque Minorum refertur. Huic paſſioni optimum remedium inueniet apponendum, ſi Dicęologia proborum authorum vtatur. S. Antoninum Florentinum audiamus 3. par. hiſt. titul.23. c.3. hæc enim de D. Dominico tradit, dum Romæ apud Honor. III. Papam moram traheret pro ſui Ordinis confirmatione. *Romæ igitur nocte quadam orationi incumbens vigilãter vidit ad Patris dexteram exurgere Filium in ira ſua, vt interficeret omnes peccatores*

Author Directori. ſpirit. ægrè fert viſioné D. Dominici caſtus ſibi facti.

Videt Chriſtũ Iudicẽ in peccatores maximè indignatione cõmotum.

terræ, & diſperderet omnes operantes iniquitatem. Stabat autem in æthere aſpectu terribilis: & contra mundum in maligno poſitũ, lanceas tres vibrabat. Primã quibus ſuperborũ ceruices erectas transfigeret. Alteram, qua cupidorum viſcera effunderet: Tertiam, qua concupiſcentijs carnis deditos perforaret. Cuius ira dum nemo poſſet reſiſtere, occurrit propitia Virgo Mater, & pedes amplectens eius, rogauit, vt parceret eis, quos redemerat, & iuſtitiam miſericordias tẽperaret. Ad quam Filius: nonne vides, inquit, quantæ mihi irrogãtur iniuriæ? iuſtitia mea tanta mala non ſuſtinet impunita. Tunc Mater: Tu ſcis, ait, qui omnia noſti, qui eſt hæc via, per quam eos ad te reduces; habeo ſeruum fidelem, quem mittes in mundum, vt verba tua annunciet eis, & conuertentur ad te omnium Saluatorem. Aliũ quoque habeo Seruum, quem ei dabo adiutorem, vt ſimiliter operetur. Filius dixit: Ecce placatus ſuſcepi faciem tuam: veruntamen oſtende mihi quos velis ad tantum officium deſtinare. Tunc Domina Mater obtulit Beatum Dominicum Ieſu Chriſto, & ait Dominus Matri: Benè, & ſtudiosè faciet quod dixiſti. Obtulit quoq; & S. Frãciſcum, quem ſimiliter Dominus laudauit. S. ergo Dominicus in viſione conſiderans ſocium diligenter, quem prius non nouerat; in craſtinum eum in Eccleſia, ex ijs, quæ in nocte viderat, recognouit: & in oſcula ſancta ruens, & ſinceros amplexus, dixit: Tu es ſocius meus, tu curres pariter mecum; ſtemus ſimul, & nullus aduerſarius præualebit: viſionem etiam narrauit illi. Ex tunc ergo facti ſunt cor vnum, & anima vna in Domino, &c. Vide innumeros alios Scriptores ſuper veritate eiuſdem viſionis apud Martyrolog. Franciſc. in Prologo art. 6. § 101.

B. V. oſtendit filio Dominicũ & Franc.

S. Dominicus cognouit Franc. iuxta viſionem ſibi factam.

V Quos Chriſtus Dominus, & eius Sancta, ac pia Mater deſignauerunt immediatè collabenti Eccleſiæ Reparatores per Dominicum, & Franciſcum; hos deinde proſequuti ſunt eius Vicarii Romani Pontifices eorum Ordines confirmando ante quemcumque alium Ordinem, eo modo, quo dictum eſt, & gratiis, & fauoribus ampliſſimè ſunt proſequuti in eorum hoſtium, & detractorem propulſationem, & dedecus.

Concluſio, & concordantia omnium, quæ ſunt in hac priori facie.

Duæ Stellæ Dom. & Fra.

1 IN pacifica ergo inſeruiamus poſſeſſione Chriſto iugiter, & Eccleſiæ eius, ad cuius ſubleuandam infelicitatem feliciſſimę Stellæ ortæ ſunt, ſcilicet beati Hierarchæ, Dominicus, & Franciſc.

Ortus temp. & ſpir. Fr.

2 Huius ortus temporalis, & ſpiritualis ex conflatorio diuini Spiritus Hierarchicum Seraphinorum Ordinem Eccleſiaſticæ Monarchiæ peperit.

Nouum

3 Nouum nomen, nouam prolem, vt veterem Adam in aquis pœnitentiæ ſepeliret chriſtianitati progenuit.

Nomen nouum Seraphicinominis.

4 Seraphicum ſtemma ſex Seraphim alis compactum eſt, & in hac priori Hierarchiæ noſtræ hominis facie in Franciſco Hierarcha miſticum habet ſignificatum. Duæ iterum alæ reſpectu ſui fuerunt Innocentia, & Iuſtitia: duæ reſpectu proximi, vis illuminatiua, & vis intellectiua: duæ reſpectu Dei, aſpectus veritatis, & hauſtus charitatis. Hoc idem ſtemma, è Moricono ſtẽmate miſticè auſpicatum, dum variis ſobolibus communicatur, vario quoq; modo circumdat, & decorat Eccleſiam.

Stemma Seraphicum per ſuas ſoboles.

5 Chriſtus Ieſus, qui ſibi tam propriè aſſimilauit Franciſcum, Pōtifexq; futurorum bonorum triplici priuilegiorum genere Frãciſcanam ditauit Hierarchiam, in ſuas ſoboles pulchrè diſterminatam.

Chriſtus Pōtifex futurorum bonor.

6 Virgo Deipara ſine labe culpæ originalis concepta, quæ per Chriſtum filium, & in Chriſto filio peperit Religionem noſtram, ſimul cum B. Dominici Religionem (hanc ſub Roſarum ſymbolo, illam ſub Liliorum) *Columna nubis* effecta, columna fortis, ſuſtentans, protegens Hierarchiam noſtram, iam dicenda eſt.

Virgo ſine labe concepta, Columna Ordinis.

7 Pontifices Romani, qui ſequuntur Chriſtum, vt eius Vicarij, ſequuntur & *Immaculatam Deip. Conceptionem* plurimis etiam de cauſis vtriuſq; inſtinctum, ac propenſionem imitantes, gratiarum, & fauorum theſauros Ordini Min. ſucceſſiua liberalitate effudunt.

Pontif. Rom. benefici erga Minores.

8 Hierarchia Franciſcana, pedibus Monarchiæ Eccleſiaſticę ex vi profeſſionis ſubiecta, fit baſis Eccleſiæ, in cuius cõmune bonum gratanter rependit quidquid humiliter recipit.

Hierarchia Franc. pedibus Eccleſiæ ſubiecta.

9 Hinc quatuor faciebus vnica hominis facie; nam *quatuor facies vni, & quatuor pennæ alteri,* quatuor Orbis partes in eiuſdem Eccleſiæ vtilitatem, debito profeſſionis, & legi gratitudinis ſatisfaciens, inſpicit.

10 Quadrinomen Hierarchicæ quadrifaciei in vno vultu humano reſpondens, conditionem humanam, haud ſemper in eodẽ ſtatu permanentem, patefacit. Reuelationes à Deo famulo ſuo effectas comprobat, illiuſq; prophetica oracula magis firmat, cælica promiſſa veriſſima reddit, ac Minorum Ordinem per viciſſitudines, & ſciſſuras Eccleſiæ vniuerſæ valde conformem minimè defecturum oſtendit.

Quadrinomẽ Hierarchicũ

11 Quadriformitas Cõgregationum, quarum æmulatio ad integram Seraphicæ Regulæ obſeruationem per varias ſemitas progreditur, æmulorum ſpicula magis retundit, quam acuat.

Reformatorum quadriformitas.

12 Hierarchia Fr. Minorum, ab ipſo Franciſco cum Hierarchia PP. Prædicatorum, cui author conſodalis ſuus lectiſſimus Dominicus, fundata, & ordinata, inter cunctas Hierarchias Religioſorum

Hierarchia Franciſcana in medio aliarum.

tam antiquas,quam recentiores in Monarchiæ Eccleſiaſticę hoſtes, validiſſimos pugiles,& athletas,edidit, ſicut in dies edit. Pro ipſo quoque ſtant Patres, & Principes:ſtant Eccleſia per clericos,& laicos: ſtat Chriſtus ipſe, & eius Parens, eam immediatè deſignantes, ac præfigentes.

Stant pro ipſa,& pro Dominicana.

Stant demum vtriuſq;ſpiritualiter progeniti,ſcilicet Rom.Pontifices, Chriſti Vicarii, & Matris Chriſti veriſſimi ſerui, ac filii. In pacifica ergo poſſeſſione Chriſto iugiter,& Immaculatæ eius Matri, & Eccleſiæ eius inſeruiamus, eo nixi fundamento firmiſſimo; quod vitam,Regulamq;cælitus dictatam,& traditam FF.Minorum pauperem,& mendicantem, paucis contentam, nulli oneroſam, tanquam meritoriam,ſanctam,& perfectam approbarunt,Chriſto, & B.Virgine inſpirantibus,Innocent.III.Honor.III. Gregor.IX. Innoc.IV.Alexand.IV.Gregor.X.Nicol.III.Clem.V.Ioan.XXII.&c. Confirmarunt Concilia generalia, Lateranenſe 1.ſub Innoc. III. (qua de re latè Vading.tom 1.Ann.ad ann.1215.num.33.) & Lugdunenſe 2.ſub Gregor.X.& Conſtantienſe ſeſſ.8.& Trident.ſeſſ.25. cap.1.& 3.Receperunt tot Illuſtriſs. Præſules,Antiſtites, & alii Eccleſiaſtici Ordinis Prælati. Admiſerunt,atq;fouerunt Cæſares, Reges, Principes, Dinaſtæ, & Reſpublicæ ſiue chriſtiani nominis, ſiue non. Defenſarunt innumeri fermè Doctores in quauis Regione, Prouincia,Gente, & Natione. Quorum præcipui fuerunt in priori ſæculo B.Albertus Magnus.SS.Thomas Aquinas,& Bonau. In media ætate Thomas Valdenſis,& S. Antoninus. In vltimis ſæculis Thomas Boſius,Hieronymus Platus,& Robertus Bellarminus.Noſtro autem tempore,Dominicus Grauina, Auguſtinus Ardinghellus, Petrus Caluus,Franciſcus de Fontanis,& Iuo Pariſienſis.Nihil enim intactum reliquerunt cunctiſque obiectis diſertiſſimè,ac ſufficientiſſimè reſponderunt.

Pontifices Romani.

Concilia generalia.

Præſules, & Antiſtites Eccl.

Principes chriſtiani.

Doctores, & Scriptores.

Hactenus de priori Hierarchiæ noſtræ facie, quæ cum ſit principaliter facies Hominis ad Leonis faciem iam immediatè ſequẽtem, quæ & ipſa quadrifacies,nos inuitat.

PRIMAE FACIEI FINIS.
Duodenario Capitum numero Apoſtolico iure concluſus.

HIE-

HIERARCHIÆ FRANCISCANÆ FACIES POSTERIOR.

CVIVS SVMMA MAIESTAS TOT BEATOS,

AC SERAPHICOS

ORDINES IN ECCLESIA MILITANTE COMPLECTITVR.

QVOT ORDINES

IN CÆLESTI HIERARCHIA ECCLESIAM TRIVMPHANTEM

CONSTITVVNT DECORANTQVE.

SVNT NAMQVE

MARTYRES. CONFESSORES. CARDINALES.

DOCTORES. EPISCOPI. DIACONI. VIRGINES.

VIDVÆ. CONIVGATI.

FACIES LEONIS A DEXTRIS IPSORVM QVATVOR.

CVI SEX ALIS STEMMATIS SERAPHICI RESPONDENT.

Peccati abominatio. Ipſius accuſatio. Illatæ iniuriæ remiſſio. Proximi compaſſio. Sui & Mundi deſpectio. Finalis perſeuerantiæ conſummatio.

D. Antonius de Padua Dom 5. poſt Paſcha.

DISTINCTIO I.

Hierarchici Ordines Prædicatorum, & Minorum ſtatim ab eorum initijs in omni Terrarum Orbe diffuſi: ad Fidem Romanam reparandam, inſtaurandam, promulgandam, propagandam, ſtabiliendam.

I DECORI alterius Hierarchiæ noſtræ faciei principio, ad nonnullorum Recentiorum ſatisfactionem, quos citat, & redarguit Arcturus plurimis locis ſui Martyrolog. hanc primam diſtinctionem ſtatim annectere, negotium equidem valde conſonum, imò & iuſtum.

Annis, ab inſtitutione Ordinum Dominici, & Franciſci iam tenellis, hæreſes eos profligaſſe, atque extirpaſſe, tempora ipſa adhuc demonſtrant. Primas in hac retulit Dominicus cum ſuis, ſecundas Fráciſcani, quos cum charis ſuis collegis Prædicatoribus ad Toloſates miſſos, vt in Albigenſes inquirerent, ſcribit Antoninus tit.24.cap.9. §.3. ſatiſque in hac re laudat Surius 13. Iunij multam Antonij Patauini operam, qui concionum frequentia, miraculorum prodigijs, multas horum nebulonum reliquias, Italia, Gallia, maximè Toloſa depulerit. Vualdenſium, & Humilium ſectas tunc extinctas, & tamquam fidas, vtileſque Eccleſiæ illorum loco ſtatutas has inuictas cohortes refert Aemilius Vrſperg. ad ann. 1212. *Hi ſaniores*, inquit, *ordines viſi; illi priores hoc remedio ſublati*. Illorum ſuppreſſionem, & horum ſubrogationem largius refert Abbas Vrſpergenſis, qui mundi ſeneſcentis renouatam, vt Aquilæ, iuuentutem per has duas Religiones affirmat. Ciacconus ſub Innoc. III. contra pauperes de Lugduno, & Albigenſes vtrumque Patriarcham fundaſſe ſuos Ordines commemorat.

Hereſes Albigenſium à Prædicatoribus & Minoribus profligata.

II Contra has, inquit, duas Sectas Sancti Patres Dominicus Prædicatorum, & Franciſcus Minorum Ordines per hæc tempora fundarunt. Franciſcus quidem contra pauperes de Lugduno, Domi-

Minores in pauperes de Lugduno Prædicatores in Albigenſes à Do præordinati.

Dominicus contra Albigenſes, quorum oppugnationem communicata opera ſuſceperunt, & præſertim B. Dominicus, qui peſtilentem hæreſim, Toloſæ irrumpentem, vt comitem ipſum Toloſanum inficeret Innoc. III. procurante ſuis concionibus, miraculis, & doctrina, & armis Comitis Montifortij vix fuerint ſuperati.

Miſſio Apoſtol. Prædicatorũ ad Marrochium.

III Ad ann. 1217. miſſio ſuorum coapoſtolorum facta eſt ad Africam in Regno Marrochij à D. Dominico, qui ſuos Fratres ibi miſit ad Maurorum, ac Saracenorum conuerſionem. Vading. t. 1. ad ann. 1213. num. 60.

IV. Ad ann. 1225. hanc ipſam irrefragabilem veritatem demonſtrat Vadingus ipſe, loquens de Miramolini Regno in Africa. Ibi enim, ait, vt ſecurius, & commodius laterent, & aliis proficerent, aliquando habitum mutabant, barbam, & comam nutriebant, denarioſque ex eleemoſyna ad victum, & veſtitum recipiebant. Licèt hæc facerent contra ſuarum Religionum inſtituta, attamen ex ineuitabili neceſſitate, & euidenti vtilitate excuſabantur, vt ipſe indicat Pontifex, cuius nihilominus conſenſum, & licentiam ad maiorem animorum quietem requiſierunt viri, nequaquam temerarij, ſed maxima conſcientiæ puritate, ac ſinceritate præditi. Quorum ſupplicationi Honorius graui diplomate ſubſcripſit, ex quo mihi videtur clarè deduci in primitiua noſtra Religione nequaquam fuiſſe in vſu barbam nutrire; quod & confirmari videtur ex antiquis Chronicis, & Mariano de Fratre Helia ad ann. 1230. quo dum abſolueretur à generalatu, receſſit in heremitorium Cortonicenſe, vbi ſingulariter notant hi authores eum permiſiſſe ſibi creſcere barbam. Diploma ex regeſto Pontificio num. 246. ſubijcio.

Vnde barbæ introductio à principio in Ord Prǽd. & Minor.

Helia ſanctitatem fingẽs primus ſibi barbam excreſcere permittit.

Diploma Honorii III. ad Prædicator. & Min.

Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus in Regno Marrochitano de mandato Sedis Apoſtolicæ commorantibus. Ex parte veſtra fuit propoſitum corãm nobis, quod cum ad mandatum Sedis Apoſtolicæ voluntariè vos diſcrimini obtuleritis ob multorum ſalutem prouido vti conſilio interdum mutatis habitum, barbam nutritis, & comam, non tam ad declinandum ad tempus gentis barbaræ feritatem, quæ in Chriſtianos crudelius debacchatur, quam etiam vt prodeſſe pluribus, & liberius viſitare Chriſtianos in carceribus, & locis alijs valeatis, ad iniungendum eis pœnitentiam, dandum ſalutis monita, exhibendum Eccleſiaſtica Sacramenta. Cumque in terra illa gratis non poſſitis victualia inuenire, pro eo quod non panis, ſed pecunia conſueuit ibidem pauperibus in ſubſidium erogari, vrgens neceſſitas vos compellit charitatiuè recipere, ſed parcè denarios, & expendere tantummodo propter cibum, & veſtes; vndè cum hæc ſint contra Ordinis veſtri inſtituta, licèt videatur vobis ab his excuſare ineuitabilis neceſſitas, ac grandis, & euidens vtilitas

aliorum: quia tamen cum Iob veremini omnia vetera opera, diſtricti examen iudicis recolentes, humiliter poſtulationis veſtræ ſuper his à Sede Apoſtolica ſubueniri conſcientiæ, atque famæ.

Cum igitur ex cauſa Dauid coram Abimelech legatur habitum commutaſſe, ac Dominum ſe iunxiſſe in ſpecie peregrini diſcipulis euntibus in Emaus, in fractione panis eis poſtmodum reuelatum, qui etiam tam Dauid pueros ſuper eo, quod in neceſſitate comederent panes ſanctos, quos eos contingere non licebat, quam Apoſtalos excuſauit, dum ipſos Phariſæi arguerent, quod eſurientes alienas, non lotis fricantes ſpicas manibus comedebant: Nos laudabile opus veſtrum, piumque propoſitum attendentes, veſtris ſupplicationibus inclinati ſuper prædictis vobiſcum in illis regionibus quamdiu præſcripta vos arctat neceſſitas, & inuitat vtilitas miſericorditer diſpenſamus, dum tamen fraus non interueniat, ſiue dolus, vel ſinceritatem veſtram cupiditas non ſeducat. Datum Lat. 16. Kalendas Aprilis anno 10.

V. Eo anno 1226. in quo obiit D.Franc. emanauitq; hoc teſtimonium de tranſitu Prædicatorum, & Minorum in Africa, mortuus eſt Ludouicus VIII. Gallorum Rex, cui ſucceſſit in Regnum Ludouicus Sanctus, quo plurimum S.Franciſci tertium ſodalitium gloriatur. Prima Dominica Aduentus Rhemis ſolemniter inunctus eſt, annum agens quartumdecimum. Educatus eſt ſub tutela piiſſimæ genitricis Blanchæ, ei demandata ſuprema viri voluntate. Illius cura, & prudenti magiſterio Prædicatorum, Minorumq; Fratrum adoleſcens egregiè didicit piè numen colere, & boni, ac iuſti ſtudium amplecti. Matri, & Filio tranſmiſerunt ex Aſſiſio Minores in menſe Decembri ceruical humile S.Franciſci, quo ſub morte vſus, quod illi pro magno dono venerati ſunt. Ceruical D.Franciſci ſtramineum accepit veluti meliorem ſui capitis coronam Puer Rex IX. Aloyſius, ſed de Hiſpaniarum Monarcha audi quid ſcribatur Italicè in vita D.Dominici.

Ceruical D. Franc. ad S. Regem Ludouicũ miſſum ab Aſſiſii Fratribus.

La terza marauiglia fù, che quel vaſe battiſmale, nel quale fù lauato il ſanto fanciullo Domenico, dal contatto di quelle ſacre membra riceuè vn non sò che di diuino, e di riuerenza, che però fù ſempre conſeruato in Calaroga con particolar diuotione, fino che nell'anno 1605. il gran Rè di Spagna comandò, che come Reliquia ſi traſportaſſe in Vagliadolit, doue facendoſi il Capitolo generale dell'Ordine, fù da tutti que' Padri riceuuto cõ grandiſſima veneratione, nel quale poi per particolar priuilegio fù battezzato il Prencipe figliuolo del detto Rè, che ſi chiamò Filippo Domenico Vittorio.

Vas baptiſ[illegible] D. Dominici à Regib. Hiſpan. in Valliſoletum tranſlatum.

In eo Philippus IV. baptizatus.

VI Per ceruical B. Franciſci Francica Monacrhia in Domino quieſcat. Per vas baptiſmale Dominici Hiſpanica Monarchia ſuos Principes Chriſto regenerare ſatagat. Nec tamen vtraque ſine

vtroque Hierarcha, ſine quo nec Rex ſcilicet Aloyſius, vix natus, & ad Chriſtianiſſimum, ac ſanctum regimen educatus, vt inferius dicendum.

Franc. quam ſimilis Chriſto erga fidei propagationem in toto terrarum orbe.

VII Imitatores Chriſti effecti Dominicus, & Franciſcus, adunatis eorum ſocijs totum fermè perluſtrarunt Orbem. Franciſcus cum ſuis eiuſdem nationis ſocijs, & ex illa vnitate, atque identitate Patriæ diuerſitatem Nationum, & Gentium per ſuos alumnos ad Chriſtum mirabiliter conuertit. Apoſtoli omnes (audiant illi, ad quos ſermo dirigitur) ex eadem gente, & patria fuere, teſte Lirano, Cornelio à Lapide, Salmerone, & alijs in cap. 1. & 2. Ab ea vnitate nationis (hanc carpunt nonnulli in inſtitut. Ordinis Minorum apud Arturum in Prolog. art. 24.) exorienda erat tum vna fides, vnumque baptiſma: tum conuerſio hominum, qui congregati in vnum ſub vno capite Chriſto, & eius Vicario Eccleſiam ſolam, & vnicam componerent. Vide D. Auguſtinum lib. 8 de Ciuitate Dei cap. 49. Item ſerm. 74. & 188. de Tempore. Item ſerm. 27. de verbis Domini. Quæ proinde iure, meritoque vocatur Catholica, Apoſtolica, ac Romana: dictum quippè fuit à Domino ipſis Apoſtolis: *Euntes in mundum vniuerſum docete omnes gentes, prædicate Euangelium omni creaturæ*, &c. Matth. 28 verſ. 19. Marc. 16. verſ. 15. Hęc omnia S. Franciſcus vna cum duodecim ſocijs, Chriſti edoctus exemplo, adamuſſim compleuit: abſque pera, pecunia, vllaque exagoga, ſed vna tunica contenti, nudis pedibus, in paupertate, humilitate, & cæteris virtutibus Apoſtolicis fidem propagarunt ex S. Bonauent. Piſano, &c.

Chriſti diſcipuli ex eadē natione, prouincia, ac patria.

VIII Mirabile certè! & vltra mentis humanæ captum putaretur, quod de profectibus Fratrum Minorum in omnes gentes refertur, niſi Sancti, & oculati teſtes nobis præſtò adeſſent. D. Franciſcus adunatis ſocijs duodecim primariis ſuperſtes extitit annos quindecim: obiit etenim anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto. At eo breui temporis ſpatio inuenies eundem Patrem Seraphicum cum ſuis alumnis, Italiam omnem, Galliam, Hiſpaniam, Angliam, Germaniam, Hungariam, Hyberniam, Scotiam, Sueciā, aliaſque Aquilonares Prouincias: tum Aſiam, Græciam, Syriam, Aegyptum, Marocchium, & Africæ nonnulla alia Regna perluſtraſſe, inhabitaſſe, atque ſalutaribus monitis, & exemplis inſtruxiſſe. Tanta autem felicitate id opus peregerunt Apoſtolicum, taliqueincremento profecerunt, vt totus fermè orbis edoctus ſit, multique peccatores pœnitentiam egerint: alii verò Frāciſcanum induerint habitum, quorum numerus tunc longè exceſſit omnium alterius modernæ Congregationis Patrum, quantumuis nunc vbique degentium, cæterumque. Quod ſi vltra progrediendum eſt, paradoxa omninò iudicabuntur noſtri Ordinis ſchemata; etiam antequam

Franc. cū 12. ſociis breui peragrauit orbem.

tequam duodecim illi primarii S. Franciſci ſocii obierint, cælumque inuecti ſint.

IX Hinc ſciendum, hos duodecim D. Franciſci ſocios pro maiori parte Sacerdotes extitiſſe, atque eximios concionatores: alios verò laicos fuiſſe. Iacobus Brauſſeus (ex Fauſtino Ciſtemienſi) cap. 30. in vita B. Arcargeli Scoti, Capuccini, videtur dicere, illos nullis coruſcaſſe miraculis: ſed perperam, Præfatos etenim vitæ ſanctitate, atque gloria miraculorum claruiſſe, ſcribunt, S. Antoninus 3. part. hiſt. tit. 24. cap. 7. Piſanus Fruct. 8. & 11. part. 2. lib. 1. conform. Sedulius commentar. in cap. 3. vitæ S. Franc. 56. Toſſinianus, Gonzaga, Picquetus, Algezira, &c. ſuis in locis à nobis adducti. Horum autem omnium vltimus finem vitæ accepit ann. 1261. B. Aegidius, quo temporis interiectu, conſpicies, velim, qualiter in vniuerſas fermè infidelium terras ſe ſe diffuderint Fratres Minores, fidem diſſeminaturi: tum ex litteris Gregorij IX ad ipſos ſcriptis ann. 1233. tum ex Bulla Apoſtolica Alexandri IV. ann. 1258. quæ ſic incipit *Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei: Dilectis filijs Fratribus de Ordine Minorum in terris Seracenorum &c.* vide in 4. facie, & apud eam plurimos alios ſcriptores, quos citat Martyrolg. Franc. in prol. art. 4. §. 156. & alibi. *Vndè certiſſimè conſtat* (ait meritò D. Bonau. in cap. 9. Regulæ) *quod nullis Religioſis plus competit prædicare ex ratione ſtatus ſui, quam his, qui hanc regulam profitentur.* vide Suarez. tom. 4 lib. 2. de varietate Religioſ. cap. 7. ac Rainaldum tom. 13. annal. Eccleſiaſt. qui refert Nicolai IV. pro Fratribus Minoribus ad vniuerſas gentes ann. 1288. §. 32.

Socij B. Franc. claruerunt miraculis.

X Adeò autem diuinitus hoc noſtrum excreuit inſtitutum, vt ad ann. 1260. 33. Prouincias habuerit, additis remotiſſimarum Regionum vicarijs, de quarum numero ordine, & terminis agendum cum S. Bonau. cum Piſano, cum Vadingo in 4. facie. Quas quidem *nouellas plantationes in iuuentute ſua*, haud potuit nunc vſque alia recenſior ſocietas, ſiuè Congregatio, ſiuè Religioſoru m numerum ſpectes, ſiuè Conuentuum, atque Prouinciarum ingentem copiam attendas, vel deniq; cunctas totius orbis oras, ab ijs peragratas, æquare. Quod ſi quis Zoilus eam Conuentuum Fratr. Minorum multitudinem cauillari audeat, legat attentè, præcor, reſponſum pro S. Othone Epiſcopo Babenbergenſi, qui multis perperam arguebatur, quod tot Monaſteria extrueret, apud Surium 2. Iulij, in vita eius lib. 1. cap. 25.

Ad ann. 1260 ingens Hierarchiæ Franc. amplitudo.

XI Quod adhuc de Min. Ordine ſcriſi, & de Ordine Prædicatorum fatendum eſt veluti res comperta. Hos quoque Ordines alios Religioſos præueniſſe anticipaſſeq: in noſtro æuo vtraſque Indias verſus, idem auctor demonſtrat pluribus in locis ex

PP. Prædicat. Hierarch. amplitudo, ac ſplendor.

illorum temporum hiſtorijs. Maxima vtique amplitudo, ingens ſplendor in Patrum Prædicatorum Hierarchia: Si de Prouincijs erit ſermo, extant hodie 43. Si de Conuentibus 2000. Si de Fratribus 40000. Si de Monialibus 20000. Sancti canonizati, quibus gaudet Dominicana Hierarchia 8. Beatificati 200. Martyres 1000. Pontifices tres, Cardinales 45. Epiſcopi 2000. Generales 57. Inquiſitores Generales, ſiue S Rom. & vniuerſalis Inquiſ. Commiſſarii Prouinciales innumeri. Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri 65. Horum Princeps Sanctus Hierarcha, ac Patriarcha Dominicus, poſtremus, nunc ſuperſtes, religioſa nobilitate decorus.

Doctores egregii nominis in Dominicana Hierarchia 200. Magiſtri ſine numero. Eminentes in pluribus ſcientiis multi, & magni, quorum volumina ditarunt illuſtriores Bibliothecas, docuerunt ſublimiora ingenia. Principes in propriis ſcholis ab ipſis fundatis, & in variis diſciplinis equidem haud pauci; inter omnes tamen notiores, & ſapientiores Beatus Albertus Theutonicus, ſanctitate, & doctrina Magnus, & Sanctus Thomas Aquinas Italus eius diſcipulus, moribus, & Magiſtratu Angelicus, ac ſummus in tota Monarchia Eccleſiaſtica Theologus, & Præceptor.

B. Albertus Magnus. S. Thomas Aquinas.

XII Aemula more Apoſtolico huius Dominicanæ Hierarchiæ pariter & Franciſcana, apoſtolica quoque cupidine ſimul cum ipſa, veluti vnius partus gemella, proprium ſplendorem, & amplitudinem dilatauit. Non enim fundauit Deus iſtos ſacros Ordines eodem tempore, eodem actu, & ad eundem finem, vt vnus ſine altero in Eccleſiæ ſuæ iuuamen vel tardius progrederetur, vel minori interuallo orbē orthodoxum occuparet, vel non pari maieſtate in admirationem cunctos alliceret. Hierarchica ordinatio Franciſcana Martyrum, Confeſſorum, Doctorum, Virginum, Coniugatorum, Viduarum, nunc à nobis conſcribenda.

Sex hi Chori, ſex alis Seraphim Franciſci & numero, & ſymbolo auſpicatiſſimi. In eis quamuis ſex, & nouem pariter Chori Angelorum per imitationem.

†

DISTIN-

DISTINCTIO II.

Primus Ordo in Franciſcana Hierarchia ſunt Martyres. Quorum ſanguis Europaeas, Aſianas, Africanas, Americanas oras in Catholicæ Fidei promulgationem illuſtrauit.

I PRO cunctis Chriſti Martyribus tritum eſt Euangelicum illud Ioann. 12. *Niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, &c.* Vbi noſter interpres ſerm. 3. de vno Martyre ita explicat: *Fuit ergo ille Martyr granum frumenti propter ſeptem proprietates frumenti, ſeptem virtutes ſignificantes contra ſeptem peccata generalia, & capitalia.* Prima virtus apud ipſum eſt Humilitas contra ſuperbiam. Secunda Charitas per amorem Dei, & proximi contra inuidiam. Tertia Manſuetudo & Patientia contra iram. Quarta Aggreſſio arduorum (hæc eſt magnanimitas) contra accidiam. Quinta Nuditas rerum omnium temporalium contra auaritiam. Sexta Abſtinentia contra gulam. Septima Caſtitas contra luxuriam. Vide eius probationes, ex totidem frumenti proprietatibus multa arte, & eloquentia deductas.

Quilibet martyr granum frumenti propter ſeptem virtutes contra 7. vitia.

II Sed paulò ſuperius dixerat: *Et ſic de membris iſtius Martyris factus eſt delicatus panis in odorem ſuauitatis Domino, qui in clibano eſt poſitus, quando Paſſioni, & Martyrio eſt expoſitus, & ſic curia Paradiſi eſt præſentatus.*

Martyrũ membra delicatus panis pro curia cœleſti.

O quot panes delicatos, ac ſuaues, omnique delectamento refertos ex pœnu ſuo regali locupletiſſima, perdiueſque Fratrum Minorum imperatrix Paupertas præſentauit adhuc Regni cæleſtis conuiuio, in quo Chriſtus Dominus *præcingit* ſe, & commenſales ſuos cum ingenti apparatu, ac prætioſiſſimis, & ſemper nouis ferculis, *Facit diſcumbere, & tranſiens miniſtrat illis.* Innumerabiles hi profectò panes, non ſecus ac orbium cæleſtium ſydera, de quibus Pſalmiſta: *Stellas Cæli numerare quis poteſt?* Quos numerat Martyrolog. Franciſcanum, alios ab Eccleſia Romana declaratos, alios verò nondum, reliquos vt veros Martyres, excedunt hodie eam ſummam, quam §. 17. Prologi indigitat ſub calculatione 1650. Anonymi etiam innumeri, ignoti itidem ſine numero, & ab eo ſolum connumerandi, & cognominandi: *Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Pſal. 146.

Ex pœnu paupertatis FF. Minor. innumeri Martyrum panes;

Habes,

III Habes, mi Lector, Sanctorum Martyrum Cathalogum promiſcuè apud tres principales, ac probatiſſimos noſtri Ord. Scriptores, ſcilicet Gonzagam, Arturum, & Vadingum. Apud Gonzagam in omnibus quatuor partibus ſui operis inuenies Seraphicos Martyres ex omni Mundi plaga, quorum alios in principio naſcentis Ordinis peperit Religio, ac propterea omnibus S. Franciſci ſtirpibus communes. Alios dedit Regularis Obſeruantia, alios Patrum Conuentualium ſoboles, alios Reformatorum Congregatio, pluribus nominibus nuncupata; denique alios Capuccini dedere. Ex noſtra Europa innumeri in illo Gonzagæ Elencho ad 1. partem adnotantur. Præcipui ſunt apud Gallos in Prouincia Franciæ 6. Franciæ Pariſinæ. 6. in Prouincia Turoniæ Pictauienſis. 5. in Prouincia Turoniæ. 2. S. Bonauenturæ. 5. Aquitaniæ Reformatorum. 2. in aliis Franciæ Regionibus. 33. omnium ſumma ex ſola Francia 64.

Martyres in Elencho Gonzagæ.

Martyres Europæi.

IV Prouincia Germaniæ inferioris apud Belgas dedit Martyres Franciſcanos 21. Prouincia Flandriæ apud eoſdem Belgas. 4. & plures alios, quorum nomina tunc auctor ignorabat. Anglia 38. Omnium ſumma 63. quæ cum priori Gallicana (præter eos, qui nondum Authori innotuerant) 127. & cuncti Martyres Europæ. Ex Aſia apud Indos orientales Martyres 12. ſunt & plures alii, ait Gonzaga beati Martyres, quorum meminit Franciſcanæ hiſtoriæ author P. Marcus Vlyſipponenſis Portugalliæ Epiſcopus. Fuiſſe autem primos Fratres Minores, deinde alios religioſos in illis Indiæ orientalis partibus; vide authores, quos affert Arturus 31. Auguſti §. 21. ſed de hoc nos inferius.

Martyres ex Aſia.

Ex Africa.

Ex America.

V Ex Africa claſſes duæ Martyrum in principio Ordinis, viuente S. Franciſco, qui miſit ſuos binos in omni terra, vbi exiuit eorum ſonus; ſed de his paulò poſt. Ex America apud Indos occidentales ponit Gonzaga Martyres 17. ac per conſequens omnis terra adorat Dominum, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis Franciſcanis, per quos non eſt in quatuor mundi partibus, ſcilicet, orientali, occidentali, meridionali, ſeptemtrionali, vt explicat D. Antonius de Padua, alibi à me datus; *Non eſt inquam, qui ſe abſcondet à calore eius.* Itaque iuxta Cathalogum Gonzagæ, Martyres Franciſcani in Seraphica Hierarchia in toto orbe 238. exceptis his, quos citat ex Marco de Liſbona. Ex Europa 127. Ex Aſia 12. Ex Africa 12. Ex America 17. Gonzagæ Generalatus ad annum Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, ab hoc tempore vſque ad illud, in quo ſcripſit P. Arturus Recollecta ſuum Martyrologium, creuit admodum Martyrum Franciſcanorum ſumma. Omnium nomina, martyria, gradus, profeſſio in Religione, loca, & regiones martyriorum quære apud ipſum per to-

Mart. Franc. apud. Martyrol. Arturi.

tum illud opus, verè egregium, & per ſynopſim in eius indice copioſiſſimum.

VI Vadingus noſter in ſyllabo de Martyribus Franciſcanis ad alteram partem operis ſui de ſcriptoribus enumerat illorum nationes ex omni mundi plaga ordine alphabetico. Hic tranſcriptio ſine nominibus, Angli 15. Armenus vnus, Ioannes Rex. Belgij 49. Catalanus vnus. Galli 186. Germani 53. & quamplurimi alij. Hiberni 19. Hiſpani 46. Vngari 7. Hiapponenſes 78. Indi 13. Itali 53. Poloni 5. Scoti 129. Multi omiſſi ſunt in hoc indice ait author, quorum natalis regio ignoratur, ſed in indice typographico exprimuntur. Vide ipſum, & tam ex priori ſyllabo, quam ex poſteriori indice typographico, per alphabetum etiam digeſto, ingentem Martyrum Franciſcanorum ſeriem numera, ſi potes. Mart. Franciſcani apud Vading. Angli Armeni Belgii Catalani Galli Germani Hiberni Hiſpani Vngari Iapponii Indi Itali Poloni Scoti

Ibi ſyngillatim inuenies apud Cairum Babyloniæ in Aſia ex Reformatis.

1 Bartholomæum Martinozum.

2 Franciſcum Neapolitanum. Martyres Reformati apud Cairum

3 Ioannem Etheum.

4 Nicolaum à Monte Coruino.

5 Petrum Romanum. Quibus addimus ex iuratis, & authenticis relationibus.

6 Innocentium Bizzarri, itē Rom. qui anno præterito 1662. de menſe Februario, cum primum Maumethicam legem vix diebus quatuor amplexus eſſet, ſed mox eam publicè reſpuiſſet, exprobraſſet, impugnaſſet, capite plexus eſt. Eius abſciſſum caput ter reſiliens, ter etiam protulit hanc vocem, *Veritas, Veritas, Veritas.* P. Innocent. Rom. ad Cairum.

Aſt præceſſerunt hunc felicem iuuenem Sacardetem, & Fratrem noſtrum Innocentium, Roma oriundum, & in hac Prouincia Romana Reformata profeſſum, alii duo ex noſtris Reformatis Sacerdotes, & verbi Dei præcones.

1 P. Franciſcus Tarentinus ex Prouincia Reformata S. Nicolai Barenſis in Regno Neapolitano. Duo alii ex Reform. ad Arabiam Petream.

2 P Cherubinus de Calataierone Siculus ex Prouincia Mazariæ vrbis Panormi. Miſſionarii & hi quoque Apoſtolici ad Arabiam Petream, & ad Nigritas, ab amne nigro interiori Aethiopiæ ita nuncupatos, de quibus Strabo lib. vlt. & Plin. lib. 5. cap 8. Cuphatæ, ſeu Caphatæ homines ſylueſtres, qui homines albos, vt comedant, venantur, occiderunt, & veru aſſos, ac torrefactos vorauerunt. Commeſti à Cuphatis.

VIII Poſt hos venerabiles Martyres, quos Sacra Congregatio de Propaganda literis patentibus ad eam tam arduam, & impracticatam miſſionem deſtinarat, ſucceſſerunt Martyres Reformati Albaniæ. Nam illi ante Capitulum Generale Aræcelitanum de anno

anno 1639. vbi ipſe interfui, ſicut etiam in Congregatione Generali ſubſequenti de anno 1642. occiſi ſunt. Martyres verò Reformati Albaniæ in vrbe Scutari ſanguinem effunderunt ann. 1648.

Martyres Albaniæ.

1 P. Iacobus de Sarnano Theologus, & Concionator ex hac Prouincia Romana.

2 P. Ferdinandus à Prouincia Genuæ Theologus, & Concionator, qui palo affixus, ac triduo in eo viuens, Romanã fidẽ Turcis prædicare non deſtitit, & illorum Sectam exprobrare. De his duobus Martyribus ita Sacra Congregatio;

Die 8. Iunij 1648. Referente Eminentſsimo D Cardinali Cornelio ex relatione P. Cherubini de Tridentino miſſionum Reformatorum in Albania Præfecti.

Sacra Cõgr. de Propagãda.

Sacra Congregatio decreuit, vt infra. Primo, quoad perſecutionem à Turcis commotam die 26. Februarii proximi cõtra miſſionarios ob Albanenſium tractatum cum Venetis, de ſubijcienda eis Albania, & de crudeli morte duorum miſſionariorum cum Palo, videlicet Fratris Iacobi de Sarnano, & Fratris Ferdinandi Albiſciolæ Reformatorum S. Franciſci, & de eorum conſtantia in confeſſione fidei catholicæ, dum eis fuit promiſſa vita, ſi tranſirent ad Mahumetanum: ſacra Cohgregatio de perſecutione doluit vehementer, & conſtantiam miſſionariorum quamplurimum commendauit, & Chriſto Domino gratias egit.

X Sed ante hos duos alii duo ſocii ipſorum longè ab vrbe ad Montañam à Turcis necati ſunt, ſcilicet.

1 P. Saluator de Offida Marchianę prouinciæ.

2 P. Paulus Mantuanus ex prouincia S. Antonii apud Venetos & hi quoque Reformati.

Mart. Tranſiluaniæ, & Belgii.

X Præterea & quamplurimos alios Martyres noſtros Reformatos paſſim in Tranſiluania à turcis, ſciſmaticis, & hæreticis exuſtos, paſſim in Belgio ſuſpenſos, quorum Præfectus P. Bonauentura à Ieſi ex hac prouincia Romana reformata, vir doctus, & eximius verbi Dei præco.

XI Tres alii ex noſtris Reformatis Theologi, & Concionatores in odium fidei obiere.

Mart. Aethiopiæ.

1 P. Ioſeph Torculanus de Athino huius almæ prouinciæ alumnus.

2 P. Felix de Felici à S. Seuerino ex Prouincia Marchiæ.

3 P. Antonius de Martinis à Petra Pagana prouinciæ Principatus apud Neapolim. Hi tres à ſacra Congregatione de Propaganda ad Aethiopicum imperium miſſi, capite truncati ſunt an. 1648. de menſe Martio in inſula Squaquen ad mare rubrum propè Aethiopiam, id procurante Facilidaſſo Aethiopiæ Imperatore ſchiſmatico. Hos ſequutus deinde P. Clemens Germanus Tyrolenſis,

ac

ac Ciuis Brixinæ,ſed ex prouincia reformata Venetiarum,qui anno 1655.ab hæreticis Caluiniſtis Vallis Lucernæ,vbi cum aliis miſſionariis ex noſtris morabatur, cum quodam puero eius diſcipulo enſibus, pugionibus, gladiis, ſcopletis inhumaniter confoſſus,nec cecidit genuflexus per plures horas, etſi impetu ab hoſtibus impulſus, & vndique tranſuerberatus ; nec eius manus dextera Crucifixum eleuatum, quem fortiter ſtringebat,quamuis pluries percuſſa, dereliquit. Martyr in Valle *Lucerna*.

XII Alii ex noſtris Reformatis ab hæreticis pro Chriſto, & in odium religionis Catholicæ, & fidei Romanæ necati prætereuntur, eos tantum hic referentes, quos Sedes Apoſtolica declarauit. Hi verò ſunt in duplici diſcrimine, nam nonnulli communes ſunt omnibus Ordinibus Franciſcanis,etſi primò ad eum Ordinem pertineant, qui regimini Miniſtri Generalis totius Ordinis ſubiicitur. Reliqui ad ſolam Reformationem Diſcalceatorum ſpectant.

SANCTI MARTYRES REFORMATI.

Duabus claſſibus diſtinctis, in quibus tot numero Oſtiæ, ac primitiæ in Hierarchia Franciſcanæ exordijs, quot Apoſtoli in Monarchia Eccleſiaſtica fundationibus.

I EVropa, *Aſia*, *Africa* conſtabat Mundus B.Franciſci tempore. anno Chriſti 1209.qui erat eius ſecundæ conuerſionis, & religionis ro. iuxta ſolidius computum pro ſe elegit *Aſiam* in oriente ad Soldani conuerſionem, quod & obtinuit. *Aſia* nunc in quinque potiſſimum diuiditur partes,quæ ſunt Tartaria,China, Indiæ, ſub quibus inſulæ adiacentes. Perſarum, ſiue Sophorum dominatio,ſub qua comprehenditur *Armuziæ* peculiare regnum, & Turcicum imperium. Qui ergo deſtinandus erat ad quinque Chriſti vulnera pro totius Eccleſiæ reparatione,eligat ſibi ampliorem orbis partem, & ea potiſſimum, quæ in partes quinque diſterminanda erat, & ad clariorem Franciſci notitiam in Terram Sanctam,maxime aperiendam aduerſus Mahumeticam impietatem. Fratri Egidio profeſſione laico, ac tertio ſocio ſuo lectiſſimo, qui & contemplatiuorum hominum Phœnix, iam deſignauerat *Africam*. Aſiæ miſſio B.Franciſc. à Deo præordinata.

II Ne mireris vbi audis Diaconum Hierarcham Fratri laico, & idiotæ ad *Africæ* gentem barbaram conuertendam, *Africam* ipſam deſtinaſſe. Sanctiſſimus ſeruus Dei Ludouicus (vt de recentioribus loquar) Laicus fuit Luſitanus Reformatus,& inter Confeſſores Minoritas adſcriptus, & tamen in Indiam traiiciens, admirabili ſanctitate nituit, ad cuius proceſſus conficiendos pro il- F.Aegidio Laico deſtinata Africa. F. Ludouicus Luſitan.

Y lius

lius canonizatione, literæ petuntur apoſtolicæ, prout conſtat ex libello Neapoli edito anno 1626. apud Typograph. Ioann. Dominici Roncalioli, & ex Rampi... æo in hiſt. generali orig. Recollect. præfat. part. 2. § 4.

Fratres Laici Franc. ad cōuerſ. infidel. ordinati.

III Hinc velim aduertas cum Martyrologij Franciſcani authore, quam mira egerit Diuina Prouidentia etiam per manus fratrum noſtri ordinis laicorum in conuerſione infidelium, maximè Indorum tum orientalium, tum occidentalium, Fratres Minores Obſeruantes, vel Reformati, ſeu Recollecti, ac Diſcalceati, & Capuccini Apoſtolorum veſtigia ſectantes in propagandam fidem catholicam, & amplificandam Hierarchiam Seraphicam, Americam, & alias Indiarum regiones perluſtrarunt, ſicut in dies perluſtrant. Sunt iam promiſcuæ profeſſionis, & in eis idiotiſſimus ipſe ad conuertendum Barbariſmum, & ad confundendos ſapientes huius ſæculi per ſtultitiam Crucis, non minus ac ordo apoſtolicus idoneus. America tempore S. Franciſci nondum detecta, vix poſtea detecta, & Sacerdotes, & conuerſi noſtri ſtatim eam ante omnes alios penetrauere.

Europa ſub figura Draconis.

IV Europa ergo (vbi primis decem illis annis ab exordio ordinis vltra quinque millia Fratrum enumerati fuere in Capitulo Generali Aſſiſij, de Storeis nuncupato, præter illos, qui in domibus remanſerant) erat tunc maximè, ac principaliter Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus deſtinata Europa vniuerſa, teſte Strabone figuram Draconis præſefert. Caput eius Hiſpania, collum Gallia, corpus Germania, alæ dextra, leuaque Italia, ac Cimbrica peninſula. Situ erat tum Draco Europa omnis, Draco pariter & moribus, quibus ei ſtigius ille Draco dominabatur, aduerſus quem miſſus eſt D. Franciſcus, & eius ordo, quod fortè indigitare voluit Romanus Pontifex Gregorius IX. illo carmine pluries memorato. *Caput Draconis vltimum, &c.*

Alia lineatio Europæ ſub figura ſedentis fœminæ.

V Recenſiores Geographi ſedentis fœminæ ſpeciem Europæ tribuerunt, dederuntque ſua peculiaria membra, veluti ſi eius caput eſſet Hiſpania, collum extrema Gallia, quæ Pyreneis ſubiacet montibus, pectus ipſa Gallia, brachia Italia, ac Britannia, venter Germania, vmbilicus Boemia. Reliquum corporis ſub veſtibus, late circa ſedem diffuſis, implent Nomergia, Dania, Suedia, Finlandia, Liuonia, Lituania, Pruſſia, Polonia, Vngaria, Slauonia, Croatia, Dalmatia, Græcia, Tracia, Seruia, Bulgaria, Tranſiluania, Valachia, Moldauia, Tartaria Præcopenſis, & Moſcouia.

VI Sedens hæc Mulier ſuper ſimbolicum Draconem ad viuum mulierem Apocalypſeam præſentabat, quando Deus miſit Dominicum & Franciſcum in mundum, quod iam oſtenſum eſt ex dictis in 2. cap. 1. fatici, vbi de ſtatu Eccleſiæ in illis temporibus ex

Vadingo & alijs apud ipſum. Quibus ſi addamus & Doctorem noſtrum, qui cum Franciſco aduerſus eandem mulierem fuit miſſus, equidem ex illa geographica lineatione moralis Europæ figura verior, ac viuacior erumpet. *Mulier*, ait Dom. 24 poſt Trin. ſuper Apocalypſ. 17. *quæ ſedebat ſuper beſtiam coccineam, erat circumdata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioſo, & margaritis, habens poculum aureum in manu ſua plenum abominatione, & immunditia fornicationis, &c. Mulier eſt Vanitas mundi, quæ ſedet ſuper beſtiam; ideſt Diabolum, qui habet in manu poculum aureum, ideſt claritatem dignitatis tranſitoriæ, plenum abbominationibus, & immunditia fornicationis. Conſcientia, & opera eorum, qui in hac impuritate offuſcantur perhibent teſtimonium ſibi, & nobis quanta ſit abbominatio ibi, & fornicationes, & immunditia. Quicumque hoc poculo potatur, ſitiet iterum, & vtinam non arderet cum purpurato Epulone in æternum. Heu, heu, omnes ferè video currere ad potandum de hoc poculo.*

Europa myſticè ſuper Dracone ſedens.

Fallar, niſi ille vnus de ſeptem Angelis, qui oſtenderat Ioanni mulierem fornicariam, binum Angelum, ſcilicet Dominicum & Franciſcum ſignificaret, ſed de hoc alibi. Dominicus & Franciſcus haud oſtendit ſuis Europam in ea ſymbolica apparentia, ſed tradidit conuertendam, nec eam ſolam tradidit, ſed totum mundum, qui tunc mortalibus innoteſcebat.

Dominic. & Franc. figurati.

VII Africæ, vltra Nili fontes, ac montes Lunæ prorſus incognitæ, aduenæ primi Phenicum coloni, alijque ex *Aſia*, atque Aegypto. Paruit olim Romanis, poſtea Græcis Imperatoribus, deinde Vandalis, Saracenis, *Arabibus*. Nunc partem tenet Turca, partem Seriſus, quem vocant, partem Reges alii, partem denique Hiſpaniarum *Rex*. Pars *Africæ* principalior poſt Aegyptum Barbaria, cui ſequuntur aliæ quinque partes, iuxta recenſiorem eius diuiſionem, nempè Biledulgerid, Sarra deſertum, Nigritæ Aethiopia interior, ſiue ſuperior, quod *Abyſſinum* imperium, & Aethiopia exterior, ſiue inferior. Barbaria nobiliſſima totius *Africæ* regio in ſex partes diuiditur, quarum vna Barcana nuncupata eſt Prouincia; quinque reliquæ ſunt *Regna*, Tunetanum, Tremiſenum, Feſſanum, Maurocanum, Darenſe.

Primi, ac ſucceſſores Africæ incolæ.

Dominatores,

Partes, ac regiones.

PRIORIS CLASSIS.

Quinque Martyres Marrhochij complectitur. Ipſi tamen anteſignana Ordinis Prædicatorum claſſis.

Quo anno B. Franc. hanc 1. claſſem miſerit.

I. **B**Ergo Franciſcus anno, vt diximus, à ſua conuerſione ij. priorem Sanctorum Martyrum claſſem deſignauit; poſt quam multis periculis iter iam aggreſſus, vt Soldani adiret præſentiam; nomen huius Soldani, à D. Franciſco conuerſi, Macaladinus, alijs Volricus; vide Vading. ad ann. 1219. num. 54. & 56. Vt autem ſicut pro ſe elegerat Aſiam verſus orientem, ita prò alijs Occidentem præfixit ad Africanas oras, quatenus tum per ſe, tum etiam per ſuos Maumeticæ genti Euangelium pateret, & quaſi Mundum totum ad Chriſtum conuerterent. Eis deſtinauit in Prælatum fratrem Vitalem, virum vtique omni ſanctitate, & diſcretione præcipuum, ſed Aragoniæ obijt, & ad Cælum ante ſocios ſuos euolauit. Miſit illos ad Mauros Marrhochinos, vbi iam ipſe per Portugalliam ſe tranſtulerat anno circiter 1213. & 1214. Alij dicunt anno 1217. quod Vadingo minimè probatur tom. 1. ad ann. 1213. num. 60. Hoc nanque tempore, inquit, D. Dominicus, præueniens Franciſcum ſuum, ſuos nouos Apoſtolos miſit Marochium vt ſuperius dictum eſt.

Horum quinq; mart. prælatus.

Vrbs Marrochii.

II Vrbs Marrhochii, vndè & Regni, inter quinque Barbariæ præfata penultimi, nuncupatio, caput. Ampliſſima, ac celeberrima olim, & inter maximas vniuerſi orbis memorata; at poſtea ab Arabibus diuexata, nunc malignè colitur. Ad eam vrbem quinque Sancti Martyres noſtri, fauentibus Principibus, Rege Alfonſo II. ac Regina Vrraca eius coniuge, nec non & domina Sancia infante ac Virgine, appulſi ibidem, capite truncati anno Dom. 1220. ſub eodem Honorio III. ac Federico II. die 16. Ianuarij. *Pretioſa in conſpectu Domini mors* horum quinque Sanctorum Martyrum Franciſcanorum.

Rex Miramolinus occidit quinq; mart. & eorũ mortem pretioſã reddit.

III Prætioſa etiam, ſpectabilis, ac nobilis in conſpectu Dominorum Mundi, eo quod Regis Miramolini dextera ipſorum capita regio enſe abſcidit. Prætioſa demùm ac omni gloria exaltanda, quia eorum Reliquiæ, & exempla D. Antonium de Padua ad Franciſcanæ Eccleſiæ pepererunt. Vide Vadingum citatum, & cæteros hiſtoricos noſtros, ex quibus poemata mea Italica vna cum proſis collecta. Deo per baptiſma, ac per incruentum Martyrium ſub iugo Seraphici inſtituti hos primos Martyres peperit Hierarchiæ Franciſcanæ Italia in Prouincia Tuſciæ, antequam ad cruentum Martyrium æderet Morrhochium. Eorum nomina.

S. Pater

1 S. Pater Bernardus de Carbio in Narnienſi comitatu probitate vitæ, diſcretione morum,prædicatione, & linguæ Arabicæ peritia famoſus. *Martyrũ no-mina,& profeſſio.*

2 S. Pater Petrus è S.Geminiano in comitatu Florentino Sacerdos.

3 S. Pater Otho Sacerdos.

4 S. Frater Accurſius conuerſus, & ex noſtrorum Religioſorum laicorum cætu, quos Matres vocari in ſua regula B.Franciſcus præcipit; quoſque & plurimum humilitate, ſimplicitate, charitate ſanctiſſimè floruiſſe,ac in dies paſſim florere in Franciſcana Eccleſia,& in Chriſtiana Republica teſtantur quotidiana monumenta. *Fr. laici noſtri mart.vocantur in Regula.*

5 S. Frater Adiutus etiam & ipſe quam felix laicus,qui meruit iuxta ſacrarum plagarum Chriſti, & parentis noſtri Franciſci numerum, fratrum ſuorum numerum quinarium per ſui adiunctionem perficere, ſimulque Franciſcanarum victimarum primitijs ſuũ quoque (veluti prætioſum vinum ad ſummam cordis Franciſci hilaritatem) ſacrum ſanguinem præſtare. Paſſi ſunt hi primi Martyres ſub Honorio III. Romano ex illuſtri Sauellorum gente, qui regulam S. Franciſci ſcripro confirmauit, quam eius prædeceſſor Innoc. III. *Conti* viuæ vocis oraculo antea approbauerat vt ſuperius monſtratum eſt. Et ſub Federico III. Imperatore Sueuo.

VI Declarati fuere in numero Martyrum poſt annos ducentos, & amplius, nempè ann, 1481. à Romano Pontifice Sixto IV. Minorita Sauonenſi ex nobili familia de Ruuere, cuius ſerenitas tam in Ducibus Vrbini exſtincta,magnorum Ducum Florentinorum per Victoriam de Ruuere ſuperſtitem,modernam ſtirpem propagauit. De his quinque Martyribus, & eorum miraculis in Coimbriæ vniuerſitate, vbi eorum Reliquiæ ſunt, venerantur, coluntur ad Cœnobium S. Crucis Clericorum Regularium D. Auguſtini ſcripſere varii auctores, quos adducit Vading. vt & alij poſt ipſum. *Horũ quinq; mart. à S. R. Sede declaratio.*

POSTERIOR CLASSIS.

Septem Martyribus Cepta conſtat.

I REgiones, atque gentes, in quas olim diuiſa fuit Africa, ſunt Aegyptus, Cyrenetica, Africa Minor,ſeù propriè dicta Troglodytæ, Garamantes, Numidia, Mauritania,Getulia, Lybia interior, Arabia Troglodytica, & Aetiopia. Mauritania diuidebatur etiam antiquitus Malua flumine in duas ſcilicet in Cæſarienſem, quæ Numidiam contingit, & Tingitanam, quæ Oceano *Antiqua Africæ diuiſio.* *Mauritaniæ diuiſio.*

Tingitanæ Mauritaniæ regna.

perſuaditur. Vſque ad C. Cæſarem Imperatorem qui poſtea in duas Prouincias diuiſit, fuerunt regna illa & Cæſarienſis Prouincia Bocchi regnū antea appellata, & Tingitana Bogudiana à Rege Bogud. Tingitana duo regna nunc amplectitur, Feſſanum & Marrhochij, eius nuncupatio ab Vrbe Tingi vulgo Tanger.

In eius Ciuitatē Septam, ſeù Cæptam ad fauces freti Gaditani, poſterior claſſis Franciſcana Martyrium conſumauit anno immediato, ſcilicet 1221. poſt martyrium prioris claſſis iuxta probabiliorem ſententiam apud Vading. ibidem, & ſcriptoribus, quos ipſe affert; non autem cum alijs, qui ponunt ann. 1227. Vide etiam hanc controuerſiam in Martyrologio Franciſcano 13. Octobris.

Horum martyrum Prou. nomina, & profeſſio.

II Prouincia Calabriæ in Regno Neapolitano ita nuncupata à ſua fertilitate ac bonitate, *calo* enim græcè *bonum* eſt latinè, quæ ab his ſeptem Martyribus titulum apud nos accepit, dedit hoſce ſtrenuos pugiles. Eorum nomina,

Miniſtri titulus.

1 S. Pater Daniel Martyr de Beluedere Calaber, atque Calabriæ Miniſter, qui ideò veraciter Miniſter, quia & Martyr, ſicut dixerat D. Gregorius lib. 3, cap. 31. de Sancto Rege, ac Martyre Ermenegildo; *ſi quis mihi miniſtrauerit, &c.* ideo ait Chriſtus ad ſuos, vt & ipſi iuxta doctrinam Doctoris noſtri ſerm. 4. de Martyribus, *miniſtrant ea Chriſto, quæ ipſis miniſtrauit, ſcilicet ſua, ſuos, & ſeipſos.* Quod iſte miniſter, & martyr promptiſſimè effecit, &c. Chriſtus qui tradidit B. Franciſco regulam, voluit enim, vt in ſua Hierarchia ad totalem ſui, & ſuorum Apoſtolorum imitationem, Superiores Ordinis, titulo fraternitatis cum ipſis Apoſtolis maximè adgaudentes, vocarentur, aut miniſtri, ſiue in tota religione (& ſic vnus ſolus erit Miniſter Generalis) ſiue in Prouinciis, & ſic tot miniſtri, quot prouinciæ, ad ipſummet Miniſtrum Generalē ita Hierarchicè ſubordinati, ſicut Epiſcopi ad ſummum Pontificem; dixerat enim Chriſtus de ſeipſo, *Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare.* Aut dicerentur Cuſtodes, iuxta illud, *Poſuerunt me cuſtodem in vineis,* & iſti eſſent, vel ad regimen cuſtodiarum, pluribus Domibus, ſeu Conuentibus conſtantium; aut ſolum pro electione Miniſtrorum Generalium in comitiis generalibus. Aut denique pro regendis conuentibus appellarentur Guardiani, ad ſuorum ſubditorum cuſtodiam, de quibus *vigilate, quia neſcitis,* &c. Sub hoc titulo hodie hic *Romæ* regitur ſacrarum Stigmatum Confraternitas, cuius Guardianus ex Proceribus *Romanis* ſemper eligitur.

Hierarch. Franc. ordinatio ad monarch. eccleſ. conformitatem.

Nomen Samuel, & eius interpret.

2 S. Pater Samuel martyr, & verè *Samuel,* quia poſitus à Deo in ſeptenario numero, qui ſummam perfectionem denotabat, & à D. Franciſco, miſſo à Deo, ad illum triumphum expoſitus, Samuel enim hebraicè *Poſitus à Deo* interpretatur.

S. Pater

3 S.Pater Donnulus, Rodulfo Dannulus, Marianæ Romulus, Donum, humilitate paruum, ſed virtute magnum. Damnum paruum, amittendo temporalem vitam, ſed lucrum magnum, æternam nanciſcendo. Romulus, cuius amor excelſam,ſublimemque Dei Ciuitatem potitus eſt, Roma enim hebraicè *excelſa*, ac *ſublimis* interpretatur.

Roma ſignificatio.

4 S.Pater Leo mart.Quater Leo: nomine, quod in baptiſmate, ſeu ſub habitu Fratrum Minorum acceperat. Profeſſione, in magnanimiter obſeruantiam Franciſcanæ legis amplectendam. Exequutione, in defendenda Romana fide. Certamine,ſanguinem fortiter effundens, & tunc verè Leonem ſe oſtendens, quando ori Leonum vt agnus traditus.

S.Mart.Leonis encomia.

5 S.Pater Vgolinus, qui vnctus ab oleo Spiritus S.in ea cruenta lucta, nuduſque luctans cum nudo proſternit mundum, profligauit carnem, proſtrauit Satanam.

Et aliorum ſequenti laudes.

6 S.Pater Nicolaus de Saxo ferrato ſacroſanctum liquorem haud album, & criſtallinum, & ex oſſibus (vt eſt ille D.Nicolai Mireæ Antiſtitis apud Barenſes)ſed purpureum,& ex venis ſpargens, ſaxeum, & ferreum pectus in hoſtes patefecit; cadenſque pro Chriſto, ſupra Confeſſorum ordinem meritò, & dignitate conſcendit.

7 S.Pater Angelus, candore vitæ inter ſeraphicos homines Angelus, & effuſione ſanguinis omnium Angelorum ordinum lætitia. Vel aliter ex illa Doctoris noſtri ſententia,Angelus hic martyr prædicatione: *Angeli enim ſunt Prædicatores, quos adminiſtrandum ſuis mittit Deus.* Hierem.7. vide ſerm.4.de Martyribus. Et hic Martyr etiam Angelus, quē P. Daniel eius miniſter & martyr miniſtrauit Chriſto, & Eccleſiæ,miniſtrauit eius vitam, eius labores, eius carnem, & ſanguinem.

IV Controuertitur circa annum & diem, quo hæ ſeptem victimæ mactatæ ſunt. Circa annum opinio, quam ſupra tetigimus probabilior, & verior. Circa diem difficultas maior eſt. Cornelius à Lapide ſcribit, paſſos eſſe 8. Octobris Commentar.in cap.1. Daniel.§.7. alij aſſerunt eorum martyrium eueniſſe die Dominica 10.Octob.ita Piſan.Vading.ſup.§.43. Vlyſſipponenſ. cap.33. & 34. qui ait ita celebrari dies natalis ipſorum in Archiepiſcopatu Baccarenſi ex authoritate Leonis x.ſummi Pontificis,qui diuinos honores eis detulit; idque certiſſimum eſt. Ratio autem tantæ diuerſitati ſaperienda eſt.

Cōtrouerſia de anno, & die quo hi mart.cōfoſſi.

V Sciendum igitur,quod Fratres Minores anno 1516. ſuppliciter petierunt à Sede Apoſtol. vt liceret ipſis quotannis 9.Octobris infra octauas Sancti P.Frācīſci feſtum de his Martyribus agere, quibus libenter aſſenſit præfatus Pontifex, eorumque feſtiuitatem

Diſſolu ſtu ab authore mart.Franciſcanis.

Eorũ declaratio à Sede Apoſtol. per Leonem x.

tatem inſtituit celebrandam ſolemniter, quod publicatum eſt eodem anno Rothomagi in Capitulo generali Fratrum de Obſeruantia, ac deinde in Comitiis Burgenſibus anno 1523. Demum in Congregatione generali Aſſiſii celebrata ann. 1526. lecta fuit approbata, & pro vniuerſo ordine acceptata eorum legenda, vt refertur in actis Capitularibus.

Poſtea ſtatutum eſt, vt illorum feſtiuitas differetur in diem 13. Octobris, licèt 10. triumpharint, ne celebrarentur infra octauam S. Franciſci: hincque in omnibus, quæ circumferuntur Martyrologiis, eorum nomina recenſentur, vel ſexto, vel tertio idus Octobris. Demum in Capitulo Generali Aſſiſii ann. 1547 decretum eſt, vt in Hiſpania fieret octaua de his ſeptem Martyribus. Itemq; de aliis quinque Martyribus 17. Ianuarii,

Celebris extat horum Martyrum memoria apud graues, & probatos authores, quos videre potes in Vadingo cit. & in authore Martyrologii, vbi ſupra.

MARTYRES XXIII.

In India Orientali ad Imperium Iapponicum. Hi omnes ex Reformata Diſcalceatorum Sobole, Seraphici Stemmatis ſub vno capite Miniſtro Generali totius Ordinis S. Franciſci digna hærede.

Duæ Indiæ, ex quo nouus orbis conſtat

Indiæ orientalis veteris, & nouæ diuiſio.

Quis prior Indiam orient. detexerit.

Nouiſſima Indiæ orient. diuiſio.

I INdiachæ regiones, quæ ampliſſimè patent in toto orbe, duæ; altera orientalis in Aſia, altera occidentalis in America, quæ cum illa & mundus nouus, & India occidentalis etiam denominatur. India in Aſia, ab Indo amne nobiliſſimo ita dicta, alia vetus, alia verò noua. Vetus diuiſa olim fuit Gange flumine in duas partes, quarum vna verſus occaſum India intra Gangem, altera verſus ortum India extra Gangem appellabatur. Indiam nouam diu Europæis incognitam, & nonniſi ex veterum ſcriptis cognitam, & nunc etiam ſicut antiquitus in duas partes intra, & extra Gangem diſterminatam reperimus. Emanuele Rege Luſitano detexit primum Guaſco Gama Portugallenſis. Is enim ab Hiſpaniis profectus, ſuperato Bonæ ſpei promontorio, atque vniuerſa Africa circumnauigata anno Dom. 1497. ſub Alexandro VI. & Friderico III. Imper. Indiæ oram maritimam perluſtrauit. Tradunt continere regionem, habentem regna 47. quorum quædam nimium modica. Nouiſſimi Geographi in nouem partes diuiſerunt, vt videre eſt apud ipſos. Inſulæ in India noua ad mare Indicum innumeres, quomodo in India veteri ab ortu Sinarum Regno. Inter has Indiæ veteris duæ inſigniores, Corea (incolis

Cœli)

Cæli) & Iapan, ſeu Iapponia longè nobilior. Vtraque in compluꝛes ditiones, quas Reguli verius, quam Reges obtinent, diſtributa. Huius tamen potentior *Rex* eſt *Meaci* vrbis totius inſulæ Principis.

Inſulæ Indicæ. Iapan inſula, ſeu Iaponia.

II In mari Indico ad Indiam nouam Sinarum *Regno* appropinquant Philippinæ, quas Baruſcas Ptolomæi interpretantur. Harum maxima, ac prima *Lutzon*, in qua Hiſpani vrbē condiderunt Mammillim; ſecunda eſt *Mindana*; tertia *Calamianes*. Dein reliquæ minores, inter has diſſipatæ, Hinc verò verſus orientem aliæ complures, Hiſpanis *de las Velas*. Verſus meridiem eſt noua *Guinea*, quæ an ſit inſula, an verò pars continentis terræ auſtralis, nondum ſatis compertum: In ſinu Gangerico Narſingæ regno aduerſa Ceylon, nouem regnis diſtincta, antiquis Tabrobana.

III Ad orbis noui conſtitutionem, vbi primus Columbus Ianuenſis appulit anno 1492. Alexandro VI. Pontifice, & Friderico III. Imperatoratore, detexitque Hiſpaniolam, Cubam, & Imaicā, pertinet tam hæc India orientalis, quam etiam & occidentalis, quæ eſt America, hodie quarta pars orbis. Dicitur America ab Americo Veſputio Florentino, qui Emanuelis Portugalliæ *Regis* præfati auſpicijs tam ingreſſus eſt anno memorato 1497. Dicitur & ipſa America India occidentalis, quia eodem tempore, quo India orientalis in Aſia hæc etiam reperta fuit: tum quod vtriuſq; incolis ſimilis, ac penè eadem viuendi ratio, nudi quippè vtrique agunt. In omni hoc orbe nouo, vtriſque Indis, orientali, & occidentali conflato, primos fuiſſe Franciſcanos ad chriſtianæ fidei introductionem, & propagationem, pro comperto ex ſolidioribus, ac verioribus hiſtoriis habetur, ſicut in ſubſcripto paragrapho breui demonſtrabimus.

America 4. pars noui orbis vnde dicta.

Primi in nouo Orbe, & in vtraque India Miſſionarij Franciſcani Regularis Obſeruantiæ, dein Reformati, tam Recollecti ex Gallia, quam Diſcalceati ex Hiſpania, iuxta quinque Miſſiones præcipuas ad Indicas Occidentis oras.

I PRima demonſtratio, quæ occurrit, reſpicit occiduam Indiam ante orientalem detectam, anno ſcilicet prædicto 1492. Hac India occidua primò, & principaliter conſtat nouus orbis, vetere longitudine maior, etſi latitudine minor. Illius detectio ad Inſulam Haiti (Hiſpaniolā poſtea appellaram) per Chriſtophorum Columbum ſine Fratribus minoribus nuſquam Eccleſiæ innoteſceret, aut *Regibus* Caſtilianis ſubiaceret, vt in ſecunda ſobole primæ faciei demonſtratum eſt. In ea quoque princeps miſſio apoſtolica, ad quam quatuor aliæ deinde ſucceſſerant, origi-

nem duxit ab eodem Fratre Ioanne Perez, quem loco cit. memorauimus Idē enim Rex Ferdinandus Catholicus inſtante Columbo in ſecunda expeditione, quam ſuccedenti anno ſuſcepit authoritate Alexandri vi. miſit ſacerdotes, & concionatores. Bulla Alexandri incipit

Miſſi in ſecunda Columbi expedit. an. 1493. ſub Alex. vi.

II *Inter cætera Diuinæ maieſtatis, &c.* ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum 1493. 4. nonas Maii Pontificatus ann. 1. Miſſus fuit Piretius cum quibuſdam aliis Franciſcanis ex regulari obſeruantia ducentes eos Columbus. In Ciuitate Hiſpaniolæ, quam D. Dominico ſacrauerat Columbus, memor Parentis ſui, qui Dominicus vocabatur, prima Franciſcanorum Sedes D. Franciſco dicata, vbi primum cœnobium illius prioris prouinciæ S. Crucis, de qua Gonzaga 4. par. & omnes hiſtorici noſtrates communiter, quibus inter innumera exterorum teſtimonia, illud maximè memorandum, quod eſt in Hieronymo Plato lib. 2. de bono ſtat. religioſ. cap. 30. *Nihil præclarius,* ait, *aut glorioſius, quam totius noui orbis conuerſio; quæ quantacumque eſt, tota eſt religioſorum. Ipſi enim primi Euangelium in oras illas intulerunt, ipſi fidem plantauerunt: ipſi deinde rigarunt, iidemque adhuc excolere, & propagare non deſiſtunt. Primos omnium, qui tantam hanc prouinciam aggreſſi ſunt, Franciſcanos fuiſſe legimus; atque eoſdem etiam in iis regionibus inueniendis, cum antea de nomine quidem audita eſſent, magnoperè contuliſſe. Cum enim Chriſtophorus Columbus de ea nauigatione inſtituenda apud Ferdinandum Hiſpaniæ Regem ageret, nec ei, vt in re tam noua, atque incerta multum fidei adhiberetur: Patres duo Franciſcani valdè eum iuuiſſe dicuntur: tum ipſum animando, tum etiam Regem impellendo, vt eam occaſionem omninò tentaret. Itaque cum impetrata claſſe Columbus Mexicana Regna feliciter aperuiſſet, atque in Hiſpaniam tam lætæ rei nuncius reuertiſſet, ſtatim aliquot eius familiæ Patres in ea loca nauigarunt anno circiter à Chriſto nato 1493.* Eadem ſcribunt multi alii, vt videri poteſt in Martyrolog. Franciſcano 31. Auguſti.

Sacrat Hiſpaniolā D. Dominico Columbus.

Teſtimoniū Hieron Plati Societ. Ieſu de Franciſcanis.

III Anno deinde 1502. traiecerunt quamplures noſtri Ordinis Fratres ad eamdem inſulam Hiſpaniolam ſub Duce Fratre Alphonſo à Spina, & hi pariter Hiſpani, quos ſequuti ſunt alii quatuordecim Galli ex Picardia. Vide Martyrolog. Franc. die 31. Auguſti ſ. 6. vbi de P. Martino de Valentia, Legato apoſtolico in India occidentali ad ann. 1524. quem vocant Indiarum Apoſtolum primum, non quod primus ex Franciſcanis Indiam, ſeu Americam ingreſſus ſit, ſed quia primus à Sede Apoſtolica fuerit in illa miſſione Legatus Apoſtolicus inſtitutus; primuſque ibi pedem perpetuo fixerit, & innumerabili, ac totali Indorum conuerſioni initium dederit, quorum infinitam multitudinem ipſe Chriſto

P. Martinus de Valent. Indiarum Apoſtolus.

Ieſu peperit. De hoc venerabili religioſo Gonzaga noſter par.4. in Conuentu decimo Prouinciæ S.Euangelij, & nos ex eo, & alijs hiſtoricis pauld infra.

IV Secunda demonſtratio ſecundę miſſioni fundatur ad annos 1520.& 1521.per Hiſpanos Minoritas in regnum Mexicanum,vbi ingreſſis Hiſpanis anno 1520. illud regnum vi bellica ſubiecerunt, victo Rege Monteſumæ, Carolo v. in ea militari expeditione adfuere Fratres Minores,qui omnium religioſorum primi eas regiones ingreſſi ſunt: vbi tanta ſtrenuitate in conuerſione Indorum laborauerunt, & res illis pro voto ita feliciter ſucceſſit, vt aliis operariis neceſſarið eguerint illuc, quamprimum mittendis: ita ſcribunt Barezzus ſuper lib.1. cap.31. Rapinæus ſup. & Gonzaga ſupra in Prou.SS.Petri & Pauli, & alii apud Martyrolog. Franciſcanum 31.Auguſti.

Miſſio 2. ad ann. 1520. & 1521.

V Leo x.annuens piis votis P.Franciſci de Angelis, qui expleuerat officium Prouincialatus in Prouincia Angelorum,vbi primus Miniſter fuerat, quique in Indiam occiduam proficiſci cum Patre Ioanne *Clapione* deliberauerat, hæc præcipuè in illo diplomate ſub datum Romæ apud S.Petrum die 25.Aprilis ann.1521.Pont.ſui anno 9. *Alias felicis recordationis Nicolaus IV. Ioannes XXII. Vrbanus V. & Eugenius IV. & alij Romani Pōtifices prædeceſſores noſtri debita meditatione conſiderantes, quod veſtri Ordinis munda Religio à Chriſto Domino, exemplis, ac verbis apoſtolicis fuit tradita, ac B.Franciſco, & eum ſequentibus inſpirata fuerit; ac quod nonnullos eiuſdem Ordinis profeſſores pro fidei propagatione ad infidelium partes, &c.*

Leo Papa x. ad Franciſc. de Angelis Franciſcanū.

VI Quia verð in Capitulo Generali Burgis in Hiſpania de anno 1513. vbi intereſſe voluit, vt à nouo Generali facultatem obtineret, vt poſſet Fratres idoneos pro illa miſſione deligere, præter eius ſpem, Generalis totius Ordinis electus fuit, cæptis deſiſtere coactus eſt. Clemens VII. eum creauit Cardinalem tituli S.Crucis in Hieruſalem ann.1527. & totius Ordinis Protectorem. Vide Gonzagam 4.par.in prou.S.Euangelii, & alios.

VII Tertia demonſtratio iuxta tertiam miſſionem de an 1522. & 1523. ſic ſe habet. Electo Generali prædicto P. Franciſco de Angelis,Carolus v.miſit in Indiam vna cum Ferdinando Corteſio tres noſtri inſtituti Belgæ natione: qui illic appulere ann.1523. quibus nomina fuere B.Ioannes *Tectus*, B.Ioannes de *Aora*, & B.Petrus à *Candauo* laicus: vitæ ſanctitate inſignes, quorum memoria ſuis in locis agitatur; quippe qui virtutibus admirandis claruerunt, & in procuranda Indorum ſalute ita laborauerunt; vt eorum plura millia ad Chriſtum Deum conuerterint. Agunt de eis Gonzaga, Sedulius, Marianus, Rapinæus, & Grauina in *voce*

3. Miſſio ad ann 1522. & 1529. ſub Adriano VI. & Clem.VII.

turturis part.1.cap.6. Vide 29.Iunii, & 18.Iulii ſupra.

4. Miſſio ad an.1524. ſub Clem.VII.

VIII Quarta demonſtratio deſumenda ex quarta præcipua, ac celebriori miſſione, quæ ſic feliciſſimè ſe habet. Carolus v.Imperator omnimodam petiit, impetrauitque à Sede Apoſtolica licentiam illuc mittendi, quos in via Domini probatiſſimos cerneret: cum poteſtate ampliſſima circa animarum ſalutem, & ſacramentorum debitam adminiſtrationem. Hæc Bulla data eſt ab Adriano VI.Papa, cuius initium tale legitur: *Exponi nobis feciſti, &c. quatenus ex omnibus Religionibus Fratrum Mendicantium, præſertim Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiæ à ſuis Prælatis nominati, &c. ſed ne fortè numerus Fratrum Minorum ſit tantus, &c.* ſub datum Cæſarauguſtæ die 10.Maii 1522. Pontif.anno 1.Cum igitur Cæſar id diploma obtinuiſſet, præcipuè pro Franciſcanis: ea propter ipſos ſingulariter ablegauit in eam expeditionem. Hi autem, qui ſelecti ſunt ad id opus perficiendum fuerunt duodecim, quorum anteſignanus erat B Martinus de *Valentia*, vir eximia ſanctitate conſpicuus, quique Miniſter Prouincialis erat Prouinciæ S.Gabrielis: aliorum verò nomina Beatorum ſunt Martinus *à Corunnia*, Franciſcus *à Soto*, Antonius *Ciuitatenſis*, Toribius *Motolinia*, Ioannes *de Ribas*, Garzias *de Ciſneros*, Ioannes *Suarez*, Ludouicus *à Fuenſalia*, Franciſcus *Ximenes* ſacerdotes: Ioannes de *Palos*, Andræas *Cordubenſis* laici: omnes eiuſdem Prouinciæ Sancti Gabrielis Reformatorum alumni, & ingenti vitæ ſanctitate prædití, vti ſuis in locis annotat Art..

12. Apoſtolici Minoritæ in iſta miſſione deſtinati, & omnes Reformati.

IX Hi igitur accepta benedictione R. P. Franciſci ab *Angelis* Miniſtri Generalis; mare aſcenderunt in feſto Conuerſionis Beati Pauli Apoſtoli 25.Ianuarii: qui vt ſua prædicatione mundum vniuerſum docuerat; ita ipſi ſub eiuſdem patrocinio totam Americam pergerent conuerſuri. Ann 1524. Mexico feliciter appulerunt, & pridie huius diei, qua Sanctiſſimæ Pentecoſtes vigiliam colimus, celebrato ſtatim Capitulo, ipſum B. Martinum de *Valentia*, electum iam in Hiſpaniam, Cuſtodem rurſus elegerunt, cōfirmaruntque. Tunc cæperunt maximas, latiſſimaſque perluſtrare regiones Indiarum: cum ſtupendo, & admirabili prorſus euentu. Tantus enim fuit eorum progreſſus, taliſque animarum fructus; vt tota ferè India videretur conuerti ad Chriſtum. Non enim centum, aut mille ſacri vnda Baptiſmatis regenerarunt; ſed per centena millia, Chriſto auſpicante, ad fidem amplectendam accurrerunt. Dumque impia factione Martini *Lutheri* Europa innumeris ſcatebat hæreſibus: tota America alterius Martini *à Valentia* opera fidei, pietatique chriſtianæ colla ſubmittebat.

Ingens Martini de Valentia ad Americanos profectus.

X Martinus *Lutherus*, Monachus perinfelix, Chriſti Vicarium contemnens, à priſca fide catholica defecit: errori, ventri, & ſuper-

ſuperbiæ intendit: populos ad Atheiſmum deduxit: Hæreſiarchã ſe conſtituit, omnibus vitiis indulſit, peſſimè vixit, ac miſerrimè obiit. Martinus autem *Valentinus*, religioſus Franciſcanus, Diſcalceatus; ſummi obedientiam Pontificis veneratus, Legati Apoſtolici munere fungens, idola dirnit, fidem chriſtianam diſſeminauit, religionẽ catholicam longè lateque propagare ſtuduit; veritati euangelicæ annunciandæ, vitæ auſteritati, & eximiæ humilitati vacauit; nationes ampliſſimas ad Deum verum, eiuſq; vnicum filium Ieſum Chriſtum adducit; Indiarum Apoſtolum ſe præbuit, virtutibus admirandis nituit; ſanctiſſimam vitam egit, ac miraculis glorioſus feliciter migrauit ad aſtra ann. 1534. ita Marcus Vliſſiponen. Gonzaga, & alii innumeri.

Martino Luthero Martinus de Valẽtia è regione appoſitus.

XI Quot verò fructus circa Indorum ſalutem addiderit ipſe P. Martinus *à Valentia* cum ſociis, id deſume ex litera eiuſdem, quam verſans in vltimis orbis partibus in Aſia minori, vt ibidem ait, ſcripſit 12. Iunii ann. 1531. cum ſecundò Cuſtos S. Euangelii Cuſtodiæ eſſet, ad P. Matthiam Vueiſſen Ordinis Minorum Generalem Commiſſarium vltramontanum. Vide eam literam apud authorem Martyrolog. loco cit. *f*. 15.

XII Anno eodem, ſcilicet 1531. vir ſanctus Fr. Ioannes à *Zumaraga* eiuſdem Ordinis Minor alumnus: primuſque Mexicanus Archiepiſcopus ea de re ſcripſit ad Miniſtrum Generalẽ electum, cæteroſque Patres Vocales Franciſcani inſtituti Regularis Obſeruantiæ in Ciuitate Toloſana Regni Galliæ ſub feſto Pentecoſtes congregatos, hiſce verbis. *Reuerendi admodum Patres ſcitote nos magnis laboribus detineri in conuerſione infidelium, quorum Dei gratia Religioſorum D. Franciſci Regularis Obſeruantiæ manibus pluſquam decies centum millia baptizata ſunt; quingenta Idolorum templa ſolo æquata: pluſquam viginti millia dæmoniacorum ſimulachrorum ab his ante culta, confracta, & concremata: pleriſque in locis fabricatæ Eccleſiæ, atque Oratoria erecta, Dominicæ Crucis vexilla iam ab Indis culta. Quodque admiratione cum primis dignum eſt, cum in hac olim Mexicana vrbe ſolerent, Idolis ſuis pluſquam viginti millia cordium puerorum, puellarumque quotannis in ſacrificijs offerre: nunc humana corda illa vniuerſa non iam Dæmoni, ſed Altiſſimo Deo innumerabilibus laudis ſacrificijs, religioſorum noſtrorum doctrina, & miniſterio offeruntur, &c.* Datum Mexici 12. menſis Iunij ann. 1531. Harum literarum meminerunt Gonzaga ſup. in 1. & 12. Conuent Prouinc. S. Euangelii, & alii.

Litera F. Io. à Zumaraga Franc & primi Archiep. Mexicani.

XIII Vt autem id portentum omnibus credibile fiat, legantur externi authores: & inde vel inuiti veritatem apertis oculis intueãtur, qui nobis haud libèter detrectant annuere. *Anno ſalutis* 1524 (inquit Surius) *venit in Ciuitatem Mexicanam Frater Martinus*

Teſtimoniũ Laurentii Surii de Fratre Martino de Velentia.

Valen-

Valentinus cum 12. Monachis, tamquam Papæ Nuncius, à Carolo Cæſare illuc cum authoritate eiuſdem Pontificis miſſus; eodemque anno prædicauit ille in noui orbis terra continente Euangeliũ Chriſti, & magnos illic progreſſus, magnaque incrementa fides Chriſti accepit: & ea ipſa fides, quam Germani, & plerique alÿ Europei, à Marthino Luthero, & alÿs Sectarÿs malè perſuaſi, vt Papiſticam reijciant. Baptizabantur illic multa hominum millia, & cum antea plures ſimul vxores habuiſſent, dubitareturque quam ex omnibus retinere deberent: eodem anno Mexicana habita eſt Synodus ſolemnis, cui tamquam Papæ Vicarius præſedit Martinus Valentinus, in qua tandem diffinitum eſt: quod qui fidem chriſtianam cum omnibus Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ ritibus complecterentur, ex omnibus vxoribus vnam tantum, quam vellent, ducerent ritu Chriſtiano.

Mart. Valēt. veluti Papæ Vicarius in Synodo Mexicana.

XIV *Idola omnia ex Templis exturbabantur: Crux Chriſti, & Sanctiſſimæ Mariæ Virginis imago in Templis reponebatur: Eucharistia populis oſtendebatur: Miſſæ ſacrificium à Martino, & Collegis duodecim pateſiibat. Euangelium catholico more piè, & purè annunciabatur. Indè verò paucis annis tot baptizabantur in ea noui orbis plaga: vt alÿ ſepties dena centena millia, alij quater decies dena centena hominum millia in ſolo illo Mexicano Regno baptizata retulerint. Magna etenim in eo noui orbis eſt hominum copia: adeò vt in Inſula Fani Dominici quindecies centena hominũ millia fuiſſe reperiantur: & quandoque in proceſſione centum millia hominum chriſtiano more ceciderint virgis.*

Fr. Martinus cum 12 ſociis fundat in nouo orbe fidē catholicam.

Et ò Diuinam prouidentiam, & ò terribilem Deum in conſilijs ſuper filios hominum! Septimo anno poſt natum in Germania dogma Lutheranum: in nouo orbe Martinus Valentinus, vita, ſanctitate, & miraculorum operibus inclaruit, & cæcis gentibus Euangelij lucem ſinceram, quam Germania Martino Luthero, Apoſtata, infami duce faſtidiuit, inuexit. Qua de re Catholici quidam hos verſus ſcripſere.

Dedec. Martini Lutheri Martinus Valentinus.

Inuito potuit Romano Præſule Luther
Sacramenta Dei vellere, non premere.
Septem poſt annos validus Martinus in orbe
Illa tuo repetit, maximè Carle nouo.
Iſte duodenis ſociatus Fratribus, ipſum
Prototypum ſequitur legis Euangelicæ.
Hunc ſequitur (quemnam ſequitur Germania?
Cæſar

Vnus Franciſcanus ſepties centena hominũ millia baptizauit in nouo orbe.

Et certum eſt, omnes Indos, & noui orbis Carolini incolas, & accolas fieri quotidie magis, ac magis Chriſtianos. In Archiuÿs Caroli Cæſaris lectum eſt vnum quemdam Sacerdotem ſepties centena

tena

tena hominum millia baptizaſſei alium tercentum millia, alium centum millia; alios plures, alios pauciores. Eadem atteſtantur Ioſephus *à Coſta* in hiſtor. naturali, ac morali Indiarum orientalium, & occidentalium. Sedulius ſup. & Daca. cap. 11.

XV Quid plura? nam exindè Fratres noſtri Franciſcani velut apum examina ſeſe effundentes, Regna Mechioacanicum, & Xaliſcorum, Cibolam, Zacatecas, Guſtecam, ſeu Panucum, Floridæ conterminum; Chichimecas, Culiacanum, Iucatan, Perijanum regnum Panama, Tucuman, Quito, Popaianum, Guatemala, Nicaragua, Coſtaricum, Chile, & alias ampliſſimas totius Indiæ occidentalis, atque Americæ regiones, & prouincias perluſtrarunt: *Sinſicham*, Mechicanorum ex Xaliſcorum Monarcham, ſacri fonte baptiſmatis ablutum *Franciſcū* appellarunt: Reges Principes, Nobiles, & commune vulgus Chriſto conſecrarunt: Templa, & Eccleſias extruxerunt: ad inſigniores Archiepiſcopatus euecti ſunt: Parochorum officio ferè vbique functi ſunt; & confirmationis ſacramentum, vbi haud eſſent Epiſcopi conferebant; authoritate Apoſtolica ſibi collata à Leone x. Adriano vi. Pio v. &c. ſummis Pontificibus: Complures etiam Prouincias erexerunt; quarum vnà 70. Conuentus continebat. Hæc, & his ſimilia operabantur, vt conſtat tum ex Gonzaga, & aliis ſupracitatis authoribus: tum ex his, qui Indicas hiſtorias deſcripſere, & hoc antequam Ieſuitæ pedem inibi fixerint; nam teſte Hieronymo Plato lib. 2. de bono ſtatu religioſ. cap. 30. Mare in Indiam occidentalem minimè traiecerunt, niſi ſub Philippo II. Rege Hiſpaniarum, qui Patri Carolo v. Imperat. ſucceſſit anno 1555. vt diſertè notat Florimundus ſup. lib. 5. cap. 5.

Sinſicha Monarcha imponunt in baptiſmate Franciſci nomen.

Sub Philippo II. traiecerunt in nouū orbē Ieſuitæ.

XVI Quinta demonſtratio iuxta quintam miſſionem. Qui Virginiam, Floridam, & Canadam primò conſpexerint, ſeu incoluerint, aut explorauerint, fuerunt è noſtris Gallis Reformatis, Prouinciæ S. Diodyſii ab anno Chriſti 1600. vſque nunc temporis: quo ſæculo plures Recollecti, Sacerdotes, Prædicatores, & Laici illic profecti, Hurones, Hirocos, Danadenſes, Coronatos, &c. popolos peragrarunt; De hinc domum, ac Eccleſiam in loco Quebacenſi ad oram fluminis S. Laurentii extruentes; Deo inibi famulati ſunt, in conuerſione circumuicinorum populorum, & in adminiſtratione ſacramentorum Gallis mercatoribus ibidem degentibus. Quando verò Ieſuitæ illuc appulerunt ann. Chriſti 1627. apud nos diuerſati ſunt: quos Fratres noſtri benignè, ac charitatiuè receperunt, ſecumque detinuerunt, quouſq; ſibi alium hoſpitium fabricarunt. Domus *de Camplain*, vir clariſſimus *de Canada*, ſiue *noua Francia*, ſcripſit: ſimiliter & Theuetus tom. 1. Coſmograph. ſuæ ac Iacobus Charron cap. 148. 149. 150. 151. 152. hiſtor.

5. Miſſio ad an. 1600. ſub Clem 8.

Ieſuitæ ad Virginiam Floridam anno 1627.

Gene-

Generali Galliæ. Ex noſtris verò Recollectis venerabilis P. Ioſeph *Charron* ſacerdos, & concionator in *Querimonia* nouæ Franciæ Canadienſis ad Franciam eius Germanam ann. 1627. & Frater Gabriel *Sagard* laicus in ſua magna peregrinatione apud Hurones ann. 1632. & 1636. Itemque R. P. Claudius *Pullon* Capuccinus Abbauillæus.

Quatuor aliæ primariæ Miſſiones Apoſtolicæ ad Indiam Orientalem, vbi primi omnium Franciſcani.

I QVantum verò attinet ad Indiam orientalem, initium illius conuerſionis ad Chriſtum ſpectat, poſt Deum, ad Fratres Minores. Omnes enim fatentur, Franciſcanos primos fuiſſe, qui huic operi operam dederint, deinde alios religioſos: poſtremò Ieſuitas. Vide Dacam quarta pár. ſup lib. 1. c. 43.

1. Miſſio 1321 ſeu 1322. ſub Ioanne XXII

II Quod autem ſpectat ad principem miſſionem in illis noui orbis ad Orientem partibus conſtat, quatuor ex noſtris Franciſcanis ob fidei chriſtianæ prædicatione glorioſo martyrio occubuiſſe ann. 1321. ſeu 1322. apud Tamnam Indiæ orientalis vrbem: quorum memoria apud aliquos huius Mauros, atque etiam Gentiles, adhuc extat ſignis admirandis glorioſa: qua de re, conſule Gonzagam 4. par. ſup. in Conuent. 10. Prouinc. S. Thomæ. Sed de his fuſius Martyrol. Franciſc. die 13. Aprilis.

2. Miſſio ad an. 1500. ſub Alex. IV.

II Secunda miſſio anno 1500. sereniſſimus Emanuel Portugalliæ Rex, inſtructam ex 13. Nauibus claſſem, ſub Illuſtriſſimo, ac ſtrenuo Duce Petro Aluarez *Cabral*, ad Indos ſecundo paraſſet: octo Fratres Minores, viros vtique graues, doctos, ac pios Prouinciæque Portugalliæ alumnos in ea traſmiſit: quatenus ipſos Orientales Indos, poſtpoſito quocumque vitæ diſcrimine, ſuis prædicationibus, atque exhortationibus Chriſto lucrifacerent. Quorum anteſignanus extitit R. P. Henricus à *Conymbria*: qui cum ſolis alijs ſeptem Socijs, diuerſimodè ab illis Barbaris oppreſſis, atque illuſtri martyrio coronatis, ex tam famoſo certamine ſuperfuiſſet plurimis extant latis laboribus, cuſtodiam S. Thomæ erigere, atque plantare cæpit: que adeo excreuit, vt plurimis Prouincijs æquiparari, imò potius præferri optimè iure poſſit. Poſt verò fælicem illam expeditionem in Luſitaniam reuerſus, idē Regi Emanueli à ſacris confeſſionibus, ac tandē Ceptanus Epiſcopus: necnon et primus hæreticæ prauitatis inquiſitor apud Luſitanos fuit. Tres autē ex præfatis Fratribus pro Chriſto interierunt apud Calicutum, vbi prædicta claſſis peruenerat, de quibus 17. Decembris. Reliqui verò Cochinum perrexerunt, vt Regem Cochinenſem, eiuſque populum ad fidem conuerterent: quo in opere multa grauia paſſi

P. Hieron. de Conymbria in iſta 2 miſſione anteſignanus.

Factus Ceptæ Epiſcopus

ſunt

ſunt pro Chriſto. Hæc ex Chriſtophoro á Capite Fontium, Gonzaga ſup. par. 3. in Prou. Portugalliæ, item par. 4. in Prou. S. Thomæ, & ex aliis apud Martyrol. Franc. vbi ſupra.

III Tertia miſſio ſic ſe habet. Idem Rex Luſitanus adiecit anñ 1505. præcedentibus aliam claſſem, multo maiorem, multoque in inſtructiorem; cui illuſtrem Franciſcum ab Almeida (quam & Indiæ Proregem creauit) præfecit, & aliquot Franciſcanos Fratres ſecum deducere voluit: qui Prorex ita ſtrenuè munu ſuum exequutus eſt, vt antequam in Indiam peruenerit, Moſabicum littus, atque Melindem, eorumque Reges Luſitano ſubiugarit Imperio. In qua quidem deditione non parum Fratrum Minorum, quos ſecum habebat, virtus enituit: cum alius militum vulnera alligauerit, alius acceleratam morientium confeſſionem exceperit, alius militem ad pugnam coarctatus ſit, & alius cruces, chriſtianaque vexilla feliciſſimè erexerit. Tum Proregi Canonori agenti quidam Frater Minor *Ludouicus* nomine, cum legatione Regis Narſingæ obuenit: qui perhumaniter exceptus, auditus, & donis cumulatus, reuerſus eſt ad præfatum Narzingæ Regem. Gonzaga, Barezzus cap. 15. & alij.

3. Miſſio ad an. 1505. ſub Iulio 2.

Fr. Ludouicus ad Regẽ Narsingæ legatus.

IV. Anno interim 1510. Alphonſus Albuquerchius nouus Indiæ Prorex Goam famoſam Indorum Ciuitatem viriliter expugnauit, Regiſque Emanuelis ditioni ſubdidit, atque Franciſcanis Fratribus, qui ea in expugnatione diligentiſſimam operam pro ſuo munere nauarunt, locum ad vnius Conuentus ædificationem propè Maurorum delubrum aſſignauit, quem Rex præfatus iuxta eius, qui Ebroræ in Luſitania conſtructus eſt, formam ædificari voluit. Ex hoc itaque Conuentu tamquam ex quodam ſeminario egreſſi religioſiſſimi, & zelantiſſimi Fratres, alij claſſi congregabantur: alij Xenodochijs præerant, infirmiſque adetant: alij Barbaris illi, nationibus, atque Gentilibus verbum Dei proponebant, prædicabant, atque conuerſos ſacro regenerationis lauacro purificabant: alij verò factorijs (ſic enim domus, in quibus aromata in Portugalliam deferenda conſeruantur, appellari conſueuerunt) aſſiſtebant: vt Luſitanis, Canori, Crancanori, Cochimi, Coilani, atque Goæ, agentibus, ſacramenta miniſtrarent. Et, vt paucis multa perſtringam, quicquid in India orientali per quadraginta continuos annos laboris fuit, ſiue in infirmjs curandis, ſiue in infidelibus conuertendis, ſiue in catechumenis inſtruendis, ſiue in conuerſis in officio continendis, ſiue in ſacramentis miniſtrandis, ſiue etiam in alijs operibus charitatis exercendis: Id totum ex Franciſcanorum humeris pependit. Extat ab hac & alia domus Franciſcana, quæ noſtris Patribus *Recollectis* inſeruit, aliquantulum à Goa Ciuitate, in ipſa fluuii margine erecta. Qua de re vide Gon-

Franciſcani ad Vrbem Goam.

Annis 40. ingens cura Franciſcanorum in India

zagam, Barezzum, Rapinæum, Dacam cap.47.& alios ſupra.

V Itaque haud mirum eſt, ſi noſtri Franciſcani tot Reges, ac Principes Chriſto lucrifecerint: in tot regnis, nationibus, ac prouinciis lumen fidei annunciarint, ſi tantos denique populos, & gentes ſacri fonte baptiſmatis abluerint; nam primi omnium ibidem Chriſtum prædicarunt. Fana idolorum deſtruxerunt: cruces, altaria, & templa vero Deo dicarunt: Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, & frequentius Parochias rexerunt, atque paſtorali officio ſtrenuè functi ſunt. Inde enim emerſit tanta concionatorum eximiorum copia, taliſque Martyrum Franciſcanorum multitudo; vt de Eccleſia Indica poſſit verificari, quod de vniuerſali effatus eſt Tertullianus in Apologetico: *Sanguine Martyrum fundata eſt Eccleſia, ſanguine creuit*. Hinc meritò Illuſtriſſimus Chriſtophorus à Capite Fontium, Cæſarienſis Archiepiſcopus (qui & Generalis totius Seraphici Ordinis nonnunquam extitit) de Franciſcanis ea omnia ſincera mente reuoluens aiebat. *In Indias etenim orientales, quæ hodie Regi Portugalliæ parent, primi & ipſi prædicandæ fidei cauſa longiſſima, & periculoſiſſima nauigatione traiecere: vbi multis ad fidem conuerſis populis, ædificatiſque Eccleſijs, & Monaſterijs quamplurimis: multa regna, oppida, prouincias, & vrbes Chriſti imperio ſubiugarunt. Idque antequam ſodalitium nominis Ieſu inſtituta religio foret: quibus ſi primam illarum gentium conuerſionem quiſquam attribuere vellet: ſumma noſtros, alioſque Mendicantes religioſos iniuria, debitam illis ſuffurando laudem, affecerit. Iam enim per quadraginta ad minus annos, antequam quiſquam illuc perueniſſet Ieſuita; gentes illas Chriſto noſtri verbi Dei falce metebant, &c.*

Ingeniq; eorum in propaganda Romana fide profectus.

VI Cui & Hieronymus Platus, licèt Ieſuita, libentiſſimè annuit: teſtificans ſuos alumnos Ieſuitas omnium vltimos aduenisſe in has plagas orientales. Nam poſtquam narrauit primam miſſionem Fratrum Minorum ad occiduas Indias ann. 1493. confeſtim ſubiicit de eiſdem Franciſcanis. *Atque eodem penè tempore ad orientalem Indiam Emanuelis Luſitani Regis auſpicijs à Vaſco Gama patefactam ann.1500. miſſi ſunt Euangelij cauſa ex eadem familia viri octo, tum doctrina, tum pietate præſtantes. Ab his initijs hic Ordo per eas regiones diffuſas, multiplicatis breui tempore domicilijs, tredecim, vt ipſi vocant Prouincias inſtituere, in quibus magnam chriſtianæ rei operam nauarunt, & adhuc nauant. Ad eoſdem labores paulò poſt, id eſt, anno Domini 1505. nauigauere etiam Dominicani, qui item multa illic præclare geſſere: deinde Auguſtiniani: poſtremò loco Societas Ieſu, quæ orientalem Indiam Ioannis Luſitani Regis rogatu, per Franciſcum Xauerium introducta eſt, anno 1541.*

Omnium vltimi in illis oris Patres Societatis.

PP. Dominicanorum nauigatio.

Hæ

VII Hæ Prouinciæ Fratrum Minorum ita excreuerunt, vt ad 22. peruenerint: Conuentus quingentos, & ſupra continentes, vltra complura Collegia pro inſtruenda Indica iuuentute. Fabulantur, totoque Cælo errant qui putant Ieſuitas primum Collegia illic aperuiſſe, gratis quidem id dicitur, & nonnullis placet: ſed quã alienum hoc ſit à veritate hiſtorica ex ſubſequentibus patebit: nec gratis refellere, quiſquis iudex ſit, optamus.

Prouinciæ Indicæ, & cœnobia, & gymnaſia Fratrũ Minorum.

VIII S. Franciſcus Xauerius ex Luſitania ſoluit in Indiã orientalem ann. 1541. Tunc Goanus Epiſcopus erat B. Ioannes *Abluquertius*, vir inſigni ſanctitate præditus, ex noſtris Recollectis prouinciæ Pietatis aſſumptus, de quo Martyr. Franc. 16. Iunii. Immò ſi Horatio Turſellino credimus, nulli adhuc in tota India religioſi aderant, præter Franciſcanos; inter quos maximè tunc eluxit virtus F. Iacobi *Borbani*, Minoritæ, in conuerſione Indorum haud ſegniter laborantis. Illuc igitur adueniens S. Franciſcus Xauerius præfatum inuiſit *Ioannem* Goanum Epiſcopum, ab eoque benedictionem accepit; inde Cochinum pergens apud Franciſcanos diuertit, à quibus benignè, & comiter eſt exceptus: ex Turſellino ſup. & cap. 2. 3. 4. 5. 10. & lib. 3. c. 17. Petro Ribandeneira in vita eiuſdem D. Franciſci Xauerii, & alii.

S. Franciſci Xauerii tranſitus ad Indiam.

IX Cum itaque Fratres noſtri cernerent Patres Ieſuitas ex peculiari inſtituto iuuentutis intendere profectui, partem Collegiorum, quæ per annos 50. tunc vſque laudabiliter tenuerant, ipſis Ieſuitis liberè reſignarunt: vt ad excellentiora munia, his relictis, pergerent obeunda, nempè diſſeminationem Euangelii, prædicationem verbi Diuini, conuerſionem animarum, adminiſtrationem ſacramentorum, &c. quæ Religio Seraphica tamquam proprium finem amplectitur; charitatem proximi, literis addiſcendis præferens veluti quid poſterius, ac ſecundarium, ſeu minus principale. Scio, hoc beneficentiæ ſignum Seraph. Ord. erga Ieſuitas à modernis actibus impreſſis D. Frãciſci Xauerii, fuiſſe expunctum: quod tamen in prioribus exemplaribus legebatur ad plenum; vnde haud ſine cauſa hac de re maximè conqueritur R. P. Ignatius le Gault tract. de ſanctitate Eccleſ. Rom. pag. 175. Partem verò alteram horum Collegiorum retinuerunt nunc vſque Fratres noſtri: cuius meminerunt Gonzaga, Rapinæus, & idem Ignatius. Nicolaus Albaſpina in Notis ad 1. cap. Regulæ noſtræ Minorit. Sedulius ſup.

Partem Collegiorũ dant Franc. Ieſuitis.

X Quarta miſſio eſt huiuſmodi. Exinde Fratres noſtri ad alia Regna properarunt, nempè Zeilamum ann. 1540 Braſilienſe; Chinenſe, Sinenſe; ad inſulas quoque Salomonis, vel Philippinas, vbi Franciſcani Recollecti primò lucem Euangelii diffunderunt. Prouinciam S. Gregorii ſub Gregorio XIII. Papa condiderunt, & pluribus Cuſtodiis initium dederunt: quod intuenti præfatos autho-

4. Miſſio ad an. 1540. ſub Paulo 3.

rés perſpicuè patebit. Regnum Iapponiorum eximit Platus, & alij eiuſdem inſtituti ſequaces; qui volunt, Ieſuitas primos direxiſſe greſſus in illud: quod ita ſibi vendicare pio animo ſtuduerunt, vt ſoli eo in Regno laborarent in Euangelio diſſeminando per Breue Apoſtolicum Gregorii XIII. Papæ. Verum id accuratius perpendens Sixtus V. Pontiſ. max. eam ſuſtulit ſingularitatem. Generalem licentia Fratribus Minoribus authoritate Apoſtolica denuò innouans, ac confirmans, videlicet prædicandi per omnes Indias occidentales, & orientales: non obſtante dicta Gregorii XIII. conſtitutione. Quapropter, hac frætus poteſtate B. Petrus *Baptiſta* cum quinque aliis Recollectis, & 17. Fratribus Tertiariis id regnũ ingreſſi ann. 1593. martyrium poſtea pro Chriſto ſubiere an. 1597. non procul à Ciuitate Nangazachio, de quibus 5. Februarii; quos meritò Iapponii protomartyres vocamus. Nam primi omnium crudelia paſſi, mortis ſententiam exceperunt. Tres verò Ieſuitæ poſteriores fuere.

Patres Soc. in Regno Iaponico.

S. Mart. petrus Baptiſta cum ſociis.

XI. Ab eo tempore Franciſcani noſtri Recollecti chriſtianiſmum in Iapponio auxerunt mirum in modum: Reges, Principes, Nobiles, atq; populos innumeros ad Chriſtum conuertentes: qua de re vide apud Martyrol. Franc. 5. Februar. Hæc ex Gonzaga par. 4. ſup. Mendoſa part. 2. hiſtor. Chinenſ. lib. 3. cap. 5. 7. 9. 10. 12. 14. 20. 21. 22. 24. 25. 26. In quorum omnium laudem quidam author hæc recinit.

Vos ò qui primum extremos properaſtis ad Indos,
Vt noſſent verum pectora cæca Deum.
Quam benè pro tali veſtrum pietate eruorem
Fundiſtis? maior ſe feret inde ſeges;
Nec quicquam ferrò proſcinderet arua colonus
Semine ni grauidos ſpargeret imber agros.
Cernitis, vt magno creſcat iam fænore meſſis:
Et veſtra vberior ſit labor ille nece.

XII. Et hiſce nouem miſſionibus, quinque pro occiduis noui orbis Indiis, quatuor pro orientalibus, liquidò fit, primos Religioſos qui Americam; ſeu Indiam tum orientalem, tum occidentalem ſunt ingreſſi, fuiſſe Franciſcanos, poſtea Dominicanos, deinde alios: nouiſſimos verò Patres Societatis Ieſu. Quod ita certiſſimum eſt, vt id probare, aerem verberare putarem; niſi quorundam inſcitia, ne dicam malitia, id moliretur obfuſcare. Sed *fruſtrà iacitur rete ante oculos pennatorum.* Prou. 1. verſ. 17. Reuoluantur, ſcrutenturque quotquot voluerint antiquorum, proborumque authorum, ac ſcriptorum volumina; ea enim veritas in propatulo eſt: omnes hiſtorici fide digni, tum indigenæ, tum exteri fatentur, teſtanturque opus conuerſionis Indiarum inchoatum fuiſſe

In his nouẽ miſſionibus Semp. omniũ Primi Franciſcani.

fuiſſe à Fratribus Minoritis: & quicquid inde emanatum eſt, gloriæ Franciſcani Ordinis haud immeritò adſcribendum: quippequi præ aliis & primi, quam alii ſtrenuè atque indefeſsè, inuictoque animo, & profuſione ſui ſanguinis vineam Domini in nouo orbe excoluerunt. Indiarū miſſiones à FF. Minoribus inchoatæ.

Regio, Vrbs, Genus Martyrij, Profeſſio, ac nomina vigintitrium Martyrum Iapponenſium Reformatorum, & eorum declaratio à Sede Apoſtolica ſub Rom. Pont. Opt. Max. Vrbano Octauo.

I DVx & anteſignanus vigintitriū noſtrorum Reformatorum, ac athletarum Chriſti extitit in ea miſſione ad Indos oriētales *B Petrus Baptiſta* Prou. S. Ioſeph Diſcalceatorum alumnus; qui Commiſſarii officio fungens tunc morabatur in Prou. S. Gregorii Philippinar. inſularum Indiæ occidental. exindeque ſoluens die vltima Maii ann. 1590. vna cum tribus ſociis Fratribus traiecit in Iapponiam, vbi legatus pro concilianda pace miſſus fuerat, vtque hac occaſione Chriſti Euangelium inibi diſſeminaret. Itaque à Taycozama Quabacundano Rege, benignè, honorificeque ſuſceptus, legationis ſuæ ſeriem, ac ſubſtantiam ex parte Regis Hiſpaniar. illi expoſuit; diligenterque, ac prudenter omnia cum ipſo Taycozama egit, vt Patres Societatis Ieſu ab exilio reuocarentur, Chriſtique fidem prædicare, & collapſas Eccleſias reædificare illis impunè licitum foret. Deinde ipſemet B. Petrus Baptiſta præfati Regis authoritate, ac munificentia Eccleſias, Monaſteria, Hoſpitalia, aliaque pietatis, & deuotionis domicilia cæpit conſtruere, populo publicè fidem chriſtianam annunciare, adultos inſtruere, Baptiſmo abluere, &c. S. Mart. Petr. Bapt. legatus ad inſulam Iapponicam. Intercedit apud Regem Taicozama pro Ieſuitis.

II Verum perſequutione paulò poſt exorta, ab eodem Rege Fratres Minores carceribus mancipantur, qui ſententiam mortis mox excipientes, educti ſunt foras ante Phanum Idolorum, vbi parumper auriculæ ſiniſtræ omnibus abſcinditur; deinde cathenis ferreis per collum alligati, per totum fermè Iapponiæ Regnū circumducuntur; opprobrijs, ludibrijs, ac itinerjs labore pedeſtri valdè afflicti: quæ omnia libenti, forti, ac læto animo pro Chriſto ſunt perpeſſi. Tandem Nagaſachum peruenientes, ad locum ſupplicij mox trahuntur crucifigendi: ac lanceis confodiendi more Iapponico. Cæteri cum ſuis mancipatur ludibris afficitur, damnatur ad ſupplicium.

III Sex ex his principaliores, ac profeſſi in Reformatione Diſcalceatorum, quorum duo erant ex venerabilium fratrum noſtrorum laicorum ſerie. Reliqui erant etiam Reformati, ſed Tertiarii, & ad Tertiariorum profeſſionem, ad adiuuamen, & ſeruitium

Fratrum in illis partibus admiſſi. Ordo eorum crucifixionis apud Martyrolog. Franciſc. die 5. Februar. D. Agatæ ſacro, eſt huiuſmodi. Primus, qui crucifixus eſt, fuit

Ordo eorum crucifixionis.

1. Martyris encomiũ iuxta ſuũ nomẽ.

1 B. Martyr Philippus à Ieſu Sacerdos. Ieſus etiam fuit qui dixit Philippo Apoſtolo, hunc Philippum Minoritam præfiguranti: *Vnde ememus panes vt manducent hi?* Emit Chriſti panes delicatos, ac pretioſos ex ingenti Fratrum Minorum pænu, de quibus iam diximus iuxta doctrinam D. Antonij. Priorem panem, quem emit Saluator ex noſtris Reformatis Hiſpanis, à Philippo ſuo voluit adminiſtrari.

Item & 2 eodem modo.

2 B. Pater Martyr Franciſcus Blanco Concionator. Francus, hilariſque rubuit Blancus, dum candidam animam, emittens è corpore ſanguinem, francam, atque expeditam, immortalitatis ſtola candidatus, miſit ad Chriſtum.

Item & tertii.

3 B. P. Martyr Martinus ab Aſcenſione, etiam concionator; & & verè Mars Seraphicus, qui aſcendens cum Chriſto Hieroſolymis per martyrium, aſcendit triumphans ad Chriſtum per Hieruſalem, ſcilicet per viſionem pacis.

Item & aliorum.

4 B. Mart. Conſaluus, profeſſione laicus, ſaluus Dei gratia triplici baptiſmate, eccleſiaſtico per lauacrum, ſeraphico per cilicium, ſanguineo per martyrium.

5 B. Mart. Franciſcus à S. Michaele laicus, qui frangens vincula carnis, cruci, & carnifici generoſo ſpiritu eã exhibuit, Archangeli Michaelis ſui fortitudine Satanã pedibus calcauit, ac lancea amoris Dei, & Romanæ fidei (lancea materiali bis corporaliter tranſuerberatus) amoris vulneribus crudeliter percuſſit.

B. Petr. Bapt. vltimò inter ſocios ſuos crucifigitur.

6 B. P. Mart. Petrus Baptiſta Commiſſarius, qui vltimus precatus eſt crucifigi. *Super hanc petram ædificata Eccleſia* Franciſcana Reformata, per martyrium ab Eccleſia Romana declarata, & approbata, portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.

Alij ſeptemdecim Reformati Iapponenſes Diſcalceati laici, ac profeſſione Tertiarij.

Alii Mart. 17 ex Reformatis Tertiariis.

1 B. Mart. Paulus Sauziquius, Paulo Apoſtolo promptitudine, ac fortitudine moriendi perſimilis.

2 B. Mart. Gabriel Durſco, ætatis ſuæ annorum 19. nomine, & re Gabriel, quia in pueritia diuino robore vicit tyrannum.

3 B. Mart. Ioannes Quizuya. *Ioannes eſt nomen eius*, quia gratia Dei in eius certamine Martyris nomen, meritum, & mercedem largita eſt.

4 B. Thomas Xico, gemino abyſſu profundus, quia gemina gloria beatus, comprehendens Deum, & vt ciuis Dei, & vt martyr Dei. Thomas enim hæbraicè abyſſus, & geminus interpretatur.

B. Mart.

5 B.Mart.Franciſcus Medicus, medicinam cæleſtem proprio ſanguine infidelium terræ præparans.

6 B.Mart.Ioachim Saquierius, *Domini præparatio* bis effectus, quia & ſeipſum, & alios animando ad palmam, ſacrificium Deo duplex præparauit, & obtulit.

7 B.Mart.Michael Coſaguyin, cuius nomen *quis ſicut Deus* interpretatur; quis enim fortis in ipſo ſicut Deus, ſine quo nihil ad meritum martyrum valeret, quamuis mirando robore amplexum?

8 B.Mart.Thomas eius filius annorum quindecim, puer ætate, ſed gigas in Cruce, cum gigante geminæ ſubſtantiæ, ſcilicet Chriſto, vt exponit Doctor noſter; cum quo *Exultauit ad currendam viam* paſſionis. Christus gigas geminæ ſubſtantiæ.

9 B.Mart.Bonauentura Duiſco, profeſſione, nuncupatione, religione, extinctione Bonauentura.

10 B.Mart.Leo Carazuma, qui miſſus cum ſocijs *vt ouis in medio luporum*, vt Leo de Tribu Franciſcana, leonem tartareum, quem deuoret quærentem, vicit.

11 B.Mart.Martinus, poſtea Matthias cognominatus, & meritò: cecidit enim ſuper eum magna ſors, connumeratus inter tot Apoſtolorum ſectatores.

12 B.Mart.Antonius Naganzachius, Floridus ex nomine, ſed floridior ex calido ſanguine, per quem vt vernans roſa purpureus.

13 B.Mart.Ludouicus Guiſco, eo certaminis ludo expoſitus, in quo *Ludit Deus in orbe terrarum cum filijs hominum*, qui pro ipſo dum vitam perdunt, ludo vincunt, & eludunt hoſtes.

14 B.Mart.Paulus Ibariquius, conſtantia Petrus ad crucem, virtute Paulus ad vulnera.

15 B.Mart.Petrus Xuquexico adauctus petra ſcandali Diabolo, petra adaucta Chriſto.

16 B.Mart.Coſmas Tagnia, Coſmus Coſmo dignus, vtroque homine Coſmus, & vtrique Coſmi, ſcilicet cæleſti, & Archetipo aptus.

17 B.Mart.Franciſcus Carpinterus, & ipſe adauctus, & ſic verè Franciſcus promptitudine, & liberalitate moriendi.

Simul cum tot victimis Franciſcanis, tres aliæ ceciderunt ex Ordine Societatis Ieſu. Has genuit Hierarcha Ignatius de Loiola, lupos barbaros in olla idolatriæ igne amoris Dei cum igne Seraphico Fratrum Minorum excrucians. Tres Mart. è Societ. Ieſu.

IV Paſſi ſunt ſub Clemente VIII. Aldobrandino, & Rodulpho II Imperat. Auſtriaco anno Domini 1597. Relgionis verò 388. Reformationis autem 90. ſcripti in Cathalogo Sanctorum Martyrum ann. 1627. per Bullam, quæ incipit, *Saluatoris, & Domini noſtri*

ſtri Ieſu Chriſti, &c. à Romano Pontif. opt. max. ex nobili proſapia Barberina Vrbano VIII. *Vrbis, & Orbis oraculo*, vt alibi ſcripſi.

V Inſigne Gentilitium ſtirpis Barberinæ, Serenitati Mutinenſi, Auſtriacæ genti affini, hodie iunctæ tres Apes. *Operationes Apum*, ait Doctor noſter ſerm. in die S. Pentecoſt. *Spiritui Sancto ſunt appropriatæ*. Apoſtolicus homo, ac Hierarcha Seraphicus Franciſcus in conflatorio Diuini Spiritus efformatus eſt, vt pluries diximus ex Cæſare Baronio, ac propterea Apum operationes ſibi miſticè per idoneæ. Quot B. Franciſci Reformationi tradidit Martyres magnus Vrbanus, Spiritu Sancto cum tota Trinitate ſibi aſſiſtente, tot melleos fauos pariter tradidit. Melleis fauoribus quampluris ditauit Reformationem noſtram pius, ac ſapientiſſimus Vrbanus; dedit enim ei loca Terræ Sanctæ in Paleſtina, Montem Aluerniæ in Etruria, &c. Sed eius paſtoralis, ac pontificia authoritate, ac liberalitas, cuius ſymbolum Apes, maximè ſe diffundit in horum vigintitriũ Martyrum declaratione, per quam haud vnum Beatum nomine, & merito Felicem dedit, vt Ordini Capuccinorum, ſed plenum currum Martyrum, ſicut ipſe teſtatus eſt illis verbis ad Cardinalem Barberinum Nepotem, de quo ſuo loco: *Ecce quid feci Reformatis tuis, iam amplum currum, Beatis Martyribus ſuperplenum, eis largitus ſum.*

Stirps Barberina.

Operationes Apum per figuram.

Magna deuotio, ac liberalitas Vrbani VIII. erga Reformatos.

Beati Martyres Reformati, ad quorum proceſſus conficiendos literæ petuntur Apoſtolicæ.

1 P. Sebaſtianus de S. Ioſepho, qui ſagittis confixus pro fide Chriſti apud Inſulanos Molucenſes occubuit 1610.

2 Fr. Antonius de S. Anna eius ſocius, à fœminis gladiis ſenſim tranſuerberatus.

3 P. Blaſius Palominus Prouinciæ Granatenſis, in iiſdem inſulis 1614. occiſus.

4 Fr. Ioannes de Palma Prouinciæ S. Ioannis Baptiſtæ, ibidem decollatus.

5 Fr. Petrus de Aſcenſione Prouinciæ S. Pauli Omuræ in Iapponio capite obtruncatus 1617.

6 Fr. Ioannes à S. Martha Prouinciæ S. Iacobi apud Meacum in Iapponio decollatus 1618.

Vide authorem Martyr. die Septemb. 8.

Apud Iapponios lento igne anno 1622. admirando tormenti genere torti, ac denique combuſti fuerunt alii octo, quorum nomina ſic ſe habent.

7 Fr. Ricardus de S. Anna Prouinciæ Flandriæ.

8 Fr. Petrus de Abyla Prouinciæ S. Ioſeph.

9 Frater Vincentius de Sancto Ioſeph eiuſdem Prouinciæ; quorum

quorum fuerunt inſeparabiles comites.

10 Fr. Leo Tertiarius.

11 Soror Lucia de Freitas Tertiaria.

12 Fr. Apollinaris Francus Prouinciæ S. Iacobi.

13 Fr. Paulus de S. Clara Prouinciæ S. Gregorii.

14 Fr. Franciſcus de S. Bonauentura eiuſdem Prou. Quorum gloriæ fuerunt conſortes octo Patres Dominicani, vnus Auguſtinianus, octo Ieſuitæ, 24. Iapponii, quibus occiſorum numerus 118. excreuit. Hi duo in Philip. Japponenſes.

Beati Martyres, quorum proceſſus fiunt authoritate Apoſtolica.

BEatus *Ioannes* ſacerdos Peruſinus ſocius S. P. Noſtri Franciſci B. *Petrus* laicus, & ipſe quoque eiuſdem Seraphici P. Franciſci, atque ex Saxo Ferrato nobili Oppido, Bartoli celebri Iuriſconſulti. Hi Valentiæ in Hiſpania ob Chriſti liberam prædicationem, & Mahumeticæ legis publicam damnationem, variis, iiſque maximis tormentis excruciati, ab Azoto, aliis *Zeitabuzeit* Maurorum Rege iuſſi ſunt capite plecti. Decollati ſunt in publica platea 1231. die Auguſti 29. Decollationi S. Ioãnis Bapt. ſacro, ac propterea illis duplicata fauſtitate auſpicatiſſimo. Verum Rex facti deinde pœnitens, ex maximo chriſtianorum perſecutore, Chriſti fidem amplexatus, vt vaticinati ſunt ijdem Sancti Martyres, baptizatus eſt: Regno abrenunciauit & ſæculo, necnon Minores ſummè dilexit, quibus ædes ſuas cœnobio ædificando tertio poſt menſe præſcripſit. In baptiſmo Vincentii Beluiſij nomine indito. Vadingus tom. 1. 1238. ſub n. 6. Vide etiam Artur. die Auguſti 29. cit. Decollati ſũt iuſſu Regis Azoti 1231. Rex Azotus factus chriſtianus.

Beati Martyres, quorum proceſſus fiunt in partibus coram Ordinarÿs.

QVatuordecim Fratres Pragæ nouæ in Bohemia anno 1614. ab hæreticis occiſi. Artur. 2. Ianuarii. Multi alii apud Japponios igne fuere cruciati. Hi, & alii præfati Martyres apud Typographum Ioannem Dominicum Roncaliolum in ſuo libello Neapoli impreſſo 1626.

DISTINCTIO III.

Ordines Confeſſorum, Doctorum, & Scriptorum, Hierarchiam Franciſcanam conſtituentes.

I VIRI illuſtres, ſanctitate, & miraculis clari, Confeſſores, Doctores, & Scriptores, virgines, & non virgines (de his inferius) equidem innumeri extant in Hierarchia S. Franciſci. Alii ex Ordine Fratrum Minorum, virgines ex Ordine D. Claræ, quem ſecundo inſtituit Hierarcha Seraphicus, alii ex Ordine Tertiariorum. Plures dedit Religio; nondum in ſe notabiliter diuiſa. Plures poſt diuiſionem Regularis Obſeruantia, iam ampliſſimum Sanctorum Martyrum, & Confeſſorum ſeminarium effecta. Plures aliæ Soboles ſuperius memoratæ, vt Soboles Conuentualium, Reformatorum, Capuccinorum, Clauſtralium tertii Ordinis. Vitalis Algezita in Arbore Epilogica totius Ordinis Seraphici, Robollendus 1. p. Chronic. Rapinæus p. 1. præfat. §. 4. hiſtor. generali orig. Recollect. & alii apud Martyrolog. Franciſc. in prolog. art. 17. §. 102. enumerant 1650. Confeſſores, & beatificatos 606. Cæteros, ſiue Confeſſores, ſiue Martyres, Virgines, &c. præterit idem Martyrolog. nam horum canonizatio promouetur in Curia Romana, quorum cauſa expedita eſt in ſacra Rota, quorum proceſſus fiunt authoritate Apoſtol. tum Romæ; tum in partibus coram Ordinariis, ſeu ad quorum proceſſus conficiendos literæ petuntur Apoſtolicæ ſub Gregorio XV. Vrbano VIII. Innoc X. Alexandro VII. ſummis Pontificibus. Horum omnium ſeries habetur Neapoli ex Typographia Ioannis Dominici Roncalioli anno Chriſti 1626. cum approbatione, & nos eam inferius ſuis locis dabimus.

Confeſſores Franciſc. apud Martyr. in prolog.

Sancti Confeſſores, quorum aliqui & Pontifices ſimul ex Ordine Fratrum Minorum canonizati ab Eccleſia Romana.

I SAnctus Parens Hierarcha, ac Patriarcha Franciſcus natus anno Chriſti 1181. in ſtabulo nocte media, & die 4. Octobris, in quo obiit. Oſculo Angelico humero dextro in baptiſmate rubro Taù ſigno decoratus. Conuerſus 2. ad Deum anno 1207 anno 1209. inſtituit ordinem Fratrum Minorum. anno 1212. ordinem Clariſſarum: anno 1221. ordinem Tertiariorum. Diaconus, nuſquam ſacerdos, ſicut nec D. Benedictus Abbas, nec S. Maurus

Aſſiſii in Vmbria ex Moriconum ſobole ſub Lucio III.

S. Franc. fuit ſimplex Diaconus.

rus Abbas eius diſcipulus, nec S. Antonius Abbas, nec S. Stephanus fundator Grandis Montis, nec S. Franciſcus de Paula. Stigmatizatus ann. 1224. die Veneris 14. Septembris, ac propterea plagæ, & claui Chriſti proprium ſibi ſymbolū. Mortuus die Sabbati 4. Octobris in ſero 1226. cum eſſet annorum 45. Canonizatus à Gregorio IX. die 5. Iulii anno 1228. Sepultus in vrbe Aſſiſij die Dominico immediato in Eccleſia S. Georgii, vbi paruulus literas didicit, ibidem poſtmodum primitus prædicauit, & primum locum quietis accepit. Tranſlatus anno 1230. die 25. Maii duorum millium Fratrum Minor. interuentu ad nouum, ac pergrande Templum eodem die.

II *S. Antonius de Padua*, *Sanctus* antonomaſticè, & Sanctus miraculorum dictus, cuius hieroglificum Ieſus infans; natus Vlyſſipone anno 1195. ſub Celeſtino III. Vrſino, quo anno nata etiam D. Clara, & noſter Antonius ex clara Bullonum proſapia, Hiſpanicè *Bogliones*, ſtirps clariſſima Luſitana, Italicè *Boglioni*, quo nomine progenies Gottifredi Regis Hieruſalem ita etiam nuncupabatur, vt ſcripſimus in Diceriis noſtris Diceria 1. in principio. In baptiſmate vocatus Ferdinandus. Anno 1210. Clericus Regularis D. Auguſtini. Anno 1220, Franciſcanus. Anno 1231. die Veneris 13. Iunii ſub Gregorio IX. in ætate annorum 36. mortuus extra vrbem Paduæ, à qua cognomentum accepit. Anno 1232. nondum expleto anno, canonizatus ab eodem Gregorio IX. Tranſlatus anno 1264. præſente D. Bonauētura Generali Ordinis, qui accipiens manibus linguam D. Antonii rubicundam, ac veluti recentem repertam, protulit verba illa; *O lingua benedicta. de qua poſtea.* — Eodem anno natus D. Anton. & D. Clara. — Stirps D. Antonii.

III *S. Ludouicus* Epiſcopus Toloſanus, S. Ludouici Regis de gente Capeta pronepos, natus Neapoli 1266. (Vadingus tom. 2. ann. 1275. ſub Gregorio X.) ſub Clemente IV. ex Carolo II. claudo vtriuſque Siciliæ, & Hieruſalem, & Vngariæ Rege, Caroli I. eiuſdem S. Ludouici Regis fratris filio, & ex Regina Maria, Stephani V. Regis Vngarorum filia, neptis Belæ IV. Regis Vngariæ. Huic morienti abſque liberis ann. 1275. ſucceſſit in regnum Vngariæ ex iure materno Carolus Martellus Princeps Salernitanus primogenitus, cuius ſecundò natus S. noſter Ludouicus. Hic renuncians iuri primogenituræ, & regno, vt ait Romanus Pontifex Ioann. XXII. in Bulla canonizat. Fit Frater Minor anno 1295. & ſimul Epiſcopus Toloſanus à Bonifacio VIII. Sanctiſſimè obiit die 19. Auguſti in vico Brincolæ 1299. ſub Bonifacio VIII. cum eſſet annorum 23. & ſex menſium, iuxta Breuiarium Franciſcanum, niſi mendum eſſet typographi, vt probat Vadingus, & alii, alias eius dies natalitius contigiſſet anno 1276. neque obiiſſet in ætate 33. annorum. Canonizatus fuit non à Clemente V. in Concilio Viennenſi an. 1311. — Parentes, ac ſoboles S. Ludouici. — Fit Fr. Min. & renunciat Regno. — Aetas ſuper quam controuertitur.

vt putat D.Antoninus, non à Bonifacio VIII. cum Sabellico Platina, & aliis (Bonifacius enim non hunc, ſed S.Ludouicum patrinum canonizauit) ſed à Ioanne XXII. Coſſia Neapolitano, qui fuerat eius ſocius, & Magiſter, & eius obitui interfuerat anno 1316. ſeptimo idus Aprilis Pontif.ſui anno I. ita Breuiarium Franc. vbi de translatione eius die 10 Nouembris anno 1319. Author verò Martyrolog.Franc.ponit canonizationẽ S.Ludouici anno vno plus, nempe 1317.qua de re extant literæ Apoſtolicæ, incipientes, *Sol oriens mundo*, ſub datum Auinione 7.Aprilis.

Canonizatio de qua etiam controuertitur.

De B.Fratre Pontio Carbonello, Minorita, Catalano, S. Ludouici Minoritæ, & Epiſcopi Toloſæ Magiſtro.

I FLoruit S.Epiſcopus Ludouicus *Charitate* vt rubens ROSA, quæ in eius ore, iam defunctus, ad miraculum flagrantiſſimè germinauit. Floruit pariter *Virginitate* vt LILIVM, quo eius regia ſtirps (cui arma gentilitia tria *Lilia aurea*) ad perennes fructus floridior euaſit, quamuis eius Ramus Neapoli, & alibi areſactus ſit. Item Stella Fulgida effectus hic regius Antiſtes, habitu, & animo Seraphicus, necnon & Sanctitatis Vas ſub florida eius adoleſcentia, gemina pulchritudine, ex vtroque homine admirandum in modum erumpente, ac genuina maieſtate mirificè decorata, in ea illuxit doctrina theologica, ingenio comparata, ſed non ſine peculiari influxu cœleſti: *Bructauitque* os eius roſeum, liliiſque conſperſum *verbum bonum* in concionibus, & diſputationibus publicis. Ad iſtum propoſitum eſt illud rythmicum, in ſequentia Miſſæ apud Fratres Minores decantatum: *ROSA RVBENS CHARITATIS, LILIVM VIRGINITATIS, STELLA FVLGENS LVDOVICVS, VAS SANCTITATIS.*

Elogiũ S. Epiſc. Ludouici, quod cantatur in eius miſſa.

Eius ſcientia admiranda.

II Primarius, & intimior tanti Præſuli, Magiſter in diuinis literis, & in moribus angelicis fuit Fr.Pontius Carbonellus Ordinis Minorum, vir doctus, probus, & ſanctus, & ſcriptor eccleſiaſticus ſuper vtrumque codicis Biblici teſtamentum. Vading.de eo hæc ſingillatim tom.2.ad ann.1297. num.25. in quo anno obiit, miraculis clarus, vt in ſequenti facie denuo narrabimus contra Rainaldum, Annalium Baronii continuatorem. *Frater Pontius*, ait, *de Bottongata, doctrina, & ſanctitate illuſtris S. Ludouici Toloſani Epiſcopi (vt aliàs diximus tom.1. ad ann. 1214. num. 30. & 1288. num.33.) inſtructor, & magiſter: Qui ad vniuerſa Biblia ex Sanctis Patribus commentaria adiecit, quem inter Sanctos Cathaloniæ refert Antonius Vincente Ordinis Prædicatorum, de Sanctis Catalanis lib.2. fol.55. & alij*, Vide etiam in ſequenti facie, vbi de Pœnitentiariis Papæ in Pelagio Aluero. Libro verò de Scriptoribus

Eius magiſt. Fr. Pontius Carbonellus

Patria, & ſcripta Carbonelli.

Adſcriptus inter Sanctos Cathalanos.

Fran-

Franciſcanis fol.295. ſub litera P. hæc alia adiecit Vadingus, detegens errorem nonnullorum, qui aſſerunt, Carbonellum magiſtrum fuiſſe S.Ludouici Regis Galliarum. *Pontius Carbonellus* (ait) *Catalanus, S.Ludouici Epiſcopi Toloſatis ex Ordine Minorũ (non S.Ludouici Regis Galliarum, vti ſcribunt Poſſeuinus, Vuillotus, & Bibliotheca Hiſpanica author) magiſter & rector; vir ſanctiſſimus & doctiſſimus ſcripſit Commentaria in vniuerſa Biblia, ad ſingula loca collectis abundè Sanctorum Patrum ſententijs; ita vt non ineptè opus nuncupari poſſit Catena ſanctorum Patrum in vniuerſam ſcripturam ſacram. Habetur MS. octo tomis ſatis magnis diſtinctum in Bibliotheca Toletana Fratrum Minorum à viris doctis ſatis expetitum. Qui legerunt, vehementer dolent, in tenebris per tot annorum centurias ſepeliri, & ſummoperè cupiunt, vt aliquando lucem aſpiciat.*

Opus MS. Carbonelli 8 tomis diſtinctum.

Extat in Bibl. Toletana Fratr.Min.

III Gonzaga in prou. Cataloniæ in Conuent. Barchinonenſi 2, ad partem 3. memorat hunc Beatum, & Doctum virum *Carbonellum*. At in priori parte de ſcriptoribus Franciſcanis ait: *B.Pontius Carbonellus poſtillam edidit in vtrumque Teſtamentum.* Eandem poſtillam recenſet nouiſſimè author Martyrolog. Franciſcani die 31. Decembris, & quotquot de tam ſancto, ac docto viro ſcripſere authores, confirmatque errorem Poſſeuini in apparatu, qui mendosè, inquit, S. Regis Galliæ Ludouici magiſtrum aſſerit Carbonellum. Pontifex etiam Gregorius XI. Poſtillam nuncupat in literis ſuis commentaria Carbonelli in omnem ſcripturam: Quæ literæ ita ſe habent

Dilectis filijs Guardiano, & Conuentui Fratrum
Ordinis Minorum Barchinonenſium.

Lit.Greg.XI. de poſtilla Carbonelli.

IV Poſtillam ſuper Bibliam, à quodam Pontio Carbonello Ordinis veſtri editam, à multiſque commendatam audiuimus in veſtri Conuentus Libraria exiſtere duplicatam. Quare diſcretionem veſtram hortamur, quatenus vnam ex huiuſmodi poſtillis per dilectum filium Ioannem di Latone Cuſtodem Cuſtodiæ Barchinonenſis dicti veſtri Ordinis Latorem præſentium, vel per alium quam citò commodè poteritis, nobis tranſmittere curetis; quam ſeu eius pretium, ſi eam nobis retinere placuerit, vobis reſtitui faciemus. *Datum apud Villam Nouam Auenionenſ. Diœceſis 18. Kalend. Martij anno 4.*

V Quia verò in iiſdem Commentariis, ſiue in ea magna Poſtilla, Patrumque Catena, maximè in explanatione ſuper Euangelia ſeruat Carbonellus eundem ordinem, quem tenet D. Thomas in ſua *Catena aurea*, orta eſt hodie inter nonnullos modernos ſcriptores quædam curioſa, ac digna ſcitu diſputatio circa huiuſmodi commentariorum authorem; an ſcilicet fuerit author ſuæ

Curioſa diſputatio.

poſtillæ

poſtillæ in Euangelia Carbonellus ad imitationem Catenæ aureæ D.Thomæ, vel contra, an D.Thomas catenam ſuam compoſuerit imitando Carbonellum. Qui defendunt ſententiam negatiuam prioris partis diſputationis, & ſententiam affirmantem poſterioris partis, adhærendo primum mendoſæ hiſtoriæ Poſſeuini, & aliorum, quos ſupra citauimus, tria veluti irrefragabilia (vt verè ſunt, ſed ex falſo principio deducta) habent pro comperto.

Prima ſententia aduerſariorum.

1 B.Pontium Carbonellum datum fuiſſe in Præceptorem, ac Magiſtrum S.Galliarum Regi Ludouico IX. anno 1226. in quo obiit Rex Ludouicus VIII. eius parens carnalis, & B. Franciſcus eius parens & Patriarcha ſpiritualis: cum eſſet regius hæres annorum duodecim, & ipſe B.Carbonellus annorum quadraginta, vel ad minus triginta; ſed D.Thomas vix duorum annorum. Nam Diu. Thomas natus eſt de menſe Martio eo percelebri, ac magno anno, per quem pleniſſimum, ac perenne *Memoria Paſſionis Chriſti Iubilæum* adepta eſt Eccleſia vniuerſa. Currebat enim annus ſalutis 1224: quando cruenta vulnera, & clauos ex ſe, immediatè per phiſicum, vt aiunt, contactum carni virgineæ, & immaculatæ ſerui ſui Franciſci ad Feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis die Septembris decimaquarta valde mane, totus iam Aluerniæ mons veluti nouum Cælum empireum inflammatus, apparens illi ſub ſpecie Seraphim, impreſſit Chriſtus. Sic recentis, ac ſingularis miſterii abyſſus, pluribus miraculis in vno miraculo concurrentibus, anticipato inuocauit, obtinuitque D.Thomæ ſapientiæ, ac ſanctitatis abyſſum, à mari magno, ac ſpatioſo manibus Chriſti ſcilicet patientis, per natum infantem debito tempore exhauriendum.

D.Thomæ natiuitas ad ann. 1224.

Quando B. Franc. accepit à Chriſto vulnera.

2 Quod compertum habent, & exploratum eſt, Pontium Carbonellum defunctum eſſe octogenerario maiorem, eiuſque obitum contigiſſe anno 1290.

3 Adducunt pro theſi inexpugnabili, ſicuti in facto eſt, licet ex mendoſa præſuppoſitione deducta, Carbonellum vllo modo reſcribere potuiſſe commentaria ſua ſub poſtillæ nuncupatione in quatuor Euangeliſtas ex Catena aurea D.Thomæ, qui anno 1274. annis quatuor antequam obiret eam edidit, quando Carbonellus habebat annos ſeptuagintaquatuor. Hæc ſunt aſſerta præfatorum ſcriptorum pro ſententia Poſſeuini, & aliorum, qui conſtituunt Carbonellum Sancti Regis Galliæ Ludouici Magiſtrum, non autem Sancti Epiſcopi Ludouici, illius Regis pronepotis.

VI Aſſumamus modo primum horum ſcriptorum aſſertum, & videamus quam connexionem, ſiue coherentiam habeat cum ſequentibus: Aetas Carbonelli, ſi fuiſſet S. Ludouici Galliarum

Aſſerta aduerſariorum examinātur.

Regis

Regis præceptor, eſſet ad minus, vt ipſi præſupponunt, annorum 30. quotiens ipſis anni 40. minimè concederetur. Verum anni illi 30. videntur excludendi multis de cauſis, quarum præcipua eſſet, quia in ea ætate fortè Carbonellus vel nondum fuiſſet frater Minor, vel nouitius fuiſſet. Nam initia Religionis noſtræ deſumenda ſunt ab anno Chriſti 1209. natiuitas verò Carbonelli, ſi ipſi concederemus annos 30. ab anno 1196. computanda eſſet. Sumpſiſſe deinde habitum Franciſcanum poſt annos 15. à fundatione Religionis, & ipſe cùm eſſet annorum 29. aliquid veriſimile ſuperre, quam neſcimus, diceremus. Igitur prima aduerſariorum præſuppoſitio de annis 40. Carbonello in officio Præceptoris S. Regis Franciæ Ludouici, quod etiam pauci forent, concedendis, melior, ac rationabilior.

VII. Annum Chriſti 1290. conſtituunt deinde obitui Carbonelli, cumque vixiſſe annos 80, & amplius fatentur. Sed hæc ſupputatio ipſis ex diametro aduerſatur iuxta ipſorum præſuppoſitionem. Quandoquidem ab anno Chriſti 1226. vſque ad an. 1290 interponuntur anni 64. quibus ſi addas annos 40. ætatis Carbonelli, complent omninò annos 104. ſi ad minus annos addas 30. efficiunt annos 94. Ergo hæc prima ſenteutia reijcienda eſt vt apertè falſa, prout eam reijcit Vadingus, & vt ipſis aduerſarijs contraria. Veniunt deinde ad alteram ſententiam, quæ vera eſt, & irrefragabilis, quod ſcilicet B. Pontius Carbonellus, fuerit Præceptor S. Ludouici Epiſcopi Toloſæ, qui annis ſeptem commoratus eſt obſes pro Carolo Patre in Cathalonia; concludunt que ex ea, quod licet Carbonellus ſuperuixerit poſt D. Thomæ obitum, qui contigit anni 1274. annos 14. non poterat tamen reſcribere commentaria ſua ſuper Euãgelia ex Catena aurea D. Dhomæ, quia ad minus 50. anni erant neceſſarij Carbonello in conſcribendam explendamque poſtillam ſuam, octo tomos ſatis grandes, ac voluminoſos complectentem.

Quod præſupponunt ipſis apertè aduerſatur.

Alia reſolutio aduerſar. iuxta ſecundam ſententiam.

Diluitur altera aduerſariorum ſententia, & contraria, vt verior & probabilior ſtabilitur.

VIII. AD diluendam ſecundam ſententiam aduerſariorum, ſuper verum aſſertum nimis voluntarè fundatam, nonnullæ animaduerſiones principio ſtabiliendæ ſunt.

1. Animadu.

Prima animaduerſio. Nomen, quod tribuit D. Thomas commentario ſuo ſuper 4. Euangelia, habetur ex literis liminaribus eiuſdem ad Sanctiſſimum Pontificem Vrbanum IV. de cuius peculiari mandato illud ediderat. Quod exprimens Fr. Sixtus Senenſis Dominicanus lib. 4. Bibliothecæ, ſic ait. *Collegit præterea D. Tho-*

Quo titulo D. Thom. inſcripſerit cõment. in 4. Euan.

Thomas Vrbani IV. Papæ iuſſu ex Cetonibus Latinorum Patrum, & ex rapſodus Græcorum auctorum, quas latinè transferri curauerat nobiliſſimum opus explanationum in quatuor Euangelia, quod Continuum in quatuor Euangeliſtas in*ſcripſit*. *Recenſiores vero* Catenam auream appellat. Cuius tituli commutatio etſi quo tempore facta ſit ignoretur, extabat tamen ante tempora Fr. Ioannis Cardinalis de Turrecremata, qui anno 1440. in quo floruit (vt fert Bellarm. ſæcula 15. de ſcript. Eccleſ.) viuebat.

Recenſiores mutarunt illud.

11. Animaduerſ. IX. Secunda animaduerſio. Mutuauerunt paſſim inter ſe ad inuicem integros tractatus magni doctores Eccleſiæ, Auguſtinus, Ambroſius, Hieronimus, Chriſoſtomus, Athanaſius, Bernardus, Petrus Damiani, & multi alij. D. Hieronymus ex Origine deſumpſit commentarios in Epiſtola ad Romanos, vt colligitur ex prologo ſuo ſuper Malachiam. D. Ambroſius libro Exameron reſcripſit ex D. Baſilio, ea fidelitate, & exacta ſimul integritate, quam idem Sixtus Senenſis adnotauit Beda, Iſidorus, Theodoretus, Eutimius, Primaſius, & alij haud pauci opera edidere completiſſima, quæ tamen in ſuis radicibus aliena erant, nec propterea veluti ab aliis, non autem ad ipſis conflata, æditaque dicta ſunt, aut iudicata.

Magni Doctores Eccl. integros libros inter ſe mutuauerūt.

X. Tertia animaduerſio: Controuertitur inter recenſiores, num ſcilicet D. Thomas, ad ſuorum anteceſſorum maioris nominis in Eccleſia Patrum imitationem, maiorem partem primæ ſecundæ, & ſecundæ ſecundæ, in extrema ætate ab ipſo conſcriptæ, deſumpſerit ex ſpeculo morali Fratris Vincentij Ordinis Prædicatorum & Epiſcopi Bellouacenſis? Ad quam controuerſiam affirmatiuè reſpondent ferè omnes ſcriptores ac profeſſores doctrinę D. Thomæ tum exteri, tum etiam & Dominicani, qui ſuper rem hanc ſiue hiſtoricè, ſiue ſcholaſticè aliquid tractauerunt.

De 4. ſpeculis Vincent. Belloa.

XI. Quatuor egregia ſpecula, præter alia opera laborioſiſſima; ferunt ſcripſiſſe Vincentium. *Speculum doctrinale*, in quo agit per libros 17. de omnibus ſcientijs à grammatica vſque ad Theologiā. *Speculum hiſtoriale*, in quo tradit hiſtorias ab initio Mundi vſque ad annum 1244. ſed continuauit aliquis alius vſque ad ann. 1494. *Speculum naturale*, vbi libris 32. tractat de rebus omnibus, herbis, auibus, & c. & in vltimo libro, *de locis & temporibus*, ſua tempora dicit fuiſſe ann. Dom. 1250. *Speculum morale*, in quo per libros tres, diuiſos in ſuas partes, & diſtinctiones agit de paſſionibus animi, de Legibus, de Gratia, de Vitijs, & Virtutibus copioſiſſimè. Obiit autem tam doctus vir, & egregius Antiſtes, qui vixit tempore Innocentij IV. ad ann. 1256. vt ſcribit Frat. Antonius Senenſis in Biblioth. Ordinis Prædicatorum, qui Vaſeum teſtem adducit apud Bellarminum loco cit. ad ſeculum 13. ſub anno 1250. Itaque ſuper-

peruixit Bellouacenſi S.Thomas annos 18. habebatque in obitu illius annos 32. quo tempore nondum ſcripſerat ſummam ſuam, nec ſcribere poterat. Ac per conſequens edens poſtea ipſam in extrema ætate, quæ expleuit annos 51. vſque ad annum 1274. neceſſe eſt aſſerere, primam ſecundæ, & ſecundā ſecundæ deſumpſiſſe ex ſpeculo morali Bellouacenſi, in quo maiori ex parte de verbo ad verbum illud admirandum opus reperitur.

XII Vis huius argumenti magna admiratione, & anguſtia affecit Cardinalem Bellarminum, quamuis eius prædeceſſores in nullo vexauerit, & aliud ſenſerint, rimantes antiquiora SS. Patrum exempla, quæ paulò ante retulimus. *Mirum valde eſt*, (ait in obſeruat. 3. ſuper indicem operum D. Thomæ, quæ ſunt numero XVII. iuxta editionem Romanam ſub Pio V.) *quod magna pars prima ſecundæ, & ſecundæ ſecundæ inueniuntur ijſdem verbis in primo, & tertio libro ſpeculi moralis Vincentij Bellouacenſis; & quidem non videtur Vincentius potuiſſe ſpeculum ſuum morale conficere ex doctrina, & verbis S. Thomæ, cum ipſe obierit anno Dom. 1256. vt teſtatur Antonius Senenſis ex Vaſeo in Bibliothec. PP. Prædicatorum; & S. Thomas obierit anno Dom. 1274. & in extrema ætate ſummam Theologiæ confecerit. Sed neque eſt vllo modo credibile Sanctum Thomam ſummæ ſuæ partem ſecundam, eamque nobiliſſimam ex alio ſcriptore hauſiſſe.*

Opera D. Thomæ nū. XVII.

Euidens ratio circa reſcriptionem 2.p. ſumm. à Vincent. Bellouac.

Nihilominus perpendens Bellarminus exactiori, atque diligentiori examine omnia quatuor Specula Vincentij, reperit tandem haud paucum diſcrimen inter ſtilum, & phraſim trium ſpeculorum, doctrinalis, hiſtorialis, & naturalis, quæ in illis æqualis eſt & inter ſtilum, & phraſim ſpeculi moralis ab ea longè diuerſam. Iſtud examen per tale diſcrimen apud viros doctos in cenſurandis libris, peruestigandiſque eorum auctoribus, ſemper maximi momenti extitit, vti in facto apud eundem Bellarminum in alio examine opuſculi D. Thomæ *de regimine Principum ad Regem Cypri* quod non eſſe D.Thomæ probat etiam per differentiam in modo dicendi. Hinc reſpondens obiectioni in hunc modum ſe ſe liberat ab omni anguſtia. *In his anguſtijs nihil mihi occurrit, niſi ſpeculum illud morale fortaſſe non eſſe Vincentij Bellouacenſis, ſed alicuius auctoris poſterioris, qui fortaſſe Vincentius etiam diceretur, quiſque ſecundam partem S.Thomæ in compendium redigere voluerit. Id quod videtur poſſe confirmari ex eo, quod ſpeculum morale grauius multo eſſe videtur, quam ſint ſpeculum doctrinale, naturale, & hiſtoriale, quæ tria ſine vllo dubio ſunt Vincentij Bellouacenſis.* Hucuſque Bellarminus loco citato.

Sed diluitur per examen Bellarmini.

XIII Adde ex eiuſdem aduertentia ſuperius memorata, quod ſicut alius ſcriptor poſt obitum Bellouacēſis cōtinuauit ſpeculum

eius hiſtoriale vſque ad annum 1494. ita quoque alius quiſpiam, ſiue Vincentius, nuncupatus, ſiue non, potuit addere ad tria ſpecula Vincentij pariter & illud morale, quod à doctrina D. Thomæ ſub titulo Speculi moralis reſcripſerat.

His animaduerſionibus examinatis ac ſtabilitis, dicimus primò partim ex Luca Vadingo, partim etiam ex aduerſarijs, B. fratrem Carbonellum ſuperuixiſſe ab editione Catenæ aureæ D. Thomæ annos 27. ab illius verò obitu annos 23. Patet, tum quia mors Carbonelli anno ſuę iniuſtæ incarcerationis 1297. vel poſt aliquot mēſes contigit, clarus deinde miraculis, & inter Sanctos Cataloniæ relatus; tum etiam quia D. Thomas edidit catenam auream anno 1270. vt aſſerunt ipſi aduerſarii.

Prima reſolutio authoris.

Dicimus ſecundò, potuiſſe Carbonellum non ſolum commentarium ſuum præcipuum ſuper quatuor Euangelia ex continuo D. Thomæ commodè ad imitationem Sanctorum Patrum cum magna ſua laude tunc temporis deſumere, quando nomen, & Gymnaſium Angelici Magiſtri per totum terrarum orbem celebrabatur; ſed etiam in tota poſtilla eum imitari, qui illum egregium modum explanandi teſtamentum nouum ſuper quatuor Euangeliſtas primus ex proprio ingenio conſultò excogitauit. Quandoquidem poterat vnum grandem tomum ſingulis tribus annis conficere, cum eſſet vir doctus, robuſtus, optimæ valetudinis, & quod pluris eſt ſanctiſſimæ vitæ; ſanctitas enim in ſimilibus multum prodeſt, vt pauco tempore multi labores in re literaria demandentur vti in ſpecie contigit D. Thomæ. D. quoque Gregorius Magnus inter ingentes inexauſtaſque regiminis Eccleſiæ occupationes, ac ſemper penè infirmus, volumen in librum Iob edidit, vt ipſe fatetur.

Secunda reſolut.

Potuit cōmodè poſtillam ſuam Carbonellus imitat. D. Thomæ edere.

XV Si ergo id poterat Carbonellus circa totam poſtillæ ſuæ operam ad imitationem D. Thomæ eam colligere ex SS. Patrum ſententiis, à fortiori potuit deinde totam explanationem ſuper Euangelia, vt citius opus ſuum expleret à Catena eiuſdem Doctoris deſumere. Ponendo Patrum autoritates prout extabant in proprio eorum textu. Quia D. Thomas paſſim illas in aliquibus mutauit ſine vlla ſenſus iactura, vt melius inter ſe ligata eſſent: & in hunc modum, auctis ſententiarum conciſionibus, & aliquando in optimam formam redactis, illud eximium opus titulo *Continui* in quatuor Euangeliſtas inſcribi poſſet. Quod poſtea ſucceſſu tēporis propter eius excellentiam, vnde in omni Eccleſia apud cunctos doctiſſimos viros, vtraque Theologia præditos magnam famam ſibi comparauerat, *Catenam auream* iure meritò nuncuparunt Recenſiores. Eo vel maxime quia catena nihil aliud eſt, niſi continuum quoddam, ſuis annulis colligatum.

Quare mutatum nomen Continui in Cat. aur.

Hoc

XVI Hoc ſecundum dictum non ſolum non eſt voluntarium, verum ſententiæ aduerſariorum valdè conſonum. Ipſi enim aſſerunt cum aliis, quod cum D. Thomas ſuperuixerit Vincentio Belloüacenſi annos 18. neceſſarium eſt concludere, eum deſumpſiſſe primam ſecundæ, & ſecundam ſecundæ ex Speculo Morali eiuſdē, quod tamen non deſumpſiſſe haud obſcurè demonſtratum eſt. At ſi Carbonellus vixit poſt confectam Catenam D. Thomæ annos 27. & poſt eius mortem 23. cur non idem aſſerendum eſſet circa editionem Poſtillæ ſuper Euangelia, quod ſcilicet eam deſumpſerit ex Continuo D. Thomæ?

XVII Scripſimus præſentem controuerſiam, curioſam quidē, honeſtam, & dignam ſcitu, hoc anno de menſe Septembri 1663. quia ante paucos menſes idiomate Caſtiliano, ac dialogeticè quidam author ſub ficto nomine multa modeſtia, & religioſitate eandem excitauerat, ac problematicè reſoluerat. Nec puto alia intentione, niſi ad exercitandum ingenium, & ad maiorem veritatis indagationem. Nam in rebus ſimilibus (quæ paſſim omni modeſtia è medio ſublata, turbant notoriè Ordines Regulares nō ſine Eccleſiæ totius, & Reipublicæ Chriſtianæ commotione) *Aut loquendum* (teſte Hieronymo epiſt. ad Furium) *Vt veſtiti ſumus, aut veſtiendum vt loquimur.* Mentem ſecuti D. Auguſtini lib. 1. contra Liter. Petilian. cap. 19. vbi ait: *Diligite homines, interficite errores. Sine ſuperbia de veritate præſumite. Sine ſæuitia pro veritate certate.* Aliquando hæc duo magna Eccleſiæ lumina exceſſerunt parum, licet inculpabiliter, limites concertandi pro ſcriptis propriis circa eruditionem. Hieronymus acumen ingenii Auguſtini maximè admirabatur, venerabatur, & magni faciebat illius ſublimiſſimam eloquentiam, & ſubtiliſſimam doctrinam. Aduertens tamen negotium, ex quo exitus parum bonos præuidebat, hæc demum, quæ in principio huius operis dedimus, ep. 21. amico ſuo ſcripſit. *Nos enim inter nos eruditionis cauſa diſſerimus, cæterum æmuli, & maximè heretici, ſi diuerſas inter nos ſententias viderint, de animi calumniabuntur rancore deſcendere.*

Modeſtia ſeruanda in cōtrouerſiis.

Rancor inter ſcriptore valde pernicioſus eſt.

XVIII Et meritò quidem, nam iuxta interpretis noſtri doctrinam ſuper illud Apoc. 9. *Aſcendit fumus putei ſicut fumus fornacis magnæ, & obſcuratus eſt Sol, & aer.* in Dom. 2. Quadrageſ. vera ſunt iſta: *Sol, & aer Religioſos ſignificant. Sol, quia debent eſſe puri, calidi, & lucidi. Puri caſtitate, calidi charitate, lucidi paupertate. Aer, quia aerei, id eſt contemplatiui debent eſſe. Sed peccatis noſtris exigentibus exiuit fumus de puteò cupiditatis, & omnes iam infumauit.* Satis de B. Carbonello. Sed ad ſemitæ, ex induſtria derelictæ regreſſum, ad quam nos inuitat Seraphicus totius Eccleſiaſticæ Monarchiæ, nedum Franciſcanæ Hierarchiæ Confeſ-

ſor, D. Thomæ tempeſtate, charitate, veritate, animi modeſtia in diſputationibus, vita, & morte coniunctiſſimus, nimirum

S. ac Seraphicus Chriſti Confeſſor Bonauentura Fidantia, ſeptimus poſt Hierarcham Franciſcum Generalis Miniſter.

Stirps. & patria D. Bonau.

I NAſcitur id Seraphicæ ſanctitatis prodigium Etruriæ in Baleo Regio ex nobili ſtirpe Fidantia anno Dom. 1221. ſub Innocentio III. Puerulus inter brachia D. Franciſci hilaris, & exultans, ab ipſomet Seraphico Patriarcha in futuræ eius, & ſui Ordinis felicitatis prognoſticum, vocatus Bonauentura. Fit Frater Minor 1242. cum eſſet annorum 22. Recepit in Vniuerſitate Pariſienſi Doctoratus inſignia, & Cathedram Magiſtralem cum D. Thoma, illi anima, & ſanctitate coniunctiſſimo, anno 1253. Eligitur Romæ, licet abſens anno 1256. Miniſter Generalis totius Ordinis, quem ſanctiſſimè gubernauit ann. 18. Anno 1271. deſignat in ſummum Pontificem, non ſeipſum (quod efficere potuiſſet) ſed Theobaldum Vicecomitem, vulgò *Viſconti*, Gregorium X. nuncupatum, & inter Sanctos relatum. Fit ab hoc Pontifice Cardinalis, & Epiſcopus Albanenſis 1273. Dirigit Concil. Oecumenicum Lugdunenſe anno 1274. in quo anno ætatis ſuæ 53. obiit die 14. Iulii ſub eodem Pontifice, quo anno de menſe Martio obiit etiam D. Thomas, dum ad idem Concilium pergeret. Canonizatur à Sixto IV. Minorita anno 1482. quo & translatum eius corpus die 14. Martii, & ab eodem Pontifice eius ſollemnitas inter feſta Sacri Palatii annumeratur.

Ex Reformatione Regularis Obſeruantiæ.

Patria, ac proſapia D. Bern.

II SAnctus Bernardinus Senenſis Nominis Ieſu imperterritus propugnator, Theologus inſignis, gratioſiſſimus, & fœcundiſſimus Chriſti preco, egregius ſcriptor. In vrbe Meſſana ex vtroque parente nobilis, & ex Senarum Patria ſobole Albiceſca, alij Albizeta natus eodem die quo nata Virgo Maria, ſcilicet 8. Septembris anno 1380. ſub Vrbano IV. eodem die anno 1402. Regularis Obſeruantiæ Fratrum Minorum induit habitum. Eodem die anno ſequenti emiſit profeſſionem. Ei familia Regularis Obſeruantiæ ſi non exordium, ſaltem incrementum debet; fuit enim primus Vicarius Generalis Ciſmontanæ familiæ ſub Eugenio IV. Eodem die anno 1404. factus ſacerdos primam miſſam celebrauit, ac primam concionem ad populum habuit. De eo tamquam altero Demoſtene, ac Tullio Franciſcano, ac tribus Epiſcopatibus

Papa Pius II. de D. Bern.

renunciãte. Ita Aeneas Syluius Piccolomineus, qui poſtea Pius II.

Maxi-

Maximum autem ei ſtudium fuit in edocendis populis. Qui cum eſſet facundia copioſus, & doctrina inſignis, incredibili omnium attentione audiebatur, & quaſi alter Paulus eſſet vas electionis in admiratione, ac reuerentia habitus eſt. Tres enim populi ſibi Pontificem elegerunt: Vrbinates, Ferrarienſes, Senenſes, ſed non fuit ei conſilium, linguam, qua toti poſſet Italia conſulere vnam intra vrbem concludere. Hæc ille. Moritur Aquilæ vir ſanctiſſimus, & doctiſſimus die 20. Maii 1444. ſub Innoc. VII. Canonizatur, Ioanne de Capiſtrano eius diſcipulo inſtante anno 1450. à Nicolao V. Pontificatus ſui anno 4 tempore Iubilæi magni. Eius translatio die 18. Maii 1472. anno 1. Pontificatus Sixti IV. Eius dies feſtus nunc communis nobis, & Clero in omni Eccleſia Catholica ex mandato moderni Pontificis Alexandri VII. Senenſis Chiſii, qui orationem peculiarem in officio, & in miſſa compoſuit, & cantauit.

D. Ber. feſtũ commune in tota Eccl. ex decreto Alexandri VII.

III *S. Didacus* Hiſpanus, laicus profeſſione, ſed omnium virtutum, & ſapientiæ cæleſtis exemplar. Natione Beticus ex Diœceſi Hiſpalenſi, natus circiter ann. 1400. ſub Eugenio IV. Primis iuuentutis annis fit Franciſcanus in Regulari Obſeruantia. In ſchola orationis diuinitus eruditus, magnis Theologis parit ſtuporē. Maiorem Canarientium partē ad eos apoſtolicè miſſus in Guardianatus officio conuertit Chriſto, martyrii deſiderio flagrans. Anno 1450. ſub Nicolao V. maximi Iubilæi tempore Romam veniens, grauibus, & periculoſis morbis Vrbe tota laborante, Infirmariæ Aracælitanæ Magiſtrum egit. In ſenectute bona, pauper ſpiritu, ſed virtutibus diues, humilis vtroque homine, & vtroque homine meritis ſublimiſſimus, pius, caſtus, ardens in Dei, & proximi amore, In Conuentu Complutenſi obdormiuit in Domino die 12. Nouembris anno 1463. ſub Pio II. Canonizatus à Sixto V. ad inſtantiam potentiſſimi Regis Philippi II. anno 1588. cum facultate celebrandi feſtum, & recitandi officium cum octaua in Regnis Hiſpaniarum. At Clemens VIII. per Bullam, quæ incipit *Quæ ad Sanctorum*, eadem conceſſit in vniuerſo orbe: inſuper & addidit indulgentiam plenariam viſitantibus eadem die Eccleſias Fratrum Minorum, modò confeſſi ſint, & ſacra refecti Euchariſtia, preces ordinariè requiſitas ad Deum emiſerint: ſub datum 26 Martii anno 1598. teſte Ioanne Baptiſta Confectio in collectione priuileg. Fratrum Mendicant. & non Mendicant. ſub Clemente VIII.

S. Didaci natio, patria, ortus.

Doctores Franciſcani, ſiue canonizati à Sede Apoſtolica, & in numero Doctorum Eccleſiæ adſcripti, ſiue non:

I DOctore, & Scriptores illuſtres indiſtinctè enumerati à Gōzaga in 1. part. ſiue Sancti, ſiue Beati, ſiue non, neq; eiuſdem

dem profeſſionis ſummam 287.amplectuntur,ſed longè plurimum excreuere vſque ad ſæculum noſtrum, vt inferius patebit. Quos ipſe nunc conſcribere ſtudui iuxta rationem temporum, ſunt hi.

D. Anton de Pad. 1. Theolog. profeſſor in ordine.

S.Antonius de Padua, qui ſupra, quemque ob reuerentiam ad eius ſanctitatem, ac doctrinam Epiſcopum ſuum B.Franciſcus appellabat, fuit primus Lector, & profeſſus Theologiæ in Ordine, ab ipſo Franciſco Bononiæ inſtitutus. In ſchola enim Abbatis Vercellenſis apud S.Andræam adeò duobus annis profecit, vt potuerit Magiſtrum ſuum myſticam Theologiam D.Dionyſij Areopagitæ docere,ſicut idem Magiſter teſtatus eſt, vocans eum *Lucernam lucentem, & ardentem*, quo nomine ſuum Præcurſorem Chriſtus nuncupauerat.

Teſtimoniũ Magiſtri. ſui de eo.

II. Vadingus demonſtrat,fuiſſe primum Theologiæ Lectorem in Anglia Alexandrum Alenſem; ſed prior locus debebatur Antonio, ſaltem quantum ad eius inſtitutionem, quam primitus S.Franciſcus calamo ſuo dictauit. Subtilitate ingenij, vaſtitate memoriæ, qua totam Bibliã adeò mente tenebat,vt potuerit reſtituere in integrum, ſi in Eccleſia deperdita fuiſſet, efficacia prædicationis, ſublimitate doctrinæ, illud cognomen in tota Europa meruit in dicendo, & docendo, quo ſuo tempore meruit Auguſtinus. Siquidem *Malleus hæreticorum* ab omnibus vocabatur. *Arcam teſtamenti*, & mirificum ſacrarum literarum interpretem publicè eum nuncupauit Romanus Pontifex Gregorius IX. mandans ei, vt ſuos ſermones conſcriberet, quod & fecit, renuens cathedram,quam in Palatio Apoſtolico ei obtulerat idem Pontifex. Hic quoque ſcribens eum in Diuorum Confeſſorum faſtis, intonuit in eius canonizatione antiphonam illam,quam in Sanctorum Doctorum feſto cantat Eccleſia: *O Doctor optime, &c.* poſt cuius finem ipſemet Chriſti Vicarius cantauit etiam verſiculum, & orationem. Miſſa etiam, quam canit Eccleſia Franciſcana in eius ſolemnitate eſt eadem cum Miſſa de Doctoribus Eccleſiæ Romanæ, quæ incipit: *In medio Eccleſiæ aperuit os eius*. Sanctos, & Doctores poſt ſe reliquit ſocios, & diſcipulos, quos in Gallia, & in Italia docuit literam, & ſpiritum.

Malleus hæreticorũ appellatus.

Arca Teſtamenti a Gregor. IX. dictus

Idem Pontif. Palatii Apoſtol. pulpitũ ei obtulit.

Cantauit in eius Canonizat. O doctor optime.

III. Scripta eius memoranda, & admiranda nota ſunt,de quibus breui Cardinalis Bellarm. de Scriptoribus Eccleſiaſticis ad ann. 1220. Vadingus tom.1.ann.& de Scriptoribus Franciſcanis, & cæteri hiſtorici noſtri. Adnotatio mea Italica ſuper ſcripta tanti Doctoris adhuc ſub calamo, quemadmodum & totum illud opus, cui titulus: *Imagine hiſtorica del Glorioſo Confeſſor di Chriſto S.Antonio di Padua, copiata dall'imagine della ſua dottrina, e diſtinta in 36.articoli conforme al numero di 36.anni, ne' quali viſſe, e morì.* Carmen illud rithmicum, quod ann. 1650. fuit Mediolani publicè

publicè expoſitum, decantatum, & impreſſum ipſe compoſuit, ſed emendatius ſic ſe habet mòdò.

Cantio rithmica Panegirica ſuper Benedictam D. Antonij Linguam, adhuc recentem, & rubicundam.

I.
TVa, SANCTE, BENEDICTA
Lingua recens, lux Bibliorũ,
Magnus Cæli verè dicta
Traxit Regem Angelorum.

II.
Traxit Regem, ad quem duxit
Ore tot examina,
Vnde mellea conſtruxit
Diua pergens flamina.

III.
Stupens cerno quidquid Matris
Lingua valuit, infantem
Deum, loquens, Verbum Patris;
Per hanc Linguam exorantem.

IV.
Sicut illa Patris ſynum
Inclinauit Filio.
Sic & tua Deum Trinum,
Suo paſtum Lilio.

V.
Illa fudit ex intacta
Aluo Puerperium.
Tua Deum: Dei facta
Mater, & imperium.

VI.
Qualis illa, talis tua
Benedixit Deum punctis
Omnibus: Fecitque ſua
Benedici flamma cunctis.

VII.
Riuos illa quot donauit,
Ferens Dei piacula;
Tot effluxus eructauit
Tua, dans miracula.

VIII.
Sic diuinum propè Solem
Velut illa, tua felix
Immortalem fudit prolem
Peregrina facta Phœnix.

IX.
Hinc è necis ſorde munda
Immortalis conſeruatur.
Hinc ab Orbe rubicunda
Velut recens adoratur.

X.
Hanc vibraſti Clauam fortem,
Hydris mille cladẽ dando.
Proſterniſti diram mortem,
Hac & vitam exalando.

XI.
Hac dum Chriſtum peperiſti
Cordibus audientium,
Cibum vitæ protuliſti
In Triclinio mentium.

XII.
Ipſam inde, reſoluta
In arenam carne tota,
Deus reddit manu tuta
Abſque corruptionis nota.

XIII.
In hoc iam vitali ligno
Fructus vitæ præparaſti,
Sic de tempore maligno,
Quod viciſti, triumphaſti.

XIV.
Miro candens Dei zelo
Hac in ignes, verbis cultos,
Prorupiſti, per quos Cælo
Perditos dediſti multos.

XV.
Vſque hodie mortales
Tuæ guſtant Linguæ focos:
Quibus

Quibus cordibus vitales
Suis pyris formant rogos.
XVI.
Lilio tuo Lingua rubens
Velut Roſa matutina,
Ieſum Verbum dedit lubens
Eloquentia diuina.
XVII.
Dona dedit, vt renatus
Tuo Chriſtus gremio,
Qualis tibi, talis datus
Mihi ſit in premio.
XVIII.
Tua Lingua Benedicta,
Matre ſibi, tollat eſus
Famem culpæ maledictam,
Quem nunc geſtas Tuus
IESVS. Amen.

Hunc edidi hymnum cum eſſem Mediolano anno Iubilæi 1650. Sed anno 1659. diuertens ad vrbem Paduam, liber ab aula, flagrantiſſimaque Sacelli D. Antonij marmora pluries deoſculans, lingenſque, illud aliud carmen ſcripſi per antiſtæton.

SEPVLCHRVM SANCTI ANTONII DE PATAVIO

Anagramma.

Num hic odor in plena ſuauitate paſcit?

Alludit Lilio, & Ieſu Antonii.

Flos affirmat IESVS, qui iſtis flagrat arenis,
Florum quarum aderant paſcua grata ſibi.
Approbat id ſenſus. Pietas vult. Lilia bina,
Cara diu ſuperis, hoc meruere decus.

IV *S.Bonauentura* Doctor Seraphicus in tota Eccleſia, tum Franciſcana, tum Romana, ac cum D. Thoma condiſcipulus. De eo, & eius operibus ita breui Bellarm. citat, ad ann. 1265.

Opera D Bonau. ex Card. Bellar.

S.Bonauentura natione Italus, patria Balneoregienſis, Ordinis S.*Franciſci Miniſter Generalis, ac poſtea Albanenſis Epiſcopus, & Cardinalis à Gregorio x. creatus, non in ferijs Pentecoſtes, & in Lugdunenſi Concilio, vt multi ſcribunt, ſed ante Concilium, & fortè in quatuor temporibus Decembris anni* 1273. *Nam in ipſo Concilio Lugdunenſi, quod Romæ nuper eſt editum, inuenitur* S.*Bonauentura Cardinalis reſidere cum cæteris in prima ſeſſione, prima autem ſeſſio celebrata eſt anno* 1274. *die* 7.*Maij triduo ante Aſcenſionis feſtum. Vir fuit ſanctiſſimus, & doctiſſimus, & multa ſcripſit, quæ Romæ edita ſunt iuſſu* Sixti v. *Pontificis in octo Tomos diſtributa.*

Suis ipſe ſcriptis laureatus D.Bonau.

V Luſtret, quæſo, amicus Lector octo Bonauenturæ tomos. Romæ impreſſos iuſſu Sixti v. Nam ex illis concludet, ita Seraphicum Doctorem ſuis libris, & ſcriptis laureari, ac ſi octo Euange-

licis

licis Beatitudinibus, quibus in tota vita excelluit, nouo quodam modo ſuper ſeipſum, & alios Theologos per Seraphicam eminentiam coronaretur. Quid ſimile propoſuit Gotifredus Monacus, ac D. Bernardi diſcipulus, qui ſcribens hiſtoriam de vita ſui Magiſtri, concludenſque caput 6. lib. 3. ſtatim addit in principio cap. 7. *Cæterum longè eminentius in ſuis illis libris apparet, & ex literis proprijs innoteſcit. In quibus ita ſuam videtur expreſſiſſe imaginē, & exhibuiſſe ſpeculum quoddam ſui, vt illud quoque Ambroſianum meritò illi aptari poſſe videbatur.*

Laude ipſe ſe ſonet; & laureatus ſpiritu ſcriptis coronetur ſuis. Qua ſententia motus, opus meum Italicum prefatum pro D. Antonio magno animo ſuſcepi, & nondum expleto anno propè finē reduxi. Extat adhuc incompletum ſub cenſura. Vide nonnulla alia de D. Bonauentura in ſequenti facie, vbi de Cardinalibus Franciſcanis.

VI Reliqui Doctores, & Scriptores noſtri Ordinis, etſi non inter Doctores Eccleſiæ quantum ad officium, & Miſſam; pro fide tamen Eccleſiæ, pro Religionis, & Reipublicæ Chriſtianæ bono, calamo, & lingua fuere magiſtri. Inter omnes maximè claruere ex canonizatis, & beatificatis S. Bernardinus Senenſis, D. Bernardi eloquentia, eruditione, ſcriptione æmulus, B. Ioannes Capiſtranus eius diſcipulus, verbi Dei preco, & ſacer ſcriptor eximius, & B. Iacobus de Marchia eius ſocius, & condiſcipulus; quorum opera in indice Vadingico, & apud alios etiam, inter quos Cardinalis Bellarminus. Alij Doctores Sancti ac Beati in Ordine Minorū

VII Præcipui Doctores, qui varias ſcholas iuxta varias ſcientias, & facultates liberales, morales, fundarunt, ſiue in rebus ſcholaſticis, ſiue in aliis, quorum Princeps S. P. & Hierarcha Franciſcus inter Doctores, & Scriptores Eccleſiaſticos enumeratus (ſcripſit enim ſua Opuſcula, & docuit vniuerſum mundum) ſunt, vt modo ſubiicio.

S. HIERARCHA, AC PATRIARCHA FRANCISCVS

Nouam quandam vitalis doctrinæ ſcholam, lethalis ſapientiæ aduerſam, ad docendum, & inſtruendum totam Monarchiam Eccleſiaſticam à Deo miſſus, primus inſtituit, & aperuit.

I Litera occidit, ſpiritus autem viuificat. 2. Corinth. 3. Inter Theologos, atque Eccleſiaſticos Scriptores, cælitus edoctos, enumerari debere B. Franciſcum, res equidem comperta. Vide Trithemium de Scriptoribus Eccleſiaſticis ad ann. 1220. Gulielmum Eiſengrenium de teſtibus Catholicæ veritatis ad ann. B. Franc. Doctor totius Eccleſ. cælitus edoctus.

1226.in corpore Bibliothecæ veterum Patrum, & omnes communiter ex noſtris,& inter recentiores Societatis Ieſu Antonium Poſſeuinum lib.1. Apparatus ſacri verbo Franciſcus. Multa ſcripſit hic Euangelicus, & Apoſtolicus Magiſter, vt paulò infra monſtrabimus; & quando nihil aliud ſcripſiſſet, niſi Regulam illam per breuem, ſimplicem, ac rudem, quam tradidit Religioſis ſuis, peregrinum equidem gradum, dictante Chriſto in illius ſcriptione, inter omnes euangelicos, & apoſtolicos viros, ſapientia diuina præditos, meruiſſet. Scripſit Regulam planè euangelicam, & apoſtolicam, inquit Poſſeuinus, quæ incipit: *Regula, & vita &c.* Hanc ipſe P. ſubdit: *Librum vitæ, ſpem ſalutis, medullam Euangelij, viam ſaluationis, ſcalam Cœli, clauem Paradiſi, pactum æterni fœderis* appellare conſueuerat. Id protinus docent omnia veteris, & noui teſtamenti volumina. Id Apoſtolicæ traditiones, Concilia œcumenica, quatuor Eccleſiæ Doctorum commentaria, calami, & quotquot in Republica Chriſtiana veræ Theologiæ, veræque Philoſophiæ Gymnaſia, Academias, Scholas florentiſſimas inſtituere. Omnis doctrina Euangeliſtarum Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, Apoſtolorum, Confeſſorum, Pontificum, Scriptorum Hieronymi, Ambroſij, Auguſtini, Gregorii, & cunctorum ſanctorum Magiſtrorum cuiuſcumque Religionis in libro vitæ, in ſpe ſalutis, in medulla Euangelii, in via Saluationis, in ſcala Cæli, in Paradiſi claue, in pacto æterni fœderis, Regulæ S. Franciſci mirabili ſynopſi clauditur.

Singulare opus Regula S. Franc.

Eius præconia.

Eſt quædam omnis ſapientiæ ſynopſis.

II In iſto adeò paruo opuſculo percipitur germanus ſenſus ſuper textum propoſitum, *litera occidit &c.* addita tamen expreſſa declaratione ipſiuſmet Franciſci, qui in tom. 1. opuſculi cap. 8. ita egregiè. *Illi ſunt mortui ad literam, qui tantum verba ſola cupiunt ſcire, vt ſapientiores teneãtur inter alios, vt poſſint acquirere magnas diuitias, dantes conſanguneis, et amicis. Et illi Religioſi mortui ſunt ad literam, qui ſpiritum nolunt diuinæ literæ ſequi, ſed ſola verba magis cupiunt ſcire, et alijs interpretari: et illi ſunt viuificati à ſpiritu diuinæ literæ, qui omnem ſcientiam, et literam quam ſciunt et cupiunt ſcire (non autem viuunt corpore, ſed verbo et exemplo) reddunt eam Altiſſimo Domino, cuius eſt omne bonum.*

Qui mortui ad literam S. Scripturæ.

Qui autẽ viui ad ſpiritũ.

III. Duplex ergo ſcientia iuxta hanc Seraphici Magiſtri noſtri interpretationem, ſcientia ſcilicet mortis et ſcientia vitæ. Capite verò antecedenti V. de ſcientia mortis etiam loquutus eſt idem Vir Sanctus, ita dicens. *Vndè ergo potes gloriari? Nam ſi ita eſſes ſubtilis, et ſapiens; quod omnem ſcientiam haberes, et ſcires interpretari omnia genera linguarum, ſublimiter de rebus cæleſtibus perſcrutari, in omnibus his non potes gloriari, quia vnus Dæmon ſciuit de cæleſtibus magis, et modò ſcit de terrenis pluſquam omnes homi-*

Duplex ſcientia alia mortis alia vitæ.

homines, licet aliquis fuerit qui ſummæ ſapientiæ cognitionem à Domino receperit ſpecialem.

IV *Diſcipuli dicuntur illi* (ait Franciſci diſcipulus, et Epiſcopus, et primus Theologiæ Franciſcanæ profeſſor Antonius de Padua ſer. 4 Hebdom. 2. in Quadr. ſuper illud Mat. 23. in quo Chriſtus ad diſcipulos ſuos: ecce aſcendimus Hieroſolymam) *qui ſtudent in ſcholis: habet autem Chriſtus ſcholas duas. In primis ſcholis eſt ſtudium charitatis, quo diuina implentur præcepta.* Ioann. 13. In hoc cognoſcent omnes, quod Diſcipuli mei eſtis, ſi dilictionem habueritis ad inuicem. *Per hanc charitatem docetur impleri præcepta, imò ipſa charitas ex obſeruatione præceptorum nutritur.* Ioann. 15. ſi præcepta mea ſeruaueritis manebitis in dilectione mea, ſicut et ego præcepta obſeruo eius, qui miſit me. Vndè in hoc glorificatus eſt Pater meus, vt efficiamini mei diſcipuli. *Hæ ſunt primæ ſcholæ ſtudentes; in ipſis benè vocantur duodecim Diſcipuli, quia geminam charitatem fouent, explicant, et nutriunt decem præceptorum obſeruantiam, et qui in his ſcholis non ſtudet, proculdubio nullo modo eſt Chriſti diſcipulus.*

Diſcipuli vnde dicti.

Chriſtus habet duas ſcholas.

Studentes in 1. ſchola.

V *In ſecundis ſcholis docetur humilitas, & manſuetudo:* Matthæi 11. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Et quia in corde eſt locus humilitatis (ſicut enim cor eſt radix vitæ, ſic in eo radix virtutum debet radicari) docetur ibi humilitas interius, ſcilicet quantum ad propriam reputationem, & mititas, ſcilicet manſuetudo exterius, vt ſcilicet ſit lenis ad tractandum, ne ſcilicet pungat cum tangitur. Et hic eſt ordo inter primos diſcipulos, & ſecundos, quia poſtquam ſtuduerint in primis ſcholis, introeant ad ſecundas. Duodecim igitur diſcipulis in primis ſcholis ſtudentibus vult ſtudium ſecundum, ſcilicet humilitatis oſtendere, vt de primis tranſeant ad ſecundas, & ideo oſtendit miſericordiam patientiæ ſubſtinendæ, dicens:* Ecce aſcendimus Hieroſolymam.

Studentes in 2. ſchola.

Ordo inter 1. & 2. ſcholam

VI Chriſtus in ſchola ſua primus omnium haſce duas ſcholas erexit, & aperuit veluti nouus Magiſter, & Præceptor. Quia verò cum tota penè Eccleſia, ac Republica Chriſtiana in euidens excidium, & ruinam abierant, ad eas denuò erigendas, ac inſtaurandas, illum virum debebat nouiter eligere, qui ſibi inter cæteros aſſimilaretur. Hic profectò fuit B. Franciſcus, qui ab ipſis incunabulis Chriſto Domino cæpit aſſimilari. Natus ſiquidem in ſtabulo, ſicut accepit per Angelum Crucis ſignum in humero dextro, ita factus eſt principatus ſuper humerum eius, vt veluti nouæ ſcholæ princeps, & magiſter aptè euaderet, Chriſti Domini vitam, humilitatem, paupertatem ardenter æmulatus.

B. Franc. ſua noua ſchola Chriſti ſcolam inſtaurauit.

VII Hinc acceptis duodecim ſociis (quorum vnus Iudæ inſtar diſperiit) Crucis Chriſti vexillum vbique erexit, populos, & Re-

gna ad pœnitentiam excitauit, miſſis per Orbem vniuerſum diſcipulis. Audi Cardinalem Baronium ex Vadingo de Scriptor. Frãc. additis nonnullis. *Luctuoſi mundi Deus miſeratus errores, & plané Eccleſiam ſuam in deterius declinantem, ac collabentem, iam deprauata morum diſciplina, erigere volens in conflatorio diuini ſpiritus Apoſtolicum hominem formauit Franciſcum, & velut nouũ Sidus, quod peccati erroriſque tenebras depelleret, naſci voluit confuſo, tenebroſoque rerum humanarum, ac miſero Ordinis Eccleſiaſtici ſtatu, per quem è corrupta vitæ uetuſtate, veluti nouus, renaſcenſue mundus exurgeret.* Itaque rem certiſſimam protulit de Franciſco Raphael Volaterranus lib. 21. Antropol. *Conſeruatoris noſtri per omnia ferè typum geſſit.*

Apoſtolica S. Franc doctrina in deprauatã morum ſapientiam inſtituta.

VIII Etſi plerique indoctum, idiotam, & ſacrarum literarum impetitum iudicarint, tantæ tamen hominis virtuti ea inſuper acceſſit excellentia, vt cæleſti, & mira quadam diſciplina loquaces, & garrulos huius ſæculi ſuperauerit Magiſtros. Vti à faſtu, & ſuperbia erat maximè alienus; ita tumentem, & vanam aſpernatus eſt literaturam, eamque adinuenit ſapientiam, vel è ſuperis edoctus monſtrauit Philoſophiam, quia nulla verior, nulla ſecurior, humilitatis ſcilicet, Euangelicæ paupertatis, mundi contemptus, per quem conſtanter ipſe inceſſit, & qua latè patet Orbis Chriſtianus, diſcipuli gradiuntur magno virtutis incremento. *Nouam hanc ſcholam*, ait Vading. loco cit. Deo inſtitutore ſimpliciter, & abſque verborum lenocinio aperuit, & virtutum penetralia ſincero, candidoque ſermone, nullo obducto fuco reſerauit. Aliqualem in pueritia aſſecutus latini ſermonis notitiam, aſſiduus fuit in ſacrorum Bibliorum ſtudio. Poſt mundi repudium, ſimplicibus verbis, ſed ardenti ſpiritu diuinarum rerum amorem efficaciter ſuadebat, tantaque virtute prædicabat, vt innumeros populos à recto tramite longè aberrantes, ad ſalutis ſemitã reuocarit. Erant eius verba ignita, medullas cordis penetrantia, ad diuiſionem ſpiritus, & corporis pertingentia.

Schola Beati Franc. principalis Inſtitutor Chriſtus.

IX Manifeſtum huius rei ſpecimen dedit in collectis à Vadingo noſtro Franciſci opuſculis, quæ Antuerpiæ ex officina Plantiniana ann. 1623. adiectis commentariis prodiere, tribus libris diſtincta, de quibus idem Author lib. de Scriptoribus Franciſcan. verbo S. Franciſci Aſſiſias. Cornelius à lapide ſuper lib. Eccleſiaſt. cap. 1. verſ. 13. *Talem ſcientiam habebat S. Franciſcus, qui de Deo, & rebus diuinis ita ſapienter, & ſubtiliter; & ardenter diſcurrebat, vt Theologos omnes ſuperaret, cunctique dicerent eius ſcientiã non eſſe humanam ſed cælitus acceptam.* Sed vnde hoc in viro idiota, & nunquam de rebus Theologicis gnarus? Reſpondit idem Cornel. ibidem ſuper cap. 3. *Sanctus Franciſcus*, ait, *ſui æui ſan-*

Doctor Doctorũ B. Fräc.

ctiſſi-

ctiſſimus dictitabat ſe maximum eſſe orbis peccatorem, idem dictitent alÿ adeoque veræ ſapientiæ, & ſanctitatis certiſſimus index eſt vera humilitas, tantoque quis ſanctior eſt, quanto humilior; ac per conſequens (addo ipſe) tantoque & ſapientior, & doctior.

X Omnia in noua Franciſci ſchola dogmata ad eam theſim reductoriè includebantur, qua ſuos diſcipulos tam præſentes, quam abſentes docebat, repetita, & nunquam interrupta lectione. *Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis*

Omnia Beati Franc. dogmata ad vnã theſim reducta.

de via iuſta. In qua lectione ſicut apprehenſio diſciplinæ ſpectat materialiter ad manus corporales, ita moraliter ad manus ſpirituales, quibus mens operatur. Manus in apprehenſione diſciplinæ, ac doctrinæ Franciſci ſunt intellectus, & memoria, quæ dum apprehendunt veram diſciplinam, hæc non mortis ſcientiam, ſed vitæ docet, etſi ad mortificationem Crucis, & ad criminum interitum impellat animum per exteriora exercitia. Hæ duæ manus habent etiã decem digitos, quia diſciplinam, quam apprehendunt in genere, decem diſciplinas in ſpecie docent. En ad propoſitum D. Antonius in die ſancto Pentecoſtes. *Nota quod ſicut in manibus ſunt decem digiti, ſic decem genera diſciplinæ, mortificatio ſcilicet propriæ voluntatis, abſtinentia cibi, & potus, cenſura ſilentÿ, vigiliarum in oratione pernoctatio, lachrymarum effuſio, lectione diſcreta occupatio, corporalis exercitatio; in alterius neceſſitate compaſſio, vilitas habitus, ſui deſpectus. Iſtis decem digitis debemus apprehendere diſciplinam, & ſicut immites, feroces, & immiſericordes nos ferire, vt in die flagelli oſſa comminuentis miſericordiam mereamur inuenire*.

Decem digiti in manibus ſignificãt decem genera diſciplinæ.

XI Hæc decem genera diſciplinarum quotquot apprehenderunt in noua ſchola Franciſci, boni & optimi diſcipuli facti ſunt. Quorum plurimi nouas ſcholas, ſiue in re ſcholaſtica, ſiue in re poſitiua, & morali Magiſtri aliarum ſcholarum effecti, & fecerunt pro poſſe id, quod fecit, & præcepit Franciſcus, & docuerunt id, quod ipſe docuit. Ita ſe geſſit Antonius de Padua, & eius ſcholæ ſectatores. Ita Alexander de Ales, Bonauentura de Balneo Regio, Scotus, Ochamus in aliquibus non ita. Hi egregii viri doctrina, & exemplis Magiſtri. Quorum dein ſequaces innumeri, maximè D. Bernardinus Senenſis, B. Ioannes de Capiſtrano, B. Iacobus de Marchia, &c. in vtraq; Theologia admirabiles, eloquentia Seraphica peculiares, pauperrimi, omni intereſſe expoliati, Sedis Apoſtolicæ Legati, Inquiſitores S. Officii, flagellum hæreticorum, hæbreorum, ſchiſmaticorum. At quod magis admirandum eſt ex profeſſione noſtrorum laicorum nonnulli etiam Magiſtri facti ſunt propriæ ſcholæ, adeo ut, ad inſignes præceptores ſcholaſticos docendos idonei ſint reperti. Sic præ multis B. Aegidius

Multi in B. Franc. ſchola edocti nouas ſcholas inſtituerunt.

Aſſi-

Aſſiſias, ſic B. Iacoponus &c. vt ſtatim videbimus. Nec mirum, ſi nonnulli in aliquibus præuaricati ſint, quia ſicut in ſchola Chriſti inter 12. primos diſcipulos peſſimus diſcipulus cum perdita vitæ Magiſtri euaſit Iudas, alio qui principio optimus; ita & in ſchola Franciſci, qui acceptis duodecim ſociis, vnus Iudæ inſtar diſperiit. Recenſeam hic tamen octo, & præcipuè ſex in Theologia ſcolaſtica ex ordine Sacerdotali, deindè duos in Theologia aſcetica; ſed ex ordine laicali.

S. ANTONIVS DE PADOVA

Primus in ordine Sacræ Theologiæ Profeſſor, à Parente Franciſco inſtitutus, ac ſuæ ſchola fundator.

I*N tempore illo ſcrutabor Hieruſalem in lucernis; & viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis*. Sophon. 1. vbi interpres noſter Dom. 24. poſt Trinit. in principio. *Nota, ait, quod ſunt quatuor lucernæ. Prima eſt verbum Dei* Pſalm. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum. *Secunda lucerna eſt bonorum operum* Lucæ 12. ſint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. *Tertia eſt lucerna intentionis qua illuminat cognitionem bonorum operum*. Matt. 6, Lucerna corporis tui eſt oculus tuus, *Ideſt intentio tua. Quarta lucerna eſt humilitas Ieſu Chriſti*, *Lucæ* 15. *Quæ mulier habens dragmas &c. Dicet ergo Dominus. In tempore Iudicij ſcrutabor Hieruſalem, ideſt quemlibet Chriſtianum inueſtigabo in lucernis, ideſt ſi ſecundum verbum prædicationis, quod audiuit, vitam ſuam emendauit. Si lucem bonorum operum alijs oſtendit. Si recta intentione in opera proceſſit. Si exemplo paupertatis, & humilitatis Chriſti vitam ſuam reformauit, & tunc viſitabit ſuper viros, ideſt confidentes in viribus ſenſus, defixos in fecibus, ideſt iniquitatibus.*

Quatuor Lucernæ ex D. Ant. doctrina.

II In percelebri ſchola Abbatis Vercellenſis ex ordine D. Benedicti, ſiue Clericorum Regularium S. Auguſtini apud S. Andreã quantum duobus annis, nondum expletis, profecerit Antonius noſter, ibi miſſus à B. Franciſco, ipſe Abbas eius Magiſter teſtatus eſt cap. 3. operis Theologiæ myſticæ Dionifij Areopagitæ, quod à Græco in latinum tranſtulerat, illis verbis. *Frequenter amor penetrat, vbi cognitio Phiſica foris ſtat. Legimus quoſdam Sanctos Epiſcopos minus imbutos fuiſſe Phiſicis doctrinis, qui & myſticam Theologiam captu mentis haurientes, cælos penetrabant, omnem phyſicam cognitionem ſubtiliſſimè tranſcendentes vſque ad beatiſſimam Trinitatem. Quod & ego in Fr. Antonio de ordine Fratrum Minorum peculiari familiaritate expertus ſum. Qui cum eſſet mi-*

Annis vix duobus ſtuduit Anton. ſchola Abb. Vercellenſ.

Teſtimoniũ Præceptoris ſui de B. Antonio.

nus

nus imbutus literis ſecularibus, animi puritate & mentis ardore ſuccenſus myſticam Theologiam captum mentis excedentem, & feruenter deſiderauit, & abundanter hauſit, vt poſſim dicere de eo, quod de Ioanne Baptiſta ſcribitur; Ille erat lucerna lucens, & ardens. Amore enim ardebat interius, & exemplo lucebat exterius. Hæc famoſus ille Præceptor. Igitur ſtudens Antonius in lumine quatuor lucernarum, quas ipſe deinde, vt egregius Theologus myſticus, ingenti prædicationis lumine tum ſuper pergama, tum legens in Cathedra ſcholaſtico ſplendore doctrinæ, Eccleſiæ omni patefecit, eamque ipſis incendit, Lucerna euaſit; Ioanni Baptiſtæ lucernæ perſimilis.

D. Antonius Lucerna lucens Io: Baptiſtæ lucernæ perſimilis.

III Non indiguit Antonij vita aliquali emandatione in ſchola Vercellenſi, quia purus erat, vt Angelus innocens, & ſine culpa mortali, ſed maiori doctrinæ cæleſtis accremento indiguit. Quod prædicabat, & quod legebat Magiſter ſuus audiuit, apprehendit, penetrauit, & melius quam ipſe Magiſter, alioqui viro doctiſſimo, ac probatiſſimis moribus religioſus, qui ab eo multa didiciſſe teſtatus eſt. Lucerna bonorum operum in Antonio omnes ſuos condiſcipulos cũ ipſomet Præceptore illuminauit & rapuit. Tanta mentis rectitudine in eo ſtudio proceſſit, vt præfatam laudem ab ore ſui Magiſtri dignè meruerit. Tanto paupertatis, & humilitatis Chriſti vitam propriam reformauit, vt ſicut Parenti Franciſco, ita & ipſi Chriſto ſe totum conformauerit.

Qualis Antonii vita in ſchola Vercellenſi.

IV Exiens ergo ab illa ſchola veluti lucerna lucens, & ardens, quæ inſtar lucernæ Chriſti Præcurſoris præcurrere ipſum Chriſtum, inter eius bracchia renaſcentem denuò debebat, ſtatim allexit cunctos Ordinis Proceres, adeò vt ipſum inſtantiſſimè rogarint, quatenus tam peregrinam ac cæleſtem, quam hauſerat doctrinam, alijs communicaret. Sed noluit Magiſtrum agere, nec cæteros docere inconſulto ſuo inſtitutore; qui tandem iuſtæ petitioni multorum annuens haſce patentes literas ipſum Lectorem, ac profeſſorem Theologiæ inſtituens, & propria manu datas anno illo magno Sacrarum Stigmatum 1224. vt notat Martyrolog. Franciſc. ſed Vadingus ad ann. 1222. inſtitutionem reſcripſit Seraphici Inſtitutoris in hunc modum.

Rogatur à Patribus ordinis vt dignaretur Sacram Theologiam fratribus legere

Cariſſimo meo Fratri Antonio. Fr. Franciſcus in Chriſto ſalutem.

PLacet mihi, quod Sancta Theologia literas Fratribus interpreteris, ita tamen, vt neque in te, neque in cæteris (quod vehementer cupio) extinguatur ſancta orationis ſpiritus iuxta regulam, quam profitemur. Vale.

Inſtituitur à B. Fräc. Theolog. Profeſſ.

V An prius fuerit Theologiæ profeſſor in Ordine, prout ſcribunt Rodulphus fol. 78. Marcus Vliſſipp. c. 10. & Henricus Vuillot in Athenis, qui conſtantem hanc vult opinionem, ſubdubitat Vadingus cit. tom. 1. ad ann. 1222. num. 33. Etenim iam aliquanto ante tempore Bononiæ legebat; in Anglia ſtatim ab ingreſſu erectum iuuenum gymnaſium, & Alexandrum Halenſem, ſi non ſub ipſo tyrocinio, ſaltem explero facilè credit ſuis legiſſe; & Antonius nonniſi vno, vel altero anno potuit docere. Illud autem liquidius omnino aberraſſe Vuillotum & Tritemium, ſubdit Vading. ibidem dum in Toloſæ. Bononiæ, & Pariſij Academiis eum docuiſſe, ſcilicet priuſquam noſtro ſodalitio nomen daret.

Alexandrum Halenſem anno vno ante D. Ant. legiſſe in Anglia obdubitat Vad.

Errorem ſanè conuincunt breuis hominis ætas, adeptá, vel conſummata in ipſo Ordine literarum peritia, eius initiatio in Luſitania, neque in Galliam, aut Italiam veniſſe, niſi iam Franciſcanum, quod & ante Vadingũ priores admonuerunt Stephanus Garibaius lib. 12. cap. 47. & Henricus Sedulius.

Ante ingreſ. ad ordinem nunquam legerat publicè Ant.

VI Sed de inſtitutione ad publicam cathedram in lectura Theologica, fuiſſe dumtaxat priorem Alexandro Halenſi Antonium, ſaltem quantum ad literas parentes manu propria à B. Frãciſco conſcriptas: id mihi pro comperto, quia quantum ad tempus res incerta, ac dubia admodum, & prior ſententia probabilior. Itaque Gallia, atque Italia nouæ inſtitutionem, & apertionem ſcholæ, & doctrinæ D. Antonii meruere, illa apud Toloſates, hæc apud Bononienſes, ac Patauinos. Scripta ſcolaſtica de D. Antonio non dum reperi, neque alii repercre, ſed moralia tantum ad conciones, aduentuales, annuales, quadrageſimales, ſanctorales ingenti eloquentiæ Apoſtolicæ artificio dictæ, licet rudi, ac ſimplici ſynopſi, mandante Gregorio Nono conſcriptæ ab eodem auctore. Verum, vt ipſe pluries aduerti in ſcriptis meis Italicis, omnem ferè Scholaſticam, ac myſticam, moralemque Theologiam in ipſis ſermonibus pręfatis eleganti, ac clara interpretatione annexam obſeruaui.

Cathedræ in quibus publicè docuit Ant.

VII Cum profeſſione Theologiæ ſanctæ orationi; ſtudii profeſſionem non ſolum neque in ſè, neque in diſcipulis ſuis relaxauit Antonius, verum potius auxit. Totum tempus optimè à ſe diſtributum, oratio erat lectio, prædicatio, confeſſio. In ſchola orationis ſemper ſibi noua communicabat Deus (audiant Theologi, lectores, & ſtudioſi noſtri) & noua erant ea, quæ nouus hic Theologiæ Profeſſor in noua ſchola, alios docebat. Etenim quam plurimi diuinitus eruditi, inter quos ipſe eminebat, ſenſus mirificòs & nouos de rebus cæleſtibus proferre ſoliti, quos niſi doctiſſimi percipere non poſſunt, imo paſſim neque percipere valent.

Temporis diſtributio.

VIII Imago Antonii in inſtitutione ſuæ nouæ ſcholæ ex eius do-

doctrina pluribus in locis innotuerat, ſed præcipuè ex ſerm. Dom. 6. Palmarum ſuper illud de Chriſto. *Tunc miſit duos diſcipulos* &c. Matt. 21. *Moraliter* ait, *diſcipulus dictus, eo quod diſciplinam diſcit. Duo ergo diſcipuli viri iuſti, qui diſciplinam Patris diſcunt ſunt mundi deſpectio, cordis humiliatio. Iſti duo diſcipuli ſunt Moyſes, & Aaron, qui Hebreos educunt de Aegypto. Duo vectes, arcam teſtimonij portantes: Duo Cherubim, propitiatorium verſis vultibus proſpicientes. Per Moyſen, qui (vt dicit Apoſtolus ad Hebreos ij.) maiores diuitias æſtimauit theſauro Aegyptiorum improperium Chriſti, mundi deſpectio ſignificatur. Per Aaron (qui vt dicitur, ignem extinxit, & iram Dei ne in populum deſæuiret ſedauit) cordis humilitas deſignatur, qua extinguit ignem Diabolicæ ſuggeſtionis, & ſedat iram diuinæ animaduerſionis. Iſti duo diſcipuli tamquam vectes inflexibiles portant arcam teſtimonij, ſcilicet doctrinam Chriſti, vel obedientiam Prælati. Duo Cherubim, qui proſpiciunt in propitiatorium, id eſt ipſum Chriſtum, qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris, proſpiciunt (inquam) in præſepio reclinatum, in Cruce ſuſpenſum, in monumento ſepultum. Iſtos duos diſcipulos mittit vir iuſtus.*

Imago ſapitæ Antonij ex ſua doctrina linanda.

Dualitas multiplex ex ſacra Scriptura.

IX Statim ad receptionem patentium literarum B. Franciſci hoſce duos diſcipulos miſit Antonius, ſcilicet oſtendit & geminos vectes, portantes arcam teſtimonii, arcam Bibilicam, quam memoriter ipſe tenebat. Oſtendit duos Cherubinos, noua ſcientia, ac ſapientia præditos, ac toti Eccleſiæ Catholicæ propitios. Obedientiam Prælati ſui Franciſci perfectiſſimè adimplens, Cherubinos, Seraphinos Chriſtique imitatores, & ipſius myſteriorum ſeruatores plurimos ex ſuis diſcipulis effecit.

Qualis euaſerit Anton. S. Theol. profeſſor effectus.

X Quod frequenter prædicauit ſuper pergama Apoſtolica, Demoſtenis ac Tullii eloquẽtiam deludens, explicans illud Chriſti in cap. 7. Ioannis fer. 3. hæbdom. 4. Quadrageſim. *Qui loquitur à ſemetipſo quærit gloriam propriam*; frequenter etiam ſuper Cathedram Theologicam Bononienſibus, Patauinis, Tholoſatis explicuit, obſeruauit, commendauit. Ponam eius interpretationem verè dignam, & egregiam.

XI *Ex propria doctrina inſurgunt errores, & hæreſes; quia qui nimis emungit, elicit ſanguinem. Econtrario verò, qui loquitur verum, non quærit gloriam propriam, ſed gloriam eius, qui miſit illum, & ego quæro gloriam Patris mei, non meam, igitur doctrina mea eſt, quo adhoc integra, & non in ea iniuſtitia, quo ad effectum, ſiuè quo ad intentionem. Nota: dupliciter quis loquitur, ſecundum quod dupliciter ducitur in conſuetudinem. Vno modo ab alio, & hoc tripliciter. Vel per inſpirationem, & ſic eſt à Deo eius doctrina. Quia Spiritus Sancti inſpirati, locuti ſunt Sancti Dei ho-*

Hæreſes oriũtur ex propria doctrina.

mine: vel per doctrinam, ſicut addiſcit diſcipulus à Magiſtro: Vel per inueſtigationẽ, quæ fit quando intellectus, non quidem à ſe, ſed ex rerum ducitur natura in ipſarum cognitionem. Quicunque ſic loquitur, vera dicit, ſicut doctrina vera eſt, quia veritas eſt conformitas rei ad intellectum. Alio modo à ſe, & tunc vniuerſaliter falſum dicit, & talis gloriam propriam quærit, & rapitur in errorem: Hierem. Viſionem cordis ſui loquuntur non de ore Domini Ezech. Veh Prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident.

XII Antonii doctrina veriſſima, quia à Deo ſibi communicata ac propterea aduerſus Hæreticorum, & impiorum, & Tyrannorum, & Magnatum falſitates tam valida, tam efficax, tam potens. Hactenus de Doctore, Magiſtro ac Præceptore noſtro pro ingenij noſtri modulo. Cætera circa ſapientiam, prædicationem, profectum, vberem fructum, opera geſta, & ſcripta ipſius, vide apud Vadingum tom. 1. ann. & libro de ſcript. Franciſcanis.

B. ALEXANDER DE HALES

Irrefragabilis Scholæ auctor.

Natio Alexãdri, locuſque vnde de Hales nuncupatur.

I ALexander Halenſis, ab Hales Monaſterio comitatus Claudioceſtrenſis, natione Anglus, ac Theologorum Princeps, & Doctor irrefragabilis in illa ætate ad ann. 1245. Qui ad eius ſummam laudem D. Bonau. ſcholæ Seraphicæ inſtitutoris, Magiſter fuit, ac dignus præceptor. Eodem tempore floruit D. Thomas, D. Bonauenturæ ſapientia, & amicitia coniunctiſſimus. Qui prouecta iam ætate in ſchola B. Alberti Magni apprimè edoctus, in conſcribenda ſumma eo amplius admirandus, quo ſupra imitationem Alexandri Halenſis Minoritæ talem, ac tantam gratiã operi ſuo addidit ſtyli venuſtate, quæſtionum, & articulorum ordine, breuitate, claritate, ac facilitate reſolutionum, ac ſoliditate in omnibus inuariabili, vt propterea eius ſumma acceptior, & gratior Sacris Theoligis euaſerit, & vniuerſalior cunctis: Atque huc uſque tot præclara commentaria ſuper ea prodierint.

II Bellarm. de ſcriptoribus Eccleſiaſt. ad ann. 1245. ſeculo 12. Alexander Halenſis (ait) natione Anglus Ordinis S. Franciſci vir doctiſſimus, & Sanctorum Bonauenturæ & Thomæ Aquinatis Præceptor, Sed fuiſſe D. Thomam Alexandri Halenſis auditorẽ aliis non probatur. Heroicum & maximum, & vnicum Alexandri Gymnaſium in ſcholaſtica diſciplina & in aliis ſimiliter declarãt, & aperiunt eius ſcripta, eminenti gradu promerita. Omnia ſiquidem, quæ vſque ad id tempus edita fuere, Methodo, & ordine, ſubtili-

Halẽſis ſchola valde eminens ac florida.

tate

tate etiam, & ſoliditate multis gradibus ſuperarunt. Iuſſu Innocentii Papæ IV. totius Theologiæ ſcholaſticæ ſummam, in illam ferè, qua nunc eſt, formam, atque methodum omnium primus reduxit, & in quatuor volumina optima diſpoſitione, & ſingulari iudicio pulcherrimè diſtribuit. Eius opera.

III Porrò hoc opus ab Innocētio commendatum, & à ſeptuaginta Theologis examinatum, & approbatum, Alexander IV. omnibus Academijs docendum propoſuit. Multa doctè, & clarè in omni ferme materia ſcripſit Alexan. ex quibus quæ reperit Vadingus enumerauit in lib. de Scriptoribus Ord. Minorum. Inſcriptio ſepulchralis Alexandrum noſtrum ſanctitate vitæ, & granditate doctrinæ magnum oſtendit in magno Conuentu Pariſii, vbi ſepultus eſt, obiens ann. 1245.

Epitaphium ſepulchrale ad tumulum Alexandri.

Clauditur hoc ſaxo famam ſortitus abundè
Gloria Doctorum, decus, & flos Philoſophorum,
Auctor ſcriptorum vir Alexander variorum,
Norma modernorum, fons veri lux aliorum.
Inclytus Anglorum fuit Archileuita, ſed horum
Scriptor clerorum, frater collega Minorum
Factus egenorum, ſed Doctor primus eorum.

D. BONAVENTVRA

Seraphicæ Scholæ primus, ac mirificus Magiſter.

I AVthor etiam, & Princeps ſcholæ ſuæ D. Bonauentura, Alexandri diſcipulus, de quo ipſe Magiſter, & Præceptor teſtatus eſt, *Videri ſibi Adam in Bonauentura non peccaſſe.* Quamobrem haud mirum, ſi in nullo peccauerit eius florentiſſima Academia, eius Seraphica doctrina, eius opera, verè è Cælo delapſa, & à Crucifixo Domino ſibi paſſim adminiſtrata, vt faſſus eſt D. Thomas, ei amiciſſimus, ac præcipua, reciprocaque magnæ doctrinæ cõmunicatione, in altero Seraphicæ, in altero Angelicæ, ſibi coniūctiſſimus. Succeſſit Bonauentura anno ſui Monachatus decimo in Cathedra Pariſienſi Ioanni de Rupella eius inſtituti viro doctiſſimo. Teſtimoniū Alex. de Ales de D. Bonau. eius diſcipulo.

II Eius vita, minimè in Adamo aliquo modo peccante, morum, & regiminis exempli, ampliſſimum Licæum extitit, qua factis, pluſquam dictis in cathedra docuit ſeraphicè Eccleſiam omnem, populos, prælatos, viros doctos, & indoctos, Eius ipſa mors Vit. eius adeo ſancta, & exēplaris ampliſſimum Licæum extitit.

Eius mors ſchola etiam fuit.

eo anno 1274. quo ſepultus fuit ad ſuos conſodales (etſi Thritemius dicat, deceſſiſſe anno 1283. & tumulatum fuiſſe in Eccleſia Cathedrali Lugdunenſi,& alij circa mortis annum aberrent)Schola fuit, in qua docuit, quod pretioſa eſt mors Sanctorum Dei,pretioſiſſimæ eorum vitæ reſpondens. Etenim elatus eſt funere vir Sanctus, quale à memoria hominum (ait Albertus Myrtæus)glorioſius non legitur.

Funus eius à memoria hominum non fuit ſimile.

III Nam interfuit eius exequiis præſentia ſua Gregor. X. Pontifex ſummus, qui de eius obitu maximè doluit, faſſus publicè, *Eccleſiam Dei magnam propterea incurriſſe iacturam*. Idem Pontifex celebrans aliquando, oſtendenſque cuidam Regio Oratori D.Bonauenturam inter cæteros Cardinales,qui tunc ei aſſiſtebant, confirmauit id, quod prius dixerat de eo Alexander Alenſis eius Præceptor,ſcilicet, quod in eo Adam non peccauerit;ſed alio encomio. Etenim cernens in eo compoſitionem corporis, elegantiam, maieſtatem, & honeſtatem vultus, ſanctitatem, & venerabilitatem vndique emittentem, nuncupauit ipſum *Reliquiam viuā.*

Vocatus à Greg. x. reliquia viua.

Adſuit quoque Bonauenturæ funeri Imperator Græcorum per Græcos Proceres,Latinus verò Orienti, Imperator Balduinus per ſelpſum, Occidentis autem Imperio tunc vacante, ait Vadingus de Scriptoribus Franciſcanis, at verius non vacabat tunc Imper. Occidentis, quia interregnum illud adeò longum,& pernicioſum ceſſauit anno 1273. per electionem in Regem Romanorum Rodulphi I.Comitis de Habsburgo, & Auguſtiſſimæ domus Auſtriacæ Conditoris.

IV Adfuit etiam Iacobus Rex Aragoniæ, adfuerunt Patriarchæ Conſtantinopolitanus, & Antiochenus, Cardinales vniuerſi, Præſules quingenti, Abbates ſexaginta, alii minorum gentium Antiſtites, ac Sacerdotes ſupra mille; Regum, ac Principum quāplurium Oratores, Tartarorum, & aliorum populorum Legati;ſacri demum, ac politici ordinis homines innumerabiles. Sacris funeralibus ſolemniter operatus eſt, & laudationem funebrem dixit Petrus Tarantaſienſis Ordinis Prædicatorum, ex Archiepiſcopo Lugdunenſi Cardinalis, & Epiſcopus Oſtienſis, ac demum Innocentius v. Papa. Relatus eſt in Sanctorum numerum à Sixto IV. anno 1482.& à Sixto v.connumeratus inter maximos Eccleſię Doctores. Quæ præſtiterit in electione Gregorii x.quid egerit in Concilio ſecundo Lugdunenſi, quanta prudentia vaſtiſſimum rexerit Minorum ſodalitium, quid per omnem vitam egerit,& quos poſt mortem acceperit honores; Vide Vading.in 1.2.& 7. Annalium tomis. Cathalogus librorum, & qui ſcripta, opera, & opuſcula Bonauenturæ commemorauerunt, apud eundem Vadingum ibidem.

Sacris funeralibus operatus eſt Petrus de Tarantaſia, qui poſtea Innocent. v.

Scripta eius apud Vadin.

B. IOANNES DVNS SCOTVS

Schola ſuæ ſubtiliſſimus Inſtitutor.

I IOannes Duns Scotus natione Anglus, Ordinis Minorum, vir fuit acutiſſimo ingenio præditus, & cum docuiſſet primum Oxonii, deinde Pariſiis, immatura morte diem extremum obijſſe dicitur anno Domini 1308. Hæc Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſæculo 14. vbi ſtatim ſubdit cathalogum operum Scoti. Verum, an fuerit natione Anglus, an verò Hibernus, vel Scotus, lis ſub Iudice adhuc. Controuerſiam iſtam, aliaſque quæ circa doctrinæ dignitatem, vitæ menſuram, mortis qualitatem quidam excitauerunt diffusè examinauit Vadingus tom. 3. annal. & in vita ipſius Doctoris illius operibus ab ipſo præfixa. Vbi pôſtea in libro de Scriptoribus Franciſcanis egit de Scoto omnia eius opera impreſſa, vel non impreſſa, adhibito ordine iuxta Pitſei indicem, ablataque à medio omni confuſione, quæ tumultuariè, ab aliis referuntur, enumerauit.

Scoti patria, ingenium, cathedra.

II. Nam Oxonij, Lutetiæ, Coloniæ magno diſcipulorum profectu, multorum encomijs, ſummo omnium applauſu Theologiā publicè profeſſus, multa ſcripſit doctiſſimè in Ariſtotilem, Petrum Lombardum; ſacros codices copioſis editis commentarijs. Sanctitate vitæ, paupertate Seraphica, humilitate maxima, modeſtia incredibili, in aliorum ſententijs diſcutiendis ſine nomine authorum, claruit Scotus. Vnde carmen illud antiquum in altera vetuſta tabella ſepulchrali Coloniæ, vbi immatura morte, quæ limam vltimam operibus eius prohibuit, & ne imperfecta complerentur, deceſſit anno 1308. ſexto Idus Nouembris religioſis eius virtutibus arridet.

Scoti ſchola, ac doctrina innumeros, doctoſq; diſcipulos peperit.

Clauditur hic riuus, fons Eccleſiæ, via, viuus,
Doctor iuſtitiæ, ſtudijs flos, arca ſophiæ,
Ingenio ſcandens, Scripturæ condita pandens.
In teneris annis fuit: ergo memento Ioannis.
Hunc Deus ornatum, fac cælitus eſſe beatum.
Pro Patre tranſlato modulentur pectore grato.
Dux fuit hic Cleri, Clauſtri lux, & tuba veri.

Epitaph. ad Scoti tumul.

III Fabuloſum illi mortis genus Paulus Iouius, & ex eo Bzouius

gna ad pœnitentiam excitauit, miſſis per Orbem vniuerſum diſcipulis. Audi Cardinalem Baronium ex Vadingo de Scriptor. Frãc. additis nonnullis. *Luctuoſi mundi Deus miſeratus errores, & planè Eccleſiam ſuam in deterius declinantem, ac collabentem, iam deprauata morum diſciplina, erigere volens in conflatorio diuini ſpiritus Apoſtolicum hominem formauit Franciſcum, & velut nouũ* Sidus, *quod peccati erroriſque tenebras depelleret, naſci voluit confuſo, tenebroſoque rerum humanarum, ac miſero Ordinis Eccleſiaſtici ſtatu, per quem è corrupta vita uetuſtate, veluti nouus, renaſcenſue mundus exurgeret.* Itaque rem certiſſimam protulit de Franciſco Raphael Volaterranus lib. 21. Antropol. *Conſeruatoris noſtri per omnia ferè typum geſſit.*

Apoſtolica B. Franc doctrina in deprauatã morum ſapientiam inſtituta.

VIII Etſi plerique indoctum, idiotam, & ſacrarum literarum imperitum iudicarint, tantæ tamen hominis virtuti ea inſuper acceſſit excellentia, vt cæleſti, & mira quadam diſciplina loquaces, & garrulos huius ſæculi ſuperauerit Magiſtros. Vti à faſtu, & ſuperbia erat maximè alienus; ita tumentem, & vanam aſpernatus eſt literaturam, eamque adinuenit ſapientiam, vel è ſuperis edoctus monſtrauit Philoſophiam, quia nulla verior, nulla ſecurior, humilitatis ſcilicet, Euangelicæ paupertatis, mundi contemptus, per quem conſtanter ipſe inceſſit, & qua latè patet Orbis Chriſtianus, diſcipuli gradiuntur magno virtutis incremento. *Nouam hanc ſcholam,* ait Vading. loco cit. Deo inſtitutore ſimpliciter, & abſque verborum lenocinio aperuit, & virtutum penetralia ſincero, candidoque ſermone, nullo obducto fuco reſerauit. Aliqualem in pueritia aſſecutus latini ſermonis notitiam, aſſiduus fuit in ſacrorum Bibliorum ſtudio. Poſt mundi repudium, ſimplicibus verbis, ſed ardenti ſpiritu diuinarum rerum amorem efficaciter ſuadebat, tantaque virtute prædicabat, vt innumeros populos à recto tramite longè aberrantes, ad ſalutis ſemitã reuocarit. Erant eius verba ignita, medullas cordis penetrantia, ad diuiſionem ſpiritus, & corporis pertingentia.

Schola Beati Franc. principalis Inſtitutor Chriſtus.

IX Manifeſtum huius rei ſpecimen dedit in collectis à Vadingo noſtro Franciſci opuſculis, quæ Antuerpiæ ex officina Plantiniana an. 1623. adiectis commentariis prodiere, tribus libris diſtincta, de quibus idem Author lib. de Scriptoribus Franciſcan. verbo S. Franciſci Aſſiſias. Cornelius à lapide ſuper lib. Eccleſiaſt. cap. 1. verſ. 13. *Talem ſcientiam habebat* S. *Franciſcus, qui de Deo, & rebus diuinis ita ſapienter, & ſubtiliter; & ardenter diſcurrebat, vt Theologos omnes ſuperaret, cunctique dicerent eius ſcientiã non eſſe humanam, ſed cælitus acceptam.* Sed vnde hoc in viro idiota, & nunquam de rebus Theologicis gnarus? Reſpondit idem Cornel. ibidem ſuper cap. 3. *Sanctus Franciſcus,* ait, *fuit ani ſan-*

Doctor Doctorũ B. Fräc.

ctiſſimus dictitabat ſe maximum eſſe orbis peccatorem, idem dictitent alij adeoque vera ſapientia, & ſanctitatis certiſſimus index eſt vera humilitas, tantoque quis ſanctior eſt, quanto humilior; ac per conſequens (addo ipſe) tantoque & ſapientior, & doctior.

X Omnia in noua Franciſci ſchola dogmata ad eam theſim reductoriè includebantur, qua ſuos diſcipulos tam præſentes, quam abſentes docebat, repetita, & nunquam interrupta lectione. *Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta*. In qua lectione ſicut apprehenſio diſciplinæ ſpectat materialiter ad manus corporales, ita moraliter ad manus ſpirituales, quibus mens operatur. Manus in apprehenſione diſciplinæ, ac doctrinæ Franciſci ſunt intellectus, & memoria, quæ dum apprehendunt veram diſciplinam, hæc non mortis ſcientiam, ſed vitæ docet, etſi ad mortificationem Crucis, & ad criminum interitum impellat animum per exteriora exercitia. Hæ duæ manus habent etiā decem digitos, quia diſciplinam, quam apprehendunt in genere, decem diſciplinas in ſpecie docent. En ad propoſitum D. Antonius in die ſancto Pentecoſtes. *Nota quod ſicut in manibus ſunt decem digiti, ſic decem genera diſciplinæ, mortificatio ſcilicet propriæ voluntatis, abſtinentia cibi, & potus, cenſura ſilentij, vigiliarum in oratione pernoctatio, lachrymarum effuſio, lectione diſcreta occupatio, corporalis exercitatio, in alterius neceſſitate compaſſio, vilitas habitus, ſui deſpectus. Iſtis decem digitis debemus apprehendere diſciplinam, & ſicut immites, feroces, & immiſericordes nos ferire, vt in die flagelli oſſa comminuentis miſericordiam mereamur inuenire*.

Omnia Beati Franc. dogmata ad vnā theſim reducta.

Decem digitis manibus ſignificāt decem genera diſciplinæ.

XI Hæc decem genera diſciplinarum quotquot apprehenderunt in noua ſchola Franciſci, boni & optimi diſcipuli facti ſunt. Quorum plurimi nouas ſcholas, ſiue in re ſcholaſtica, ſiue in re poſitiua, & morali Magiſtri aliarum ſcholarum effecti, & fecerunt pro poſſe id, quod fecit, & præcepit Franciſcus, & docuerunt id, quod ipſe docuit. Ita ſe geſſit Antonius de Padua, & eius ſcholæ ſectatores. Ita Alexander de Ales, Bonauentura de Balneo Regio, Scotus, Ochamus in aliquibus non ita. Hi egregii viri doctrina, & exemplis Magiſtri. Quorum dein ſequaces innumeri, maximè D. Bernardinus Senenſis, B. Ioannes de Capiſtrano, B. Iacobus de Marchia, &c. in vtraq; Theologia admirabiles, eloquentia Seraphica peculiares, pauperrimi, omni intereſſe expoliati, Sedis Apoſtolicæ Legati, Inquiſitores S. Officii, flagellum hæreticorum, hæbreorum, ſchiſmaticorum. At quod magis admirandum eſt ex profeſſione noſtrorum laicorum nonnulli etiam Magiſtri facti ſunt propriæ ſcholæ, adeo ut, ad inſignes præceptores ſcholaſticos, docendos idonei ſint reperti. Sic præ multis B. Aegidius

Multi in B. Franc. ſchola edocti nouas ſcholas inſtituerunt.

Aſſi-

Aſſiſiaſ,ſic B.Iacoponus &c.vt ſtatim videbimus. Nec mirum, ſi nonnulli in aliquibus præuaricati ſint, quia ſicut in ſchola Chriſti inter 12. primos diſcipulos peſſimus diſcipulus cum perditâ vitæ Magiſtri euaſit Iudas, alio qui principio optimus; ita & in ſchola Franciſci, qui acceptis duodecim ſociis, vnus Iudæ inſtar diſperiit. Recenſeam hic tamen octo, & præcipuè ſex in Theologia ſcolaſtica ex ordine Sacerdotali, deindè duos in Theologia aſcetica; ſed ex ordine laicali.

S. ANTONIVS DE PADOVA

Primus in ordine Sacræ Thologiæ Profeſſor, à Parente Franciſco inſtitutus, ac ſuæ ſcholæ fundator.

Quatuor Lucernæ ex D. Ant. doctri- na.

IN *tempore illo ſcrutabor Hieruſalem in lucernis; & viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis*. Sophon. 1. vbi interpres noſter Dom. 24. poſt Trinit. in principio. *Nota*, ait, *quod ſunt quatuor lucernæ. Prima eſt verbum Dei* Pſalm. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum. *Secunda lucerna eſt bonorum operum* Lucæ 12. ſint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. *Tertia eſt lucerna intentionis quæ illuminat cognitionem bonorum operum*. Matt. 6, Lucerna corporis tui eſt oculus tuus, *Ideſt intentio tua. Quarta lucerna eſt humilitas Ieſu Chriſti, Lucæ 15. Quæ mulier habens dragmas &c. Dicet ergo Dominus. In tempore Iudicij ſcrutabor Hieruſalem, ideſt quemlibet Chriſtianum inueſtigabo in lucernis, ideſt ſi ſecundum verbum prædicationis, quod audiuit, vitam ſuam emendauit. Si lucem bonorum operum alijs oſtendit. Si recta intentione in opera proceſſit. Si exemplo paupertatis, & humilitatis Chriſti vitam ſuam reformauit, & tunc viſitabit ſuper viros, ideſt confidentes in viribus ſenſus, defixos in fæcibus, ideſt iniquitatibus.*

Annis vix duobus ſtuduit Anton. ſchola Abb. Vercellens.

II In percelebri ſchola Abbatis Vercellenſis ex ordine D. Benedicti, ſiue Clericorum Regularium S.Auguſtini apud S.Andreã quantum duobus annis, nondum expletis, profecerit Antonius noſter, ibi miſſus à B.Franciſco, ipſe Abbas eius Magiſter teſtatus eſt cap. 3. operis Theologiæ myſticæ Dioniſij Areopagitæ, quod à Græco in latinum tranſtulerat, illis verbis. *Frequenter amor penetrat, vbi cognitio Phiſica foris ſtat. Legimus quoſdam Sanctos Epiſcopos minus imbutos fuiſſe Phiſicis doctrinis, qui & myſticam Theologiam captu mentis haurientes, cælos penetrabant, omnem phyſicam cognitionem ſubtiliſſimè tranſcendentes vſque ad beatiſſimam Trinitatem. Quod & ego in Fr. Antonio de ordine Fratrum*

Teſtimonium Præceptoris ſui de B. Antonio.

Minorum peculiari familiaritate expertus ſum. Qui cum eſſet minus

nus imbutus literis ſecularibus, animi puritate & mentis ardore ſuccenſus myſticam Theologiam captum mentis excedentem, & feruenter deſiderauit,& abundanter hauſit,vt poſſim dicere de eo,quod de Ioanne Baptiſta ſcribitur; Ille erat lucerna lucens, & ardens. Amore enim ardebat interius, & exemplo lucebat exterius. Hæc famoſus ille Præceptor. Igitur ſtudens Antonius in lumine quatuor lucernarum, quas ipſe deinde, vt egregius Theologus myſticus, ingenti prædicationis lumine tum ſuper pergama, tum legens in Cathedra ſcholaſtico ſplendore doctrinæ, Eccleſiæ omni patefecit,eamque ipſis incendit, Lucerna euaſit; Ioanni Baptiſtæ lucernæ perſimilis.

D. Antonius Lucerna lucens Io: Baptiſtæ lucernæ perſimilis.

III Non indiguit Antonij vita aliquali emandatione in ſchola Vercellenſi, quia purus erat, vt Angelus innocens, & ſine culpa mortali,ſed maiori doctrinæ cæleſtis accremento indiguit. Quod prædicabat, & quod legebat Magiſter ſuus audiuit, appræhendit, penetrauit, & melius quam ipſe Magiſter, alioqui viro doctiſſimo, ac probatiſſimis moribus religioſus, qui ab eo multa didiciſſe teſtatus eſt. Lucerna bonorum operum in Antonio omnes ſuos condiſcipulos cũ ipſomet Præceptore illuminauit & rapuit. Tanta mentis rectitudine in eo ſtudio proceſſit, vt præfatam laudem ab ore ſui Magiſtri dignè meruerit. Tanto paupertatis, & humilitatis Chriſti vitam propriam reformauit, vt ſicut Parenti Franciſco, ita & ipſi Chriſto ſe totum conformauerit.

Qualis Antonij vita in ſchola Vercellenſi.

IV Exiens ergo ab illa ſchola veluti lucerna lucens,& ardens, quæ inſtar lucernæ Chriſti Præcurſoris præcurrere ipſum Chriſtum, inter eius bracchia renaſcentem denuò debebat, ſtatim allexit cunctos Ordinis Proceres, adeò vt ipſum inſtantiſſimè rogarint, quatenus tam peregrinam ac cæleſtem,quam hauſerat doctrinam, alijs communicaret. Sed noluit Magiſtrum agere, nec cæteros docere inconſulto ſuo inſtitutore; qui tandem iuſtæ petitioni multorum annuens haſce patentes literas ipſum Lectorem, ac profeſſorem Theologiæ inſtituens, & propria manu datas anno illo magno Sacrarum Stigmatum 1224. vt notat Martyrolog.Franciſc. ſed Vadingus ad ann. 1222. inſtitutionem reſcripſit Seraphici Inſtitutoris in hunc modum.

Rogatur à Patribus ordinis vt dignaretur Sacram Theologiam fratribus legere

Cariſſimo meo Fratri Antonio. Fr. Franciſcus in Chriſto ſalutem.

PLacet mihi, quod Sancta *Theologia literas Fratribus interpreteris, ita tamen, vt neque in te, neque in cæteris (quod vehementer cupio) extinguatur ſancta orationis ſpiritus iuxta regulam, quam profitemur. Vale.*

Inſtituitur à B.Fræc. Theolog. Profeſſ.

V An prius fuerit Theologiæ profeſſor in Ordine, proùt ſcribunt Rodulphus fol. 78. Marcus Vliſſipp. c. 10. & Henricus Vuillot in Athenis, qui conſtantem hanc vult opinionem, ſubdubitat Vadingus cit. tom. 1. ad ann. 1222. num. 33. Etenim iam aliquanto ante tempore Bononiæ legebat; in Anglia ſtatim ab ingreſſu erectum iuuenum gymnaſium, & Alexandrum Halenſem, ſi non ſub ipſo tyrocinio, ſaltem expleto facilè credit ſuis legiſſe, & Antonius nonniſi vno, vel altero anno potuit docere. Illud autem liquidius omnino aberraſſe Vuillotum & Tritemium, ſubdit Vading. ibidem dum in Toloſæ. Bononiæ, & Pariſij Academiis eum docuiſſe, ſcilicet priuſquam noſtro ſodalitio nomen daret.

Alexandrum Halenſem an no vno ante D. Ant. legiſſe in Anglia obdubitat Vad.

Errorem ſanè conuincunt breuis hominis ætas, adeptá, vel conſummata in ipſo Ordine literarum peritia, eius initiatio in Luſitania, neque in Galliam, aut Italiam veniſſe, niſi iam Franciſcanum, quod & ante Vadingũ priores admonuerunt Stephanus Garibaius lib. 12. cap. 47. & Henricus Sedulius.

Ante ingreſ. ad ordinem nunquam legerat publicè Ant.

VI Sed de inſtitutione ad publicam cathedram in lectura Theologica, fuiſſe dumtaxat ptiorem Alexandro Halenſi Antonium, ſaltem quantum ad literas patentes manu propria à B. Frãciſco conſcriptas: id mihi pro comperto, quia quantum ad tempus res incerta, ac dubia admodum, & prior ſententia probabilior. Itaque Gallia, atque Italia nouæ inſtitutionem, & apertionem ſcholæ, & doctrinæ D. Antonii meruere, illa apud Toloſates, hæc apud Bononienſes, ac Patauinos. Scripta ſcolaſtica de D. Antonio non dum reperi, neque alii reperere, ſed moralia tantum ad conciones, aduentuales, annuales, quadrageſimales, ſanctorales ingenti eloquentiæ Apoſtolicæ artificio dictæ, licet rudi, ac ſimplici ſynopſi, mandante Gregorio Nono conſcriptæ ab eodem auctore. Verum, vt ipſe pluries aduerti in ſcriptis meis Italicis, omnem ferè Scholaſticam, ac myſticam, moralemque Theologiam in ipſis ſermonibus prefatis eleganti, ac clara interpretatione annexam obſeruaui.

Cathedræ in quibus publicè docuit Ant.

VII Cum profeſſione Theologiæ ſanctæ orationi; ſtudii profeſſionem non ſolum neque in sè, neque in diſcipulis ſuis relaxauit Antonius, verum potius auxit. Totum tempus optimè à ſe diſtributum, oratio erat lectio, prædicatio, confeſſio. In ſchola orationis ſemper ſibi noua communicabat Deus (audiant Theologi, lectores, & ſtudioſi noſtri) & noua erant ea, quæ nouus hic Theologiæ Profeſſor in noua ſchola, alios docebat. Etenim quam plurimi diuinitus eruditi, inter quos ipſe eminebat, ſenſus mirificòs & nouos de rebus cæleſtibus proferre ſoliti, quos niſi doctiſſimi percipere non poſſunt, imo paſſim neque pecipere valent.

Temporis diſtributio.

VIII Imago Antonii in inſtitutione ſuæ nouæ ſcholæ ex eius do-

doctrina pluribus in locis innotuerat, ſed præcipuè ex ſerm. Dom. 6. Palmarum ſuper illud de Chriſto. *Tunc miſit duos diſcipulos &c.* Matt. 21. *Moraliter* ait, *diſcipulus dictus, eo quod diſciplinam diſcit. Duo ergo diſcipuli viri iuſti, qui diſciplinam Patris diſcunt ſunt mundi deſpectio, cordis humiliatio. Iſti duo diſcipuli ſunt Moyſes, & Aaron, qui Hebreos educunt de Aegypto. Duo vectes, arcam teſtimonij portantes. Duo Cherubim, propitiatorium verſis vultibus proſpicientes. Per Moyſen, qui (vt dicit Apoſtolus ad Hebreos ij.) maiores diuitias aſtimauit theſauro Aegyptiorum improperium Chriſti, mundi deſpectio ſignificatur. Per Aaron (qui vt dicitur, ignem extinxit, & iram Dei ne in populum deſæuiret ſedauit) cordis humilitas deſignatur, quæ extinguit ignem Diabolicæ ſuggeſtionis, & ſedat iram diuinæ animaduerſionis. Iſti duo diſcipuli tamquam vectes inflexibiles portant arcam teſtimonij, ſcilicet doctrinam Chriſti, vel obedientiam Prælati. Duo Cherubim, qui proſpiciunt in propitiatorium, ideſt ipſum Chriſtum, qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris, proſpiciunt (inquam) in praſepio reclinatum, in Cruce ſuſpenſum, in monumento ſepultum. Iſtos duos diſcipulos mittit vir iuſtus.*

Imago ſapientia Antonij ex ſua doctrina lauanda.

Dualitas multiplex ex ſacra Scriptura

IX Statim ad receptionem patentium literarum B. Franciſci hoſce duos diſcipulos miſit Antonius, ſcilicet oſtendit & geminos vectes, portantes arcam teſtimonii, arcam Bibilicam, quam memoriter ipſe tenebat. Oſtendit duos Cherubinos, noua ſcientia, ac ſapientia præditos, ac toti Eccleſiæ Catholicæ propitios. Obedientiam Prælati ſui Franciſci perfectiſſimè adimplens, Cherubinos, Seraphinos Chriſtique imitatores, & ipſius myſteriorum ſeruatores plurimos ex ſuis diſcipulis effecit.

Qualis euaſerit Anton S. Theol. profeſſor effectus.

X Quod frequenter prædicauit ſuper pergama Apoſtolica Demoſtenis ac Tullii eloquẽtiam deludens, explicans illud Chriſti in cap. 7. Ioannis fer. 3. hæbdom. 4. Quadrageſim. *Qui loquitur à ſemetipſo quærit gloriam propriam*; frequenter etiam ſuper Cathedram Theologicam Bononienſibus, Patauinis, Tholoſatis explicuit, obſeruauit, commendauit. Ponam eius interpretationem verè dignam, & egregiam.

XI *Ex propria doctrina inſurgunt errores, & hæreſes; quia qui nimis emungit, elicit ſanguinem. Econtrario verò, qui loquitur verum, non quærit gloriam propriam, ſed gloriam eius, qui miſit illum, & ego quæro gloriam Patris mei, non meam, igitur doctrina mea eſt, quo adhoc integra, & non in ea iniuſtitia, quo ad effectum, ſiuè quo ad intentionem. Nota: dupliciter quis loquitur, ſecundum quod dupliciter dicitur in conſuetudinem. Vno modo ab alio, & hoc tripliciter. Vel per inſpirationem, & ſic eſt à Deo eius doctrina. Quia Spiritus Sancti inſpirati, locuti ſunt Sancti Dei ho-*

Hæreſes oriũtur ex propria doctrina.

minis; vel per doctrinam, ſicut addiſcit diſcipulus à Magiſtro: Vel per inueſtigationẽ, qua ſit, quando intellectus, non quidem à ſe, ſed ex rerum ducitur natura in ipſarum cognitionem. Quicunque ſic loquitur, vera dicit, ſicius doctrina vera eſt, quia veritas eſt conformitas rei ad intellectum. Alio modo à ſe, & tunc vniuerſaliter falſum dicit, & talis gloriam propriam quærit, & rapitur in errorem: Hierem. Viſionem cordis ſui loquuntur non de ore Domini Ezech. Veh Prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident.

XII Antonii doctrina veriſſima, quia à Deo ſibi communicata ac propterea aduerſus Hæreticorum, & impiorum, & Tyrannorum, & Magnatum falſitates tam valida, tam efficax, tam potens. Hactenus de Doctore, Magiſtro ac Præceptore noſtro pro ingenij noſtri modulo. Cætera circa ſapientiam, prædicationem, profectum, vberem fructum, opera geſta, & ſcripta ipſius, vide apud Vadingum tom. 1. ann. & libro de ſcript. Franciſcanis.

B. ALEXANDER DE HALES

Irrefragabilis Scholæ auctor.

Natio Alexãdri, locuſque vnde de Hales nuncupatur.

I ALexander Halenſis, ab Hales Monaſterio comitatus Claudioceſtrenſis, natione Anglus, ac Theologorum Princeps, & Doctor irrefragabilis in illa ætate ad ann. 1245. Qui ad eius ſummam laudem D. Bonau. ſcholæ Seraphicæ inſtitutoris, Magiſter fuit, ac dignus præceptor. Eodem tempore floruit D. Thomas, D. Bonauenturæ ſapientia, & amicitia coniunctiſſimus. Qui prouecta iam ætate in ſchola B. Alberti Magni apprimè edoctus, in conſcribenda ſumma eo amplius admirandus, quo ſupra imitationem Alexandri Halenſis Minoritæ talem, ac tantam gratiã operi ſuo addidit ſtyli venuſtate, quæſtionum, & articulorum ordine, breuitate, claritate, ac facilitate reſolutionum, ac ſoliditate in omnibus inuariabili, vt propterea eius ſumma acceptior, & gratior Sacris Theologis euaſerit, & vniuerſalior cunctis: Atque huculque tot præclara commentaria ſuper ea prodierint.

II Bellarm. de ſcriptoribus Eccleſiaſt. ad ann. 1245. ſeculo 12. Alexander Halenſis (ait) natione Anglus Ordinis S. Franciſci vir doctiſſimus, & Sanctorum Bonauenturæ & Thomæ Aquinatis Præceptor, Sed fuiſſe D. Thomam Alexandri Halenſis auditorẽ aliis non probatur. Heroicum & maximum, & vnicum Alexandri Gymnaſium in ſcholaſtica diſciplina & in aliis ſimiliter declarãt, & aperiunt eius ſcripta, eminenti gradu promerita. Omnia ſiquidem, quæ vſque ad id tempus edita fuere, Methodo, & ordine, ſubtili-

Halẽſis ſchola valde eminens, ac florida.

tate

tate etiam, & ſoliditate multis gradibus ſuperarunt. Iuſſu Innocentii Papæ IV. totius Theologiæ ſcholaſticæ ſummam, in illam ferè, qua nunc eſt, formam, atque methodum omnium primus reduxit, & in quatuor volumina optima diſpoſitione, & ſingulari iudicio pulcherrimè diſtribuit. *Eius opera.*

III Porrò hoc opus ab Innocẽtio commendatum, & à ſeptuaginta Theologis examinatum, & approbatum, Alexander IV. omnibus Academijs docendum propoſuit. Multa doctè, & clarè in omni ferme materia ſcripſit Alexan. ex quibus quæ reperit Vadingus enumerauit in lib. de Scriptoribus Ord. Minorum. Inſcriptio ſepulchralis Alexandrum noſtrum ſanctitate vitæ, & granditate doctrinæ magnum oſtendit in magno Conuentu Pariſii, vbi ſepultus eſt, obiens ann. 1245.

Epitaphium ſepulchrale ad tumulum Alexandri.

Clauditur hoc ſaxo famam ſortitus abundè
Gloria Doctorum, decus, & flos Philoſophorum,
Auctor ſcriptorum vir Alexander variorum.
Norma modernorum, fons veri lux aliorum.
Inclytus Anglorum fuit Archileuita, ſed horum
Scriptor clerorum, frater collega Minorum
Factus egenorum, ſed Doctor primus eorum.

D. BONAVENTVRA

Seraphicæ Scholæ primus, ac mirificus Magiſter.

I AVthor etiam, & Princeps ſcholæ ſuæ D. Bonauentura, Alexandri diſcipulus, de quo ipſe Magiſter, & Præceptor teſtatus eſt, *Videri ſibi Adam in Bonauentura non peccaſſe.* Quamobrem haud mirum, ſi in nullo peccauerit eius florentiſſima Academia, eius Seraphica doctrina, eius opera, verè è Cælo delapſa, & à Crucifixo Domino ſibi paſſim adminiſtrata, vt faſſus eſt D. Thomas, ei amiciſſimus, ac præcipua, reciprocaque magnæ doctrinæ cõmunicatione, in altero Seraphicæ, in altero Angelicæ, ſibi coniũctiſſimus. Succeſſit Bonauentura anno ſui Monachatus decimo in Cathedra Pariſienſi Ioanni de Rupella eius inſtituti viro doctiſſimo. *Teſtimoniũ Alex. de Ales de D. Bonau. eius diſcipulo.*

II Eius vita, minimè in Adamo aliquo modo peccante, morum, & regiminis exempli, ampliſſimum Licæum extitit, qua factis, pluſquam dictis in cathedra docuit ſeraphicè Eccleſiam omnem, populos, prælatos, viros doctos, & indoctos. Eius ipſa mors *Vita eius adeo ſancta, & exemplaris ampliſſimum Licæum extitit.*

eo anno 1274. quo ſepultus fuit ad ſuos conſodales (etſi Thritemius dicat, deceſſiſſe anno 1283. & tumulatum fuiſſe in Eccleſia Cathedrali Lugdunenſi,& alij circa mortis annum aberrent)Schola fuit, in qua docuit, quod pretioſa eſt mors Sanctorum Dei,pretioſiſſimæ eorum vitæ reſpondens. Etenim elatus eſt funere vir Sanctus, quale à memoria hominum (ait Albertus Myrræus)glorioſius non legitur.

Eius mors Schola etiam fuit.

III Nam interfuit eius exequiis præſentia ſua Gregor. X. Pontifex ſummus, qui de eius obitu maximè doluit, faſſus publicè, *Eccleſiam Dei magnam propterea incurriſſe iacturam*. Idem Pontifex celebrans aliquando, oſtendenſque cuidam Regio Oratori D.Bonauenturam inter cæteros Cardinales,qui tunc ei aſſiſtebant, confirmauit id, quod prius dixerat de eo Alexander Alenſis eius Præceptor,ſcilicet, quod in eo Adam non peccauerit;ſed alio encomio. Etenim cernens in eo compoſitionem corporis, elegantiam, maieſtatem, & honeſtatem vultus, ſanctitatem, & venerabilitatem vndique emittentem, nuncupauit ipſum *Reliquiam viuã*. Adſuit quoque Bonauenturæ funeri Imperator Græcorum per Græcos Proceres,Latinus verò Orienti, Imperator Balduinus per ſeipſum, Occidentis autem Imperio tunc vacante, ait Vadingus de Scriptoribus Franciſcanis, at verius non vacabat tunc Imper. Occidentis, quia interregnum illud adeò longum,& pernicioſum ceſſauit anno 1273. per electionem in Regem Romanorum Rodulphi I.Comitis de Habsburgo, & Auguſtiſſimæ domus Auſtriacæ Conditoris.

Funus eius à memoria hominum non fuit ſimile.

Vocatus à Greg.x. reliquia ſiua.

IV Adſuit etiam Iacobus Rex Aragoniæ, adfuerunt Patriarchæ Conſtantinopolitanus, & Antiochenus, Cardinales vniuerſi, Præſules quingenti, Abbates ſexaginta, alii minorum gentium Antiſtites, ac Sacerdotes ſupra mille; Regũm, ac Principum quãplurium Oratores, Tartarorum, & aliorum populorum Legati;ſacri demum, ac politici ordinis homines innumerabiles. Sacris funeralibus ſolemniter operatus eſt, & laudationem funebrem dixit Petrus Tarantaſienſis Ordinis Prædicatorum, ex Archiepiſcopo Lugdunenſi Cardinalis, & Epiſcopus Oſtienſis, ac demum Innocentius v. Papa. Relatus eſt in Sanctorum numerum à Sixto IV. anno 1482.& à Sixto v.connumeratus inter maximos Eccleſię Doctores. Quæ præſtiterit in electione Gregorii x.quid egerit in Concilio ſecundo Lugdunenſi, quanta prudentia vaſtiſſimum rexerit Minorum ſodalitium, quid per omnem vitam egerit,& quos poſt mortem acceperit honores; Vide Vading.in 1.2.& 7. Annalium tomis. Cathalogus librorum, & qui ſcripta, opera, & opuſcula Bonauenturæ commemorauerunt, apud eundem Vadingum ibidem.

Sacris funeralibus operatus eſt Petrus de Tarantaſia, qui poſtea Innocent. v.

Scripta eius apud Vadin.

B. IOANNES DVNS SCOTVS

Schola ſuæ ſubtiliſſimus Inſtitutor.

I IOannes Duns Scotus natione Anglus, Ordinis Minorum, vir fuit acutiſſimo ingenio prædítus, & cum docuiſſet primum Oxonii, deinde Pariſiis, immatura morte diem extremum obijſſe dicitur anno Domini 1308. Hæc Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſæculo 14. vbi ſtatim ſubdit cathalogum operum Scoti. Verum, an fuerit natione Anglus, an verò Hibernus, vel Scotus, lis ſub Iudice adhuc. Controuerſiam iſtam, aliaſque quæ circa doctrinæ dignitatem, vitæ menſuram, mortis qualitatem quidam excitauerunt diffusè examinauit Vadingus tom. 3. annal. & in vita ipſius Doctoris illius operibus ab ipſo præfixa. Vbi poſtea in libro de Scriptoribus Franciſcanis egit de Scoto omnia eius opera impreſſa, vel non impreſſa, adhibito ordine iuxta Pitſei indicem, ablataque à medio omni confuſione, quæ tumultuariè, ab aliis referuntur, enumerauit.

Scoti patria, ingenium, cathedra.

II. Nam Oxonij, Lutetiæ, Coloniæ magno diſcipulorum profectu, multorum encomijs, ſummo omnium applauſu Theologiā publicè profeſſus, multa ſcripſit doctiſſimè in Ariſtotilem, Petrum Lombardum; ſacros codices copioſis editis commentarijs. Sanctitate vitæ, paupertate Seraphica, humilitate maxima, modeſtia incredibili, in aliorum ſententijs diſcutiendis ſine nomine authorum, claruit Scotus. Vnde carmen illud antiquum in altera vetuſta tabella ſepulchrali Coloniæ, vbi immatura morte, quæ limam vltimam operibus eius prohibuit, & ne imperfecta complerentur, deceſſit anno 1308. ſexto Idus Nouembris religioſis eius virtutibus arridet,

Scoti ſchola, ac doctrina innumeros, doctoſq; diſcipulos peperit.

Clauditur hic riuus, fons Eccleſiæ, via, viuus,
Doctor iuſtitiæ, ſtudi js flos, arca ſophiæ,
Ingenio ſcandens, Scripturæ condita pandens.
In teneris annis fuit: ergo memento Ioannis.
Hunc Deus ornatum, fac cælitus eſſe beatum.
Pro Patre tranſlato modulentur pectore grato.
Dux fuit hic Cleri, Clauſtri lux, & tuba veri.

Epitaph. ad Scoti tumulū

III Fabuloſum illi mortis genus Paulus Iouius, & ex eo Bzouius

uius affinxerunt, vti teſtatur Albertus Mirræus in Auctario, & Vading. diffuſè probauit tom. 3. annal. ad ann. 1308.

Virtutes mo rales in Scoto eximiæ.

Sed coronam ſibi impoſuerat altiſſima B. Franciſci paupertas, vt tanto eſſet vera ſapientia diues, quanto fuerat paupertate ſpiritus locuples. Id fatentur verſus ad finem MS. in 1. ſentent. apud Collegium Caij:

Illud opus ſcripſit SCOTVS dum corpore vixit,
Pariſÿ dixit, & ob hoc ſua fama reuixit;
Nam ſibi SVBTILIS nomen ſubtilia donant,
Quem veſtis vilis, pes nudus, chorda coronant,

IV. Malè certò ſcotizat, qui ſtudens aſſiduò ſuper Scoti ſubtilitates, de eius paupertate, oratione, & alijs dotibus, & virtutibus ſtudium nullum. Contentioſa iurgia abhorruit Scotus, charitatem chriſtianam deturbantia quam maximè, vt ex eius honeſtiſſimis ſcriptis planè liquet, ſpiritum nunquam relaxauit; non deſtitit eſſe ſeraphicus Dei amore cum D. Bonauentura, & Angelicus puritate, & ingenuitate cum D. Thoma, etſi aliquando ad maiorem indagationem, & ſoliditatem veritatis pia ſubtilitate illorum opiniones examinauerit. Scio Gerſonem ſcholares ſubtiles reprehendere, eo quia D. Bonauenturæ doctrinæ parum memores ſolent eſſe. Vbi charitas non ædificat, ſcientia omnis, etiam ex diuinis literis deſumpta, inflat, & omnia bona deſtruit, *Et ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina*. Diſcipulos, quos poſt ſe reliquit Scotus, omnes claruere; præcipui tamen, & magni nominis tres Antonius Andreas Aragonius, & Frãciſcanus, qui ſcripſit in 4. lib. ſentent. quod ſcriptum editum eſt Venetijs anno 1578. Franciſcus de Mairone, natione Scotus, & ipſe profeſſione Frãciſcanus, cuius opera olim impreſſa Baſileæ, poſtea Venetijs anno 1520. & 1556. floruit ille anno 1317. hic verò 1325 Vide Bellarm. de Scriptor. Eccleſ. & Vading. de Scriptor. Franciſcan. Tertius Scoti diſcipulus.

Scoti ſcripta pia, & honeſtiſſima.

Celebriores Scoti diſcipuli.

GVLIELMVS OCHAM

Schola nominalium nobilis inceptor.

Gulielmi Ochami natio, & acris ingenium, ſcholæ Scoti Magiſtri ſui aduerſus.

I. DE Gulielmo Ochamo, & eius ſcriptis ad ann. 1320. ſæculo 14. citato idem Bellarminus. Sed Vadingus noſter in hunc modum: Gulielmus Occhamus, Anglus, etſi aliqui Hibernum velint, Scoti diſcipulus, & poſtea acerrimus impugnator. Scholam inchoauit, vel maximè ſtabiliuit Nominalium. Vir quidem acris ingenij, ſed minimè ſobrij; plus enim volebat ſapere, quam oportebat, nec timuit in Cælum os ſuum ponere, & ſacram deprimere

Pon-

Pontificiam, nimiumque extollere Imperatoriam dignitatem. Inſipienti zelo, & nimis ardenti defendere volens Franciſcanæ paupertatis excellentiam, timens incidere in manus Ioanni XXII. Minorum ſententiæ valde contrarii, fugit cum Michaele Ceſenate ad Ludouicum Bauarum, qui tunc Cæſarem agebat, ſcripſitque intemperanter nimis contra Ioannem, Ludouici aduerſarium, plurima opuſcula, quorum aliqua proſcripta ſunt, & alia cautè ſunt legenda. Hominis turbas, & contumaciam per annorum, & factorum ſeriem tertio Annalium tomo deſcripſit idem Vading. Si fœdam hanc maculam non incurriſſet, inſigni inter Theologos nomine coruſcaret, eamq; nihilominus retinuit famam, vt *Venerabilis inceptor*, & *ſingularis Doctor* communiter appelletur, eiuſque nomen ære inciſum conſpiciatur in circuitu tumbæ Ioannis Scoti Coloniæ Agrippinæ. Partim de theologicis, partim de rebus philoſophicis doctiſſimè ſcripſit, & copioſiſſimè.

Nimis audax ac petulans in pontificiā auctoritatem.

Eius opera.

Eius fama, & cognomentū.

II Omnia eius opera auctores citati afferunt. Hos quatuor Doctores, & authores, qui peculiarem ſcholam fundarunt, præcipuè adnotaui, vt aliquo pacto quatuor Doctoribus Eccleſiæ Romanæ correſponderent, dum in Hierarchia Franciſcana, quatuor faciebus diſtincta præſident.

Quatuor Doctores Eccleſiæ iuxta quatuor Euāgeliſtas eas ſcholas ſeorſim fundarunt, in quibus variam ſacrarum literarum interpretationem addiſcimus. Sic in ſchola D. Hieronymi ſenſus literalis ſolida lectione inſtruimur. In ſchola D. Gregorii ſenſus moralis florida, ac lepida præcepta capimus. In ſchola D. Ambroſij ad ſenſum allegoricum circa credibilia; in ſchola verò D. Auguſtini ad ſenſum anagogicum circa ſperabilia ducimur.

Quatuor Eccleſ. Doctores iuxta 4. ſenſus ſacræ Scripturæ.

III Ad hos ipſos quatuor primæ claſſis Doctores plurimi alij alterius claſſis referuntur, & aggregantur, licet minus principaliter. Quotquot ſacram Scripturam explanauerunt vſque ad tempora Bellarmini ſunt in omnes libros Biblicos 7. in cæteros libros ſeorſim incipiendo à libro Geneſis veteris teſtamenti vſque ad librum Apocalypſis noui teſtamenti, ille primus in Biblicis, hic nouiſſimus, 404. interpretes ſunt apud ipſum. Sed 249. ſuper ſcripturam veterem, ſuper nouam verò 155. Adducit deinde idem auctor in 2. indice eos Doctores, & Scriptores antiquos, modernoſque, qui ſcripſerunt aduerſus hæreticos, incipiendo à Simone Mago Archihæreſiarcha, & terminando ad Martinum Lutherum hæreſiarcham, & omnium recentiorum hæreſiarcharum parentē; ſuntque num. 61. Recentiores, ait, ſequuti ſunt alij innumerabiles, qui noſtro tempore contra præſentes ſæculi hæreſes, ſcriptis, & libris dimicauerunt, & dimicant.

Index bellar. de Doctorib. ſuper totam S. Scripturam

Cathal. ſcriptorum cōtra hæreticos.

IV Pergit mox ad indicem Theologorum ſcholaſticorum, &

Cathal. Theologorū ſcholaſtic.

à Petro Lombardo ſententiarum Magiſtro, & Epiſcopo Pariſienſi, vſque ad Dominicum Sotum Dominicanum, & à ſacris confeſſionibus Caroli v. miniſtrum, qui interfuit Concilio Tridentino in eo Cathalogo 60. Commemoratum fuiſſe etiam à ſacris confeſſionibus, concionibus, & chronicis Antonium à Gueuara Minoritam Mondognetenſẽ Epiſcopum, necnon & Conſiliarium Caroli v. demonſtrat Martyrolog. Franciſcan. 24. Octobris, vbi de eius eruditione diuina, humilitate, pietate, ſpiritu, puritate, religione. In ſequenti autem indice, qui eſt collectorum, & expoſitorum ſacrorum Canonum ponit auctores Bellarminus 32. quorum primus Dionyſius exiguus, natione Scita, ſed moribus Romanus; vltimus verò Martinus Nauarrus. Qui ſcribunt de caſibus conſcientiæ ſunt apud ipſum à Raymundo de Penna Forti ad Martinum Nauarrum præfatum 14. At Oratores Chriſtiani ab Origene ad Ambroſium Camaldulenſem 43. quorum 22. omnes ſunt Sancti.

Antonius de Gueuara.

Collectores, & expoſitores ſacrorum canonum.

Scriptores de caſib. conſcient.

Oratores chriſtiani.

Poetæ ſacri.

V Poetæ ſacri ex Hebræis 4. Moſes, Dauid, Salomon, Hieremias. Ex Chriſtianis, à S. Cypriano ad Marſilium Ficinum 30. Hiſtorici eccleſiaſtici, à Ioſeph Hebræo ad Cæſarem Baronium 61. Chronologi ab Euſebio Cæſarienſe vſque ad Bellarminum ipſum 35. Scriptores piorum libellorum ab eo, qui ſcripſit Martyrium S. Andreæ vſque ad auctorem, tractantem de vita ſpirituali S. Vincentij 35. Omnium ſumma ex prædictis decem indiculis, quos ſcripſit Bellarm. ad finem libri de Scriptoribus Eccleſiaſticis 1181. Relictis innumeris ex Recentioribus, qui ſuo tempore vel nondum ſcripſerant, vel erant vulgaris nominis. Omnes hi ſcripſerunt tribus tantum linguis, nam alij hebraicè ſcripſerunt, alii Græcè, alii Latinè.

Hiſtorici eccleſ. chronologiſtæ. Piorum librorũ auctores.

VI In Hierarchia Franciſcana à Monarchia Eccleſiaſtica inſeparabilis, & pro eius adiutorio ſimilis illi effecta; Scriptores etiam innumeri ab omnibus Mundi partibus, & in omni ſcientia, & facultate, nec deſunt ex Franciſcanis, imò multi extant in illis Bellarmini indiculis. Noſtrates ergo iuxta eorum nationes ſic ſe habent apud Elenchum alphabeticum *Vadinghi*. *Angli* 3. Belgæ 124. Bohemus 1. Burgundi 5. Catalani 4. Cretenſes 2. Cyprius 1. Dalmatæ 4. Galli 166. Germani 102. Græci 2. Hiberni 34. Hiſpani 246. Hungari 3. Indi 6 Itali 547. Lotaringi 2. Luſitani 28. Mexicanus 1. Regni Neapolitani 48. Peruani 2. Poloni 9. Poxolani, ſeu Rutheni 2. Sabaudi 14 Sardi 3. Scoti 3. Siculi 24. *Veneti* 19. Zelandi 3. Ignotæ nationis 86. Hi omnes in variis idiomatibus, & linguis ſcriptores Franciſcani, alii percelebres, alii minus, alii parum, ac nullius nominis ingentem cumulum efficiunt, ſunt namq; cuncti (ni fallor) 1202.

Script. Frãc. ex omni mũdi plaga, & omni diſciplina, ac lingua.

VII Nec deſunt in Hierarchia Franciſcana Fœminæ eruditæ,

qnæ

quæ ſcripſerint. Scripſit enim Agnes Aſſiſias, ſoror D. Claræ, Angela Fulginas, Baptiſta Monsfeltrina, Baptiſta Varane, Cherubina Hexula Narnienſis, S. Clara Aſſiſias Vmbra, Clara Bugnia, Dominica à Paradiſo Florentina, S. Eliſabetha Hungara, Eufraſia Alfari Perugina, Illuminata Bemba, Ioanna de Iuſſie. Sunt numero duodecim, & earum ſcripta apud eundem auctorem. Quantum verò ad materias, ſuper quas Doctores Franciſcani ſcripſerunt, & quantum ad idiomata, in quibus ſcripſere, in Biblia vniuerſa 84. In Geneſim 17. in Exodum 7. in Numeros 1. in Deuteronom. 3. in Ioſue 1. in Iudices 3. in Ruth 3. in Libros Regum 1. in Eſdræ Neemiæ 1. in Tobiam 1. in Iudith 1. in Eſther 3. in Iob 8. in Pſalmos 38. in Prouerbia 1. in Eccleſiaſten 7. in Cant. cant. 15. in Sapient. 1. in Ecchleſiaſticum 3. in Iſaiam 7. in Hierem. 14. in Baruch 1. in Ezechiel. 2. in Danielem 3. in duodecim Prophetas minores 2. in Oſeæ 1. in Ioelem 1. in Amos 2. in Ionam 4. in Habacuch 2. in Zachariam 1. in Malachiam 1.

Mulieres, quæ ſcripſerunt in Ord. Franciſc.

Materiæ, ſuper quibus viri docti Franciſcani, & idiomata, quibus ſcripſ.

Super vetus Teſtam.

VIII. Scriptores verò in totum Nouum Teſtamentum etiam plures, inter quos præcipuè in quatuor Euangelia 27. in Matthæum 12. in Marcum 16. in Ioannem 14. in Acta Apoſtolorum 2. in omnes Epiſtolas Pauli 16. in Epiſt. ad Romanos 7. ad Epheſios 1. ad Coloſſenſes 1. ad Philippenſes 1. ad Hebræos 7. in Epiſtolas S. Petri 4. in Epiſt. S. Ioann. 2. in Epiſt. S. Iudæ 3. in Apocalypſim 26.

Super nouū Teſtam.

IX. Scriptores formalitatum Iſagogicarum pro introductione ad doctrinam Scoti 17. Qui ſcripſerunt Quolibetalia 43. Compendia 30. Tractatus ſpeciales Theologiæ ſcholaſticæ 75. Sūmas theologicas 18. Theologiam moralem, ſeu Caſus Conſcientiæ 126. Theologiam Parænecticam, ſeu Homilias, conciones, & ſermones 343. Theologiam Catecheſicam 65. Theologiam Polemicam, ſeu controuerſias 127. Theologiam Aſceticam, & myſticam, ſeu libros ſpirituales 258. inter quos S. P. Fráciſcus compoſuit officium Paſſionis Dominicæ, Cantica ſpiritualia, Apophthegmata, familiaria colloquia, & S. Ludouicus Rex Franciæ pias inſtitutiones.

Scriptores in variis diſcip.

X. Libros Rituales ediderunt ſcriptores 48. Theologiã exemplarem, ſeu de vitis Sanctorum, ac primò de B. Virgine 111. Vitas Sanctorum 127. Theologiam poſitiuam, ſeu Concilia, Synodos, Decreta illuſtrata, item Ius ciuile 69.

Ritualiſtæ, & alii.

Hiſtorici Franciſcani 159. inter quos talem ſe præbuit Lucas Vadingus, religioſitate, doctrina, calamo in Hierarchia Franciſcana, quinimò & in tota Republica Chriſtiana, quale in ſe oſtendit Cæſar Baronius, ſibi coniunctiſſimus, & eius vnicum exemplar, pietate, ſtylo, ordine in Monarchia Eccleſiaſtica. Hæres promeritus Vadinghi noſtri religione, profeſſione, officio, doctrina, ſcriptione, natione, P. Franciſcus Haroldus Hibernus, auctor Epi-

P. Luc. Vad. inſignis Baron. imitator

tomes, ſeu Breuiarii, duabus voluminibus digeſti, ix. tom.Ann. Vadinghi continuator, necnon & libri de ſcriproribus Franciſcanis. Hunc religioſum, & doctum virum, niſi peſtilentia eum impediuiſſet, iam appuliſſet Oenipontum, miſſum ad eam aulam Archiducalem à prædicto Vadingo, vt me adiuuaret pro hiſtoriatum Auſtriacum complemento. Plurimum equidem tota Religio Franciſcana, & Chriſtiana debet Patrum Hibernorum Collegiis, & maximè huic Romano, vnde tot inſignes ſcriptores, tot egregia volumina, tot apoſtolici miſſionarii exiere, & in dies exeunt. Sed de hoc alibi, & iam in poemate Italico denuò hic Romæ impreſſo aliquid cecini ſuper iſtam materiam.

Colleg. Romano.S.Iſidori PP.Hibernenſium.

XI Qui ex Franciſcanis ſcriptoribus auctores ſacros illuſtrauere 85. qui hiſtoricos prophanos 2. qui itineraria ſcripſere, Terram Sanctam, Montem Aluerniam 31. qui in Philoſophiam vniuerſam, aut carptim 31. Logica habet auctores 47. Phiſica 31. libri de Cælo 12. Meteora 3. libri de anima 26. Metaphiſica 18 Ethica 6. Politica 31. Oeconomica, & Inſtructoria 47. Mathematica 16. Muſica 9. Auerroes 4. Medica 11. Magia naturalis 9. Oratoria, & Rhetoricæ præceptiones 13 Epiſtolæ 34. Orationes 49. Apologiæ ſpeciales 42. Poeticæ præceptiones 5. Poemata 65. Poetæ illuſtrati 9. Gramatica Arabica 2. Cantabrica 1. Græca 2. Gallica 2. Hebraica 6. inter quos *V*adinghi tractatus de hebraicæ linguæ origine, præſtantia, & vtilitate. Hibernica 2. Indica 3. Latina 16. Matlanzica 1. Mexicana 6. Otoruiana 1. Timuquana 2. Totonaca, & Veſtaca 1.

Sequuntur cæteri ſcriptores aliarũ facultatum.

XII In Regulam Minorum 79. Defenſi Minores 24. Hi ſunt auctores in Hierarchia Franciſcana, Doctores, Magiſtri, & Scriptores, in ſuo libro à Vadingo memorati. In ſacra Biblia explananda Lyranus noſter quantum ad artem poſtillandi eam iuxta ſenſus literalem, & moralem; peculiarem quaſi ſcholam inſtituit, & excellentior Alexandro Halenſi extitit hac ex parte: etiam & Petrus Galatinus ſcribens aduerſus hebræos, & in eo genere primus fuit, ac ſingularis. Ex hac claſſe, & cathalogo ſcriptorum Franciſcanorum præcipuarum ſcholarum inſtitutorum ſtatus laicalis in confuſionem, & erubeſcentiam mundanæ ſapientiæ minimè in Hierarchia noſtra excludendus eſt. Hinc opere pretium duxi de illis duobus, ac de B. Aegidio Aſſiſias, & Iacopone ex Tuderto aliqualem mentionem ſeorſim efficere, & totam ſynopſim de Doctoribus Franciſcanis ſimul concludere.

B.NI-

B. NICOLAVS LYRANVS VENERAB. DOCTOR

In peculiari poſtillandi vniuerſam Bibliam profeſſione ſua ſchola inclytus Princeps, fundator, & ſtabilitor.

I ECcleſia omnis teſtatur excellentiam Nicolai de Lyra circa poſtillas veteris, & noui Teſtamenti. Ex quo enim in corpore Biblico ſub nomine Gloſſæ poſtillatæ ſemel admiſit Sedes Apoſtolica, ſemper conſtanter retinuit, & in maximam exiſtimationem, & honorem habuit; etſi alii nunc vanis, & apertis impugnationibus, nunc cautè eas paſſim carpere, ac labefactare conati ſint. Princeps Gloſſæ poſtillatæ Lyranus, ſicut Princeps Gloſſæ interlinearis Anſelmus Laudunenſis ſcholaſticus, qui (teſte Bellarmino de ſcriptoribus Eccleſ. ſæculo 11. ad ann. 1077.) S. Anſelmo Cantuarienſis æqualis fuit, aut, inquit, paulò iunior ſcripſit Gloſſam interlinearem, quæ extat cum Gloſſa ordinaria, quam marginalem appellant, eiuſque auctor fuit Strabo Monachus Fuldenſis, qui Rabani Mauri auditor fuit ad ann. 840. Sed Gloſſa Lyrani, quæ tertia eſt in ordine equidem felicitate, & facilitate prior eſt. De Lyrani natione, patria, profeſſione, ſanctitate vitæ, eminentia in explanandis diuinis literis, in conſcribendis libris, & de eius obitu, operibus, & ingenti humilitate, hæc breui ex Vadingo lib. de Scriptoribus Franciſc.

Author Gloſſæ Interlin.

Author Gloſſæ ordinar.

II Nicolaus de Lyra Normanniæ oppido (etſi ſint qui Flandrum Battauum, aut Anglum efforment) genere, non fide Iudæus, in Verniolenſi cœnobio Prouinciæ Franciæ Minorum amplexus inſtitutum circa annum 1291. Pariſiis egregios in omni doctrinæ genere fecit progreſſus, ſacræ ſcripturæ addiſcendæ; & interpretandæ omnem admouit operam, eamque feliciter impendit. Namque vniuerſos Bibliorum codices, duplici commentario, literali ſcilicet, & morali, illuſtrauit, aperuitque poſteris viam ad ſacra eloquia facilius explicandi. Tanta, inquit Henricus Vuillotus, diuinarum ſcripturarum, vera, pura, ad germana intelligentia præditus erat, vt in eis exponendis nullum eruditiſſimorum Theologorum ſui temporis parem habuerit.

Nicol. Lyrani natio, ac genus, & inſtitutum.

Fit Minorita Studet Pariſiis.

Egregium ingeniũ ingens ſapientia.

III Doctrinæ vbertatem omnes admirantur, & venerantur. Sanctum vocat Gulielmus Eyſengerius, quippe ſpretis opibus, poſthabitis voluptatibus, religioni chriſtianæ, ac diuino honori conſulens, ita vixit, vt ad iſta vſque tempora vix parem habuerit, nedum ſuperiorem, vel ſanctitate vitæ, vel doctrinæ ſcriptis. Edidit porrò

Eius ſanctiſſima vita.

IV *Perpetuas Poſtillas, & Commentarios in vniuerſa Biblia*,

quorum autographum,ex prædicto Conuentu Vernolienſi acceptum, Franciſcus Feuardenſius, de quo idem Vadingus in eodem libro, Ioannes Datræus, & Iacobus Cuily diligenter contulere cum editis, & omnia accuratè ſuo ordine diſpoſita, euulgarunt Lugduni ann.1590.Habentur poſtillæ,& commentarii integri manuſcripti in Bibliotheca Ducali Vrbini de quæſtionibus veteri, & noui teſtamenti,& magna pars Cæſenæ apud Minores.Ad calcem horum commentariorum humilem hanc confeſſionem ita auctor adiecit.

Blus ſeriata vbi ſeruata.

Scripta in Biblia Lyran. MS.in Bibl. Vrbini,

V *Ego Deo opt. max. gratias ago, qui mihi gratiam ſcribendi ſecundum modulum ingenij mei ſuper omnes libros, in Biblia contentos, dedit; & quoniam probabiliter timeo, in pluribus defeciſſe tum propter magnitudinem operis, tum propter ſcientiæ mea paruitatem,ideò de defectibus veniam poſtulo,et de alijs ad laudandũ Deũ mecum legentes inuito, deprecans humiliter, & deuotè, vt apud Dominum me velint ſuis orationibus adiuuare.Quod actum eſt Pariſijs ann.Dom.1330.* *Scripſit igitur magnus Lyranus Librum differentiarum noui, & veteris teſtamenti, cum explicatione nominum hebraeorum.*

Humilis confeſſio Lyrani ad calcẽ MS.

Opera omnia Lyrani.

Libellũ contra quemdam Iudaeum impugnantem Chriſti diuinitatem,eiuſque doctrinam ex verbis Euangelij ſecundum Matthæum

Expoſitionem praceptorum Decalogi.

De Corpore Chriſti librum vnum.

Tractatũ de idoneo miniſtrante,& ſuſcipiẽte Santiſſimum *Sacramentum Altaris.* Excuſſum in Germania abſque alia expreſſione loci, cum libello D.Thomæ de eodem argumento.

Tractatum alterum perpulchrum de viſione Diuina,Eſſentia ab animabus sãctis à corpore ſeparatis. Incipit:*qui elucidant me.*Extat MS.in Bibliotheca Minorum Toleti.

Tractatulos tres, vel quatuor de diuerſis materijs,contra Iudæos librum vnum.

Commentarios in 4. libros ſententiarum, ſed omnium optimus in 3.

Plura quolibeta Theologica. Poſtillas ſuper Epiſtolas, & Euangelia quadrageſimalia. Venetiis 1516.

Sermones de Sanctis librum vnum. Incipit: In baculo meo tranſiui Iordanem.

Sermones de tempore librum vnum. Incipit: *Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.* Vterque hic ſermonum liber manuſcriptus habetur in Bibliotheca Minorum Toleti litera x. num.109.eius poſtillæ, commentarii, & moralitates in Prophetas manuſcripta extabant in Bibliotheca Imperat. Viennæ Auſtriæ. Alia plura compoſuit, quæ periere.

Opera ad ſermones morales.

Ple-

VI Plenus dierum (ipſe enim ſe citat iam grandæuum in cap. 1. Geneſeos) obiit in magno Conuentu Pariſienſi anno 1340. Sepultus in aula capitulari ſub ingenti lapide, in cuius circuitu hæc ſcripta ſunt.

Hic iacet
F R. N I C O L A V S D E L Y R A
Sacræ Theologiæ venerabilis Doctor,
Cuius vitæ, & doctrinæ
Fama diffuſa eſt per diuerſa Mundi Climata.
Poſtillauit enim Bibliam ad literam
à principio vſque ad finem.
Is Prouinciæ Franciæ Alumnus
In Conuentu Vernolienſi cuſtodiæ Normanniæ
Habitum Minorum accepit,
Quem honorificè exemplariterque
Annis xxxxviii. portauit.
Mortemque obijt anno Domini M.CCCXXXX.
Die xxiii. Octobris.

Annis 48 fuit Frate Minor. Obiit queſcens an

VII. Bellarminus ſæcul. 13. ad ann. 1330. in lib. de Scriptor. Eccleſ. vbi de obitu Lyrani ad finem illius ſynopſis ait, obiiſſe dicitur anno Dom. 1349. nouem annos plus ponit. Ortus ergo auſpicatiſſimus Lyrani ad tam magnam Eccleſiæ chriſtianę vtilitatem ordinatus. Obitus & ipſe auſpicacior, ac felicior ſub Benedicto xii. Verè Beatus Doctor, & Princeps in ſchola ſua Lyranus, qui vita, & verbo clarus ſuperſtes ann. Dom. 1324. regnante Philippo Longo Rege Franciæ, & Alphonſo xi. Aragoniæ Rege, ſex millia iudæorum, & amplius ad chriſtianam fidem reduxit; teſte Andrea Teueno hiſtoriographo apud Martyrolog. Franciſcan. die 23. Octobr. Super eius ſepulchrum Carolus v. Romanorum Imperator, dum in Galliam pergens Lutetiam pertranſiit, preces fundere perrexit, vt idem hiſtoricus ſcribit. Auditores Lyrani Ioannes Grandis, P. Richardus Franc. Mannius Ochamus, & copioſus aliorum numerus, qui tot pulchra ſcripſere volumina, omneſque eiuſdem inſtituti, ac profeſſionis.

Multa millia iudæorũ conuertit ad Chriſtum.

Carol. v. ad Lyrani ſepulchrum ei ſe cõmendauit.

Eius eximii diſcipuli.

VIII Cornelius à Lapide pluribus in locis ſuorum Commentariorum commendat Lyrani Gloſſam. Sed vbi recitat interpretes in Euangelium S. Ioannis non adeo laudat, vt non ſimul reprehẽdat, inquit enim. Hic gloſſam illo tempore inſignem ſcripſit, qua Ioannes, & cæteros hagiographos ad literam explicat; adeo vt

Defenditur contra Cornel. à Lap.

de eo vulgi ore olim tritum fuit illud: *Niſi Lyra liraſſet noſtri Theologi non ſaltaſſent*. Verum hoc in Lyrano notandum, & cauendum, quod ipſe ſuæ genti, & Rabbinis, maximè Rabbi Salomonis, qui magnus eſt fabulator, plus æquo etiam in nenijs, & fabellis Iudaicis ſubindè indulgeat, & conſentiat. Hæc vir ille Cornelius, qui dum carpit Lyranum, ſeipſum minimè abſcondit, ne cum Lyrani lyra benè ſaltet, & melius cantet cum cæteris ſuæ mediæ ſcholæ profeſſoribus, ſacræ paginæ interpretibus.

Commētaria Corneliana in ſenſu literali Lyranum paſſim ſapiūt.

IX Ipſe paſſim aduuerti in ingēti illa commentariorum ſuorū mole, ſiuè potius collectaneo, quod ſi aliquid boni in eo in ſertum eſt de ſenſu literali, quem ibi principaliter amplecti proteſtatur, è pænu Lyrani deſumptum eſt. Integras columnas reſcribit à Lyrano, & tamen rarò citat eum. Gloſſa Lyrani poſtillata (in cuius medulla locuplex Sanctorum Patrum doctrinæ Theſaurus, & linguarum Hebraicæ, Caldaicæ, Syriacæ intelligentia ſine vllo verborum fuco, ac luxuriè abſconditur, vt propterea ingentis prætii ſit adhuc apud doctos viros) in nullo vitanda, aut cauenda eſt, quia in nullo carpenda, aut repræhendenda; à pluribus impugnata, ſed nunquam expugnata. Et hæc eſt ratio potiſſima, quare omni tempore à tota Eccleſia in magna exiſtimatione extet, quia à Lyrani tempore inſignis fuit, egregia & vnicá. Si quidem tempore Lyrani Doctiſſimi viri, & cum noſtri æui Theologis, & Doctoribus nullo pacto comparandi, in Republica Chriſtiana floruere.

Locuplex theſaurus Gloſſæ poſtillatæ Lyrani.

Semper ab Eccleſia vniuerſa in magno prætio habita.

X Lyranus plus æquo fauit genti ſuæ, & Rabbinis Iudæorum haud in nenijs, & fabellis, ſed in conuerſione eorum, quorum multa millia traxit ad Chiſtum, vt diximus. Mirum ſanè quod Cardinalis Bellarminus, alioqui in cenſurandis, & examinandis, ſacrorum Doctorum libris valdè attentus, & perſpicax, nihil tale cognouerit in gloſſa Lyrani, vbi de eo ſcripſit ſæculo 13.

XI Sixtus Senenſis lib. 4. Bibliothecæ, Lyranus, inquit, ſcholaſticæ Theologiæ profeſſor, & ſententiatum eius expoſitor non ignobilis, tanta quoque diuinarum ſcripturarum vera, ac germana intelligentia præditus, vt in eis exponendis nullum eruditiſſimorum Theologorum ſui temporis habuerit. Volumina ſcholaſticæ poſtillæ lib. 85. ſtudioſis Sanctarum ſcripturarum, ac præcipuè tyronibus ad maiora properantibus, non vtiles ſolum, ſed valdè etiam neceſſarios; in quorum prioribus quinquaginta libris vniuerſum S. Scripturæ corpus abſque orationis lenocinio, & verborum inuolucris breui modo, & aperto ſermone expoſuit; ſumma in ſingulis diligentia aperiens, & elucidans literæ ſenſum, cætera diuinæ ſcripturæ ſenſibus, vt præſtantiorem ita difficiliorem: allatis non modum veterum Eccleſię Patrum expoſitoribus, ſed Rabbinorum quoque ſententiis, quorum apud Iudæos præcipua eſt autho-

Iudicium Sixti Senenſis de Doctrina, & Gloſſa Lyrani.

Numerus librorum Lyra ni inetius gloſſæ.

thoritas. Quo expleto opere, iterum repetito labore in triginta quoque poſterioribus libris vtrumque teſtamentum morali expoſitione illuſtrauit. Claruit ſub Ludouico Imper. anno 1320. ſcripſerunt annotationes, ac cenſuras in omnia eius opera Paulus Epiſcopus Burgenſis, Diegus Deza, & Mattheus Doringus; quorum primus Lyrani expoſitiones ceù Hebræis, & Chriſtianis auctoribus contrarias oppugnauit. Poſterior aduerſus locos aliquot in quibus Lyranus D. Thomæ aduerſatur, defenſiones edidit.

Artificiũ magnum Lyrani in ſua Gloſſa.

Qui ſcripſerint contra Gloſſam Lyrani.

XII Tertius pro Lyrano aduerſus Burgenſem Epiſcopum decertat. Hæc Sixtus, Matthæus ſeù Matthias ille natione Thuringus ac Miniſter Prouincialis Franciſcanus non ſolum defendit Lyranum aduerſus impoſturas Burgenſicas, verum etiam quam fruſtraneus fuerit ille Pauli labor euidẽter patefacit; Vide Lector eius replicas impreſſas ad poſtillam Lyrani.

XIII Idem Sixtus ad finem lib. 3. breui tangit, qui diuinæ ſcripturæ expoſitores præ cæteris eligere, ac petere ſibi debeãt ſtudioſi, indicatque exemplo Alciati, conſulentis id ſimile iuris prudentiæ ſtudioſis, quod hi ſint cæteris præferendi.

Expoſitores legẽdi, & eligendi ſuper ſacram ſcripturam.

Hiſtoriam Hebrais, & Gracis fontibus hauſtam
Hieronymo diſcas Duce.
Allegorias Anagogenque recludent
Origenes, Ambroſius.
Exponent ſenſus, formandis moribus aptos
Chriſoſtomus, Gregorius,
In dubijs alteque locis caligine merſis
Aurelius lucem refert.
At breuis, facilis non eſt ſpernenda tyroni
Lyrenſis expoſitio.

Hactenus de Lyrano Sixtus, qui & ſi neceſſariam eſſe Lyrani poſtillam tyronibus aſſerat, tamen idoneam omnibus extare, iam experientia conſtat. Lyra ſiquidem Lyrani ſonat cum Hieronymo hiſtoriam, hebræis, & Græcis hauſtam fontibus, & eo vel maximè, quia Lyranus fuerat natione hebræus, & profeſſione Rabbi doctiſſimus, & linguarum caldaicè, Syriacæ, Grecæ optimè gnarus. In Lyrica Lyrani harmonia tot chordis dulciter reſonat, quot loquitur poſtillis. Audiuntur per allegorias etiam, ac Anagogen Origenes, & Ambroſius, per moralem ſenſum Chriſoſtomus, & Gregorius, & per claras ad dubia ſolutiones Aurelius Auguſtinus.

Quam harmonica Lyrani Lyra concordans cũ primis ſcript. Patribus, & Doctoribus,

FR.

FR. PETRVS MONGIOIVS GALATINVS.

Scholæ ſuæ in Theologia Polimitis contra Iudæos auctor, ac Magiſter; & in tribus linguis ſingularis D. Hieronymi æmulus & imitator.

I IN indiculis Cardinalis Bellarmini, ſupra memoratis, nulla mentio de illis ſcriptoribus, qui aduerſus hebræos dimicarant, quemadmodum nec aliqualis mentio de noſtro Galatino in eo libro de ſcriptoribus Eccleſiaſt. Et certè mirum eſt, quod eum obliuioni mandauerit: At ſufficiat nobis Vadinghi calamus, è cuius locuplete ſcriptitatione Hierarchia Franciſcana in omnibus, Monarchia verò Eccleſiaſtica in non paucis ditiſſima.

Mentio nulla de Galatino apud Bellarm.

II Petrus Galatinus Apulus Prouinciæ S. Nicolai Regul. Obſeruantiæ Miniſter, vir Græcæ, Hebraicæ, Caldaicæ, & Latinæ linguæ perquàm peritus; Philoſophiæ, & Theologiæ profeſſor. L. Puccio Sanctorum quatuor coronatorum Cardinali familiaris, Pænitentiarius Apoſtolicus, cum Ioannis Capnionis Maximiliani Imper. Conſiliarij operibus contra Iudæos ſcriptis quidam detraherent, prædictorum Cardinalis, & Imperatoris hortatibus, & Leonis x. nutu Capnionis ſuſcepit defenſionem. Scripſit itaque.

Peritia linguarum in Galatino, ac officia, & doctrina.

Deffenſor Capnionis.

III *De arcanis catholicæ veritatis*, opus per quam vtile Reipublicæ Chriſtianæ, ſummopere commendatum, ex Talmud, aliiſque libris hebraicis excerptum, Maximiliano Imperatori dicatum, Barij ſcriptum, Orthone maris impreſſum per Hironymum Suncinum ann. 1518. Poſſeuinus monet, quod huius libri pleraque plenè omnia, præter Cabbaliſtica legebantur in *Victoria* Porcheti. Porchetus porrò hic ex familia ſeluaticorum, Genuenſis Ordin. Cartuſiani ſcripſit librum contra Hebræos, quem prænotauit *victoriam*, & Auguſtinus Iuſtinianus Ord. Prædicatorum Epiſcopus Nebienſis, edi curauit Pariſiis anno 1520. biennio poſtquam prodijt opus Galatini. At qui in hac Porcheti *Victoria* habentur etiam Thalmudica, & Cabaliſtica frequentiſſimè, quin & hæc etiam materiamque ſui compilãdi libelli ſe accepiſſe à Raymundo Martino Catalano Ord. Prædicatorum, qui intima quæque Hebræorum penetralia veſtigauit, fatetur Porchetus in ſui libri præfatione. Quo autem tempore floruerit Porchetus neque Iuſtinianus, qui opus edidit, neque Poſſeuinus, qui Scriptores Eccleſiaſticos recenſuit, neque Theodorus Petreius, qui Bibliothecam Cartuſianam edidit, enarrant. Raymundi etiam ætas à Poſſeuino & Antonio Senenſi tacetur. Quis, quid, & à quo acceperit, prorſus

Opus de Arcanis Cathol. Verit.

Error nõnullorum de autore operis Galatini de Arcanis.

Ab alijs accepiſſe opus ſuum in maiori parte Galatinum nõ eſt veriſimile.

ſus incompettum. Et quidem Galatinum verſatiſſimum in Hebraico, & Caldaico idiomate, hebræorumque libris, & Arcanis fuiſſe, vniuerſa eius opera teſtantur, atque ex ipſis fontibus ad conuincendos hebræos doctrinam haurire potuiſſe, eius ingenium, ſingularisque in huiuſmodi rebus peritia facilè perſuadebunt.

IV Scio, Sixtum Senenſem lib. 2. Biblioth. ſanctæ pag. 194. acriter inuehi in Galatinum noſtrum, opus ab eo de Arcanis vanè aſſumptum, & elaboratum exiſtimantem; veluti in fauorem Talmudiſtarum illud auctor aſſumpſerit, & elaborauerit. Verum ſi melius auertiſſet Xixtus Galatinum cap. 7. lib.1. fol. 22. multò antè obiectionem ſuam præuidiſſe, ac diluiſſe, non ita laboraret, vt opus tam egregium veluti rem leuem, ac protinus inutilem comtemneret. *Argumentum*, quod nuncupant *ad hominem* Dialectici, nonnè potentius, & validius eſt ad totalem aduerſariorum expugnationem? armis ſuis hoſtem vincere, nonnè victoria inſignior, triumphus eminentior eſt? Et quomodo poſſumus nos melius Iudæorum perfidiam conuincere, quam Talmudicidis locis, vbi ex recentiorium Rabinorum corruptelis, & maculis, tota illorum pendet phrænesis, ac durities? Quotquot dimicarunt in Hæreſiarchas, equidem ex deprauato, ac deuaſtato ab iiſdem Codice Biblico validiſſima argumēta deſūpſerunt, imò & ex ipſis eorū argumentis vſi ſunt, in eos conuincendos. Verum quia ſuper hac re alibi Italicè ſcripſi pro Galatino Apologeticè, nunc ad eius opera plurima, pro quibus circa diſtinctiorem notitiam remicto lectorem ad Vadingum citatū. Scripſit ergo Galatinus præter volumen de Arcanis catholicæ veritatis.

Defenditur opus Galatini de arcanis.

Hoſtiū armis hoſtes vincere victoria celebrior eſt.

V *Opus inſigne de Theologia*, in quinque partes diſtinctum cum ſuis ſubdiuiſionibus. Habentur etiam in initio cuiuſcumque partis indices capitum, quæ ſub vnoquoque libro continentur. Prima pars, Paulo III. Pontifici maximo dicata ſex continet libros; ſex itidem & 2. Rodulpho Pio Cardinali Carpenſi nuncupati 3. pars, quam nulli dicauit, ſicuti neque reliquas ſequentes 4. coſtat libris 4. pars diuiditur in tres tractatus, & ſinguli tractatus ſubdiuidūtur in varios libros. 5. diuiſa eſt in libros 13. ſummam hanc nō abſoluit, morte præuentus, eam namque vti ipſe epiſtola nuncupatoria 2. partis ad Cardinalem Carpenſem refert, in decrepita ſcripſit ætate.

Scripta Galatini ex indice Vadinghi.

Quare *de Sacramentis*, *de Viſione Beatifica*, *de Quatuor nouiſſimis*, aliiſque, quæ dicenda propoſuit, nihil ſcriptum reliquit.

Alia egregia opera ſcripſiſſe Galatinum idem Vadingus teſtatur, & ea recenſet loco cit. ſcilicet.

Commentaria luculentiſſima in Apocalypſim, Carlo V. dicata.

Citat iſta commētaria in epiſt. dedicatoria 1. partis veræ Theo-

Commentaria in Apocal valde luculēta.

logiæ ad Paulum III. In epiſt. autem nuncupatoria horum commentariorum valdè laudat Cardinalem Quinnonium tit. S. Crucis Preſbiterum ex Minoribus aſſumptum.

Opus ſingulare *de Eccleſiæ Catholicæ inſtitutione, deformatione, & reformatione in 4. volumina diſtributum.*

Tractatus *de recta Sac. Scripturæ interpretatione* dictus *Hoſtium apertum.*

Tractatus alter *de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento*, quem anno 1532. Franciſco de Angelis, ſiue Quinnonio Cardinali prædicto dedicauerat, ſcripſit Galatinus & octo alia opuſcula.

1 Opuſculum *de Anima intellectiua ad Cardinalem Rodulphum Pium Carpenſem.*

2 *De Homine ad eumdem Cardinalem.*

De VII. Eccleſ. temp. & ſtatibus.

De Septem Eccleſiæ temporibus, & Statibus ad Cardinalem Quinnonium.

4 *De Cognoſcendis peſtilentibus hominibus*, ea potiſſimum tempeſtate regnantibus, deque refellendis eorum verſutijs ad Andreã de Valle tit. S. Priſcæ Presb. Cardin. Ordin. Minorum Protectorem.

5 *De Angelico Paſtore.*

6 Continet *expoſitionem cuiuſdam Vaticinij Romani ſuboſcuri.*

7 *De Vaticinijs Methodij, S. Cataldi, & B. Cyrilli*, conſtat ex præfatione ſexti opuſculi.

8 *De optimi Principis diademate*, ad Ferdinandum Regem Catholicum, cui illud ſua manu tradidiſſe in aduentu Regis ad Regnum Neapolitanum, ipſe recenſet in epiſt. nuncupatoria expoſitionis ad Apocalypſim Caroli V. Ferdinandi nepoti directa.

VI Duo hæc poſteriora Opuſcula (ait Vadingus) videre non potui: reliqua omnia habeo manuſcripta diligenter à me in noſtro Archiuio aſſeruata, olim mihi tradita à Laurentio Mongioio

Laurentius Mongioius Petri Galatini pronepos.

Galatino Archiepiſc. Lancianenſi mox Epicopo Puteolano, huius noſtri Petri pronepote. Autographum habetur in Bibliotheca Vaticana ex quo iſta omnia curauit tranſcribi Mongioius anno 1610. Pauli V. permiſſu. Ea ſi Deus vitam & opem largiri dignabitur, aliquando dabimus in lucem additis quibuſdam in locis notis neceſſariis. Non omnibus omnia placebunt. Multa habet de Thalmudicis Commentis, aliqua de arte Cabaliſtica, plurima de Paſtore Angelico ab Amadeo Hiſpano, cui fortaſſis plus æquo tribuit ex certa, & aliquanto liberius in deformatos Eccleſiaſticorum mores inuehitur.

VII De Terra, *S. Petrus Galatina* nuncupata, parum diſtans à mea Patria, & de Galatino obiter pauca adnotaui in epiſtola ad Le-

Lectorem 1. volum. meo de rebus Auſtriacis ad Im pèr. Ferdin. III. Stirps Mongioia Galatini noſtri haud obſcura ibi eſt, ſed ciuilis, & patritia. Reſidentia Archiepiſcopi Hidruntini, & ſi non eo ſtabilita, tamen ferè aſſidua extat. Proceres ibi ſolent eſſe ingenioſi, Academicis inſtitutionibus aſſueti, literis humanis, & diuinis Latina lingua, & potiſſimum Græca imbuti, propter quod viros doctos admodum venerantur. Equidem expenſis minimè parcerent, ſunt enim valdè commodi & quadam genuina liberalitate, & ingenuitate ad facta egregia & hæroica inclinati, quotiens Collegium Hibernum reſolueret. opera Galatini typis dare. Gaudent plurimum, & quidem meritò de Cænobio noſtro, D. Catharinæ Virg. & Martiris dicato, quod ſplendidè edificari fecit Dominus Raimundus Bauci Vrſinus Princeps Tarenti, de quo ſuo loco Bibliotheca noſtra à Præfato Epiſcopo Mongioio erecta præcipua eſt. Meorum ſtudiorum tyrocinium ibi, vbi tandem totum curſum expleui, & Sacram Theologiam profeſſus ſum.

Patria Fr. Petri noſtri cõmendatur.

Cænobium D. Catarinæ apud Reformatos.

B. ÆGIDIVS DE CAPOTIIS ASSISIAS.

Tertius Hierarcha Franciſci ſocius, profeſſione laicus, Theologus Aſceticus, Deo plenus, & aurea Doctrina in peculiari ſchola præceptor & Magiſter.

I *SI ambulabam in vanitate, & feſtinabat in dolo pes meus; appendat me in ſtatera iuſta, & ſciat Deus ſimplicitatem meam* Iob. cap. 31. verſ. 6. Vbi noſter interpres de more ſuo lepidus Dom. 14. poſt Trinit. *Scire Dei dicitur ſcire nos facere. Statera nomine mediator Dei, & hominis deſignatur, in quo aqua lance merita noſtra penſantur, in cuius præceptis agnoſcimus, quia in noſtra vita minus habemus: Et eſt ſenſus, ſi qua vnquam leuiter, ſi qua pernicioſè perpetraui, appareat mediator, vt in eius vita cognoſcam, an ego veraciter ſimplex fuerim.* In huius apparitione ſtateræ Aegidius Aſſiſias Laicus, de quo omnes hiſtorici noſtri, & qui vnica vitæ contemplatiuæ Phænix, tanta cognitione de Deo, & de ſeipſo, & ſi vir ſimplex, ditatus fuit, vt meritò de ſe dici poſſint illa eadem verba, quæ cap. eodem verſ. 31. faſſus eſt Iob de ſe ipſo. *Librum ſcribat ipſe, qui iudicat, aut in humero meo portem illum, & circumdem illum quaſi coronam mihi.* De quo libro vide queſo eundem Interpretem noſtrum Antonium de Padua loc. cit. ad idem propoſitum.

Scire Dei apud ſtere religioſos.

II Sub præfata ergo ſtatera portans Iobi librum, veluti ſuæ ſcholæ coronam, eam Academiam aperuit vir iſte Seraphicus, idiota, & ſimplex (cuius miracula in vita, & poſt mortem apud

Symbolum ſiue ſtemma in 13. Aegidij ſchola.

Martyrolog. Franc. 23. Aprilis, & primò apud Vadingum in Annal. ad ann. 1226.) in quo ipſum, Deo plenum propoſuimus ex S. Doctore Bonauen. qui de eo ſic teſtatus eſt cap. 3. legendæ D. Franciſci, demonſtrans etiam præfatam ſtateram veluti eius ſtemma, ſeù ſcholæ ſymbolum ſub aliis verbis. *S. Pater Aegidius vir vtique fuit Deo plenus, & celebri memoria dignus. Hic etenim poſtmodum virtutum ſublimium exercitatione præclarus (ſicut famulus Domini Franciſcus de ipſo prædixit) quamquam eſſet idiota & ſimplex ad excelſæ contemplationis ſublimatus eſt verticem. Nam per multa curricula temporum ſuorum orationibus ſemper intentus, adeò crebris rapiebatur exceſſibus (quemadmodum & ego oculata fide conſpexi) vt magis cenſeretur inter homines vitam Angelicam agere, quam humanam &c.*

D. Bonau. de B. Aegidio.

III Innumeri Auctores ex noſtratibus, & plurimi & alieni ſcriptores eius facta, & dicta commemorant, & admirantur, inter quos D. Antoninus 3. p. Hiſt. tit. 24. c. 7. & ſect. 6. 11. & 12. Vide eos in Martyrol. Franc. 23. Aprilis. Audiamus modo Vading. in libro de Sripr. Franciſ. Aegidius Aſſiſias, tertius S. Franciſci diſcipulus, vir verè cæleſtis & cæleſti imbutus doctrina, ſpiritualia poſteris reliquit documenta, piaſque virtutum commendationes, has idem Vading. promiſit inter alia Minorum opuſcula in lucem emittere. Tãto erat in ſanctarum ſcripturarum lectione, & meditatione aſſiduus, tantopere profecit, vt omnia penè verba grauida viderentur, quæ comiter, & quodam cum lepore ſaluberrima promere ſolebat, omniaque ipſius dicta argutiſſima quædam apophtegmata dici poſſunt. Scripſit itaque.

Aſſiduus in SS. Script. lectione.

IV *De conſilijs animarum*. *De Fide, de Directione, de Humilitate, de Patientia, de Contemptu Mundi, de Caſtitate, de Tentatione, de Pœnitentia, de Scientia vtili & inutili, de Timore, de Oratione, de Verbis bonis, & non bonis, de Perſeuerantia, de Religione, de Obedientia, de Contemplatione, de Via ſalutis, & perfectionis, de Spirituali cautela & eius conſideratione, & de Verbi diuini Prædicatoribus*. Prodierunt aliquot eius opuſcula ſub titulo *Verba aurea* Antuerpiæ 1534. & alibi.

Eius ſcripta.

V Eius vitam mirabilem idem Vadingus in p. & 2. Annal. volumine deſcripſit, & ad ann. 1262. poſt annos quinquaginta duos ſanctiſſimè in Religione tranſactos dicit obiiſſe.

Eius obitus.

Ex aurea ſapientia huius ſcholæ contemplatiuorum Principis nonne aliquãdo & ipſius ſcholæ Seraphicus Præceptor Bonauentura cæleſtem doctrinam hauriebat? Ipſe namque Seraphicus Præceptor gratias Deo agebat, ſe in ea incidiſſe tempora, quibus ſanctiſſimum hunc fratrem Laicum Aegidium & videre, & & alloqui potuiſſet. Vide Piſanum ſup. Lib. 1. fruct. 8. par. 2. Marcum

cum *V*liſipponenſ. par.1. ſuper lib.7. cap.vlt. & alios.

VI Frequenter hic vir quantò humilior, ac ſimplicior, tantò doctior, & ſubtilior, repetebat illud, legens frequenter in libro ſuo, *Pariſius, Pariſius, quare deſtruis Ordinem S. Franciſci?* Sunt qui ſubſannent hæc, impunè denegantes ea eſſe ab ipſo viro Dei prolata, & audacter aſſerentes, non ita eſſe curanda, cum abſque malo gno, vel tenui fundamento dicta forent. Sed extitiſſe propria huius ſancti viri, & ſerui Chriſti verba, teſtantur plurimi, & maximè tres auctores, omni fide digni. Bartholomæus Piſanus lib.1.fruct.8, par. 2.cap.23. S.Antoninus ſuper cap.7.§.11. Marcus *V*lyſipp.par.1. ſuper lib.7.cap.*36*. Et quidem non abſque magna ratione tam crebrò illud dicterium in feruore ſpiritus proferebat, cum plurimorum Fratrum ſcientijs Lutetiæ operum nauantium ſpiritum cerneret inquietum; quippe qui in ſuis doctrinis, & ſtudiis cõfidentes, nihil boni, æquique conſulerent, quorum multa libenter vbique Dei verbum diſſeminabant, ſed propria ſalute neglecta, virtutis opera, perfectionis profectum, atque regularem obſeruantiam refugiebant. Qua de re Pelagius Aluarus noſter, Epiſcopus Syluenſis, Pontificis Ioan.xxII. defenſor acerrimus contra Ochamum, in quem ſcripſit per Apologiam lib.2.cap.*6.33 66*. & 78. de Planctu Eccleſiæ, quod opus meritò inſigne intitulat Bellarminus ad ann.1370 de ſcript Eccleſ. ſæcul.13. Repetat ergo Magiſter inclytus Aegidius *Pariſius Pariſius*, & hac repetita lectione magis confirmet (quotiens *ſcientia inflat, & refrigeſcit charitas multorum*) eam D. Auguſtini exclamationẽ ad Elipium ſodalem ſuum. *Quid patimur? Quid eſt hoc? Quid audiſti? ſurgunt indocti, & Cœlum rapiunt, & nos cum doctrinis noſtris ſine corde, ecce vbi volutamur in carne, & ſanguine.* *V*ide par.2.MS. noſtri Italici, vbi de Chriſtina, Regina Sueciæ, illuminata cap.3. propè finem.

Dicterium B. Agid. in ſcholaſticos Pariſinos, plus curioſitati, ac vanitati, quã veræ ſapientiæ applicatos.

Indocti Cælum rapiunt.

VII Ex ſchola Aegidii noſtri prodiere quamplurimi doctiſſimi viri Franciſcani, profeſſione laici, quorum anteſignani duo præcipui, alter ſtrenuitate apoſtolici zeli in fundanda Regularis Obſeruãtia, & hic B. Frater Paulus Trincis memoratus, alter verò ſupercæleſti doctrina, & humilitate, & hic S. Didacus Complutenſis, de quo iam diximus. Sed quod pluris eſt, plures ſcholaſtici Theologi omni ſcientia, ac doctrina excelſi, in ſchola B. Aegidii multa didicerunt, quæ antea ignorabant. Ipſe S. Ludouicus IX. Rex Franciæ ex Aſcetica B. Aegidii ſchola, viſitans eum Peruſii, dum Romæ peregrinaretur, breui ac ſine verbis illa arcana verba didicit, quæ non licuit homini loqui. Vide Vading.tom.1. ex quo ipſe volum.3. de rebus Auſtriacis, & alibi.

B.IA-

B. IACOBVS, ALIAS IACOPONVS DE BENEDICTIS, TVDERTINVS.

Profeſſione laicus, Vir doctus, & ſcholæ ſuæ Apoſtolicæ, neque ab aliјs Apoſtolicis Magiſtris hactenus excogitatæ, nouus, mirificuſque indagator.

Iacob idē ac Iacobus, & interpretatiuè ſupplantator.

I IAcob, idem & Iacobus, interpretatiuè verò, *Ecce carnis ſupplantatio, de quo Eſau Geneſ.27. Et ſupplantauit me altera vice;* ita Interpres noſter ſuper Geneſ. cap.28. *Vade & proficiſcere in Meſopotamiã Lyra;* præcepit Iacob filio ſuo Iſaac, vocans eum, & benedicens. *Prima ergo via* Iacob (idem auctor ibidem) *fuit de Berſabeæ in Luzam, quando miſit eum pater ſuus in Meſopotamiam. In hac poſt Solis occaſum dormiuit ſuper lapidem, & vidit ſcalam, &c. Hæc ſignificat animæ profectum in ſpiritu timoris, quæ prima via eſt venientibus ad Deum. Pſal.* 110. *Initium ſapientiæ timor Domini. In hac manſione quieſcendum eſt, ac manendum. Eſto in timore Dei tota die.* Prouer. 23. *alioquin viam Domini ire non potes. Viam pacis non agnouerunt, non eſt timor Dei ante oculos eorum.* Pſal.13.

Iacoponus ex doctrina D. Antonii.

II In hac D. Antonij doctrina Iacobum noſtrum, qui ex contemptu Iacoponus vocari maluit, veluti in quodam ſpeculo intuemur. Etenim in eius conuerſione admiranda, de qua apud chronicon Ordinis, & apud alios hiſtoricos multos, quos citat Vading. tom.1. Annal. ad ann.1216. §.11. longo itinere (ierat enim antea in regionem longinquam ſæculi vanitatum, vnde plurimum ſe à Deo elongauerat) à mundo ad mundi Saluatorem reuerſus eſt. Spretaque humana ſapientia, literarumque peritia, qua præditus erat, iam iuris prudentiæ egregius profeſſor adeò in via ſpiritu timoris Dei quieuit, vt mereretur videre mirabilem ſcalam à terra ad cælum pertingentem, ſcilicet Fratrum Minorum Religionem, quam ſub typo ſcalæ Iacob ad finem huius Hierarchiæ per ſuos gradus dabimus.

Iacoponi ſchola nondū ab aliis excogitata.

III Quieuit mirabiliter in hoc Domini timore, & adinuenit principium ſapientiæ cæleſtis nouo quodam modo, ita inſueto, & nondum in Eccleſia practicato, vt ipſe nouam quamdam ſcholam viris incipientibus, proficientibus, & perfectis aperuerit.

B. Iacobus Tudertinus, ſupplantator magnanimus nomine, re, & dum ex contemptu Iacoponus vult vocari, fit magnus ſupplantator. Supplantauit quidem illud plus ſapere, quod exprobrauit Apoſtolus, & ad illud ſapere peruenit, per quod in apoſtolatu Seraphico nouum ſapere adinuenit. Intellexit ſtatim in ſua no-

noua mutatione (qua in inuentam ignominiam Crucis nobilitatis, tam generis, quam eruditionis gloriam commutauit) illud Bernardi apud Doctorem noſtrum ſer. in Cœna Domini, vbi de multiplici ſapientiæ pane ex Hugone. *Poteſtatis ambitio Angelum ſocietate priuauit Angelica, ſcientiæ appetitus hominem immortalitatis ſpoliauit gloria*. Hoc intellecto, D. Gregorij conſilio adhærere voluit, inquit enim Gregorius teſte eodem Doctore noſtro ibidem: *Si quis autem vellet perfectè ſapere per ſanctam ſcientiam faciat qua non eſt occaſio ſuperbiæ, & ruinæ, imò potius eſt via, & regula perfectæ iuſtitiæ volenti ſecundum illam viuere*. Iſtam ſanctam ſcientiam amplexus eſt Iacoponus, euadens nouus in ea Magiſter, nouamque per eam aperiens ſcholam, à nemine antea excogitatam. In tali ſchola ipſe cæpit facere, & docere, ac veluti Magiſter, & Scriptor, & Doctor inter Scriptores Franciſcanos ab hiſtoricis noſtris collocatus. In ea nouum ſapere adinuenit, docuitque.

IV Audiamus Vadingum. Beatus Iacobus de Benedictis ob mirabilem ſui contemptum dictus *Iacoponus* nobilis Tudertinus mirabiliter ad Deum conuerſus, mirabilem vixit vitam, veram reputans ſapientiam, pro Chriſto ſtultus haberi. Ante Pontificatum Bonifacio VIII. familiaris, ad ſupremam hanc dignitatem euectum offendit, quod liberius aliqua eius facta redargueric, vnde coniectus eſt in carcerem in Vrbe Præneſtina, ſed & ille etiam Bonifacio prophetauit carcerem, & captionem à Gallis. Mira dixit, fecit, & ſcripſit.

Rhytmos, & poemata multa lingua rudi Etruſca mixti, craſſioribus verbis Tudertinis, Calabris, Siculis, Neapolitanis, vilem veſtem tum in corpore, tum in carmine affectans, compoſuit, quæ libris ſeptem diſtinxit, & notis illuſtrauit Franciſcus Freſatus Minorita. Prodierunt Romæ anno 1558. deinde auctiora. Venet. in 4. ann. 1617. Scripta Iacoponi.

Habetur in Bibliotheca Vaticana *Prophetia Fratris Iacoponi* edita anno 1350.

Canticum de contemptu Mundi ſatis tritum, & commendatum, cui initium, *Cur Mundus militat ſub vana gloria*.

Rhytmum ad B. Virginem Mariam ſub Cruce in Chriſti paſſione ſtantem, qui incipit, *Stabat Mater doloroſa*, circumfertur in libello Officij Beatiſſimæ Virginis. Stabat Mater doloroſa ab ipſo edita.

Sententias, & monita ſalutaria, quæ multi collegerunt, cultiori vero præ reliquis ſtylo Matthæus Raderus in Viridario Sanctorum, quorum priora ſunt hæc.

Quomodo homo poteſt ſcire, quod eſt in charitate? Quomodo homo peruenit ad ſui contemptum? De triplici ſtatu animæ. De quatuor pugnis animæ. De refrenatione ſenſuum. De ſtudio ani-

mæ ad virtutes. De quæſtione inter rationem, & conſcientiam. De quinque ſcutis patientiæ. Epiſtolas item plures, & poemata plena ingentis animi.

Obitus Iacoponi.

V Obijt ſub ann. 1306. ipſa Natiuitatis Dominicæ nocte, ſepultuſque eſt Tuderti in Monaſterio Clariſſarum Montis Sancti in magna veneratione, adiecto hoc Epitaphio.

Noua ſchola Iacoponi ex iſto Epitaph. liquet.

Oſſa B. Iacoponi de Benedictis,
Tudertini, Fr. Ordinis Minorum.
Qui ſtultus propter Chriſtum
Noua mundum arte deluſit,
Et Cælum rapuit.
Obdormiuit in Domino
Die xxv. Decembris. Anno
MCCC VI.

Ita quidem corrigendum Epitaphium, quod in anno, & die mortis errat, vti alias monuit idem Vading. tom. 3. annal.

Mors huius ſerui Dei admiranda, ac noua.

VI Obdormitio B. Iacoponi, doctrina ſingulari præditi, & nouæ ſcholæ in ſapientia Dei fundatoris, contigit in ſolemnitate Natalis Chriſti. At ſicut modus inſtituendi propriam ſcholam nouus fuerat, & præter morem aliorum apoſtolicorum Magiſtrorum; ita pariter & nouo mortis genere extinctus eſt. Quandoquidem audiens in Choro intonari *Gloria in excelſis Deo* ex memoria melliſluæ Natiuitatis Chriſti de Virgine, & præ nimia dulcedine ſciſſum eſt cor eius, & plenus iubilo, ac ſuauitate migrauit ad Dominum. Vide Bernardinum de Buſtis ſup. ſer. 2. p. 2. apud Martyrol. Franciſc. die 25. Decemb. Oſſa Iacoponi decentius poſuit Angelus Cęſius Epiſcopus Tudertinus 52. teſte Vghello tom. 1. part. 2. Italiæ ſacræ in Epicopis Tudertinis.

Monitũ pro Theologis noſtris, iubilatione gaudẽtibus.

VII Scindant ergo noſtri Theologi, ac Lectores pectora, & corda, non in ea iubilatione, qua pleni tumore, & vacui charitate vaniſſimè gaudent, & ad quam ambitioſè aſpirant; ſed in ea, qua Iacoponus noſter ad eorum pernicioſæ ſapientiæ confuſionẽ ſapidum panem ſapientialem guſtare ſtuduit, & in doctrina Seraphica peregrina dogmata adinuenire.

VIII O quot inſignes Iacobi, & Iacopones, alij nomine, & re, alij etſi nequaquam nomine, ſed dictis, & factis, & ipſi profeſſione laici, rudes, indocti, ſimplices, humiles, eximij ſupplantatores extitere, in ſchola Iacoponi edocti ad ſtuporem. Duo floruerunt,

& adhuc

& adhuc mirabiles florent in Prouincia mea Reformata S. Nicolai de Bario, alter nomine, & geſtis Iacobus, alter geſtis tantum, ſed nomine Sylueſter, cuius proceſſus de eius miraculis ipſe Romæ exportaui anno 1639.in Capitulo Generali Aracælitano. De primo in Conuentu Vrbis Bitecti ita Gonzaga par. 2. In Conuentu S Franciſci Bitecti Prou.9. *Viam vniuerſæ carnis ingreſſus, honeſtã hoc in loco ſepulturam nactus eſt B.F.Iacobus natione Illyricus, ac profeſſione laicus, qui proculdubio viuens ſanctiſſimis moribus,omnique virtutum genere præditus, & mortuus, innumeris claruit, claretque miraculis, cuius venerabile corpus, licet ad centum annis exanime, integrum adhuc imputre, atque incorruptum omninò perſeuerat, prout omnibus ipſum venerationis gratia accedentibus inconfeſſo eſt.* Vide Martyrol. Franc.27. Aprilis fol.185. Vading. tom.5.ad ann.1432.num.28.

B. Iacobus de Bitecto.

IX. De poſteriori, cui Patria Cupertini ſub Diœceſi Neritonenſi, cuius ſtirps ex nobilibus eiuſdem Oppidi illud tradere poſſem, quod partim in mea adoleſcentia vidi, partim verò à Patribus Reformatis audiui. Obijt in Conuentu S.Mariæ Caſularum eiuſdem Terræ, ſed extra per duo milliaria. Ibi reformatum habitum ipſe aſſumpſi, ibiq; adhuc ſeruus Dei Sylueſter quàmplurimis claret miraculis, & eius corpus incorruptum ſeruatur. Sed ante hoſce duos,& poſt Iacobum Bitectenſem,obijt ſanctiſſimam mortem B.Fr.Ioannes de Penna laicus, vir vtique, ait Gonzaga, cui ſtatus dum viueret zelantiſſimus, qui prophetico ſpiritu afflatus plurima prædixit. Requieſcit in Conuentu S. Mariæ Angelorum Caſſani Barenſis Diœceſis, vbi ortum habuit ſocius meus P.Theodorus, Concionator,Lector, ac ſtudiorum meorum, & in hoc potiſſimum conſcribendo libro,aſſiduus adiutor.

Seruus Dei Fr.Silueſt. de Cupertino.

B.Ioannes de Penna in Cõuentu Caſſanenſi.

DISTINCTIO IV.

Confeſſores Ordinis Minorum, alij viri docti, alij Fratres ſimplices, ac profeſſione Laici, & in Cathalogo Beatorum à Sede Apoſtolica conſcripti.

I ALIS ſex Seraphim Chriſti, quinque plagis Seraphicum virum Franciſcum decorantis, ſexque pennis, ſtemma Franciſcanum detegentibus, reſpondent adhuc totidem Confeſſores ab Eccleſia beatificati. Prior eſt Confeſſor, & Pontifex, tres Confeſſores, Doctores, & Scriptores; quorum duos peperit Regularis Obſeruantia, tertium Reformatio Diſcalceatorum. Quintum iterum

rum Obſeruantia, ſextum Ordo Capuccinorum. Hi poſtremi Confeſſores, ſanctitate celebres, etſi profeſſione laici.

I.
B. BENVENVTVS.

II Patria Anconitanus, & Auximanus Epiſcopus, anno Domini 1263. ab Vrbano IV. creatus. Ante admiſſam dignitatem vota emiſit Fratrum Minorum, & deinceps perpetuò eorundem veſtem palàm geſtauit, quam adhuc videre eſt inter ſacras reliquias Eccleſiæ Auxicanæ. Sanctiſſimè obiit die 22. Martii 1276. ob eius crebra miracula Martinus IV. cælitum numero adſcripſit. Vide Martyrol. Franc. 12. Kal. Aprilis.

A Martino IV. inter Diuos adſcriptus.

II.
B. IOANNES CAPISTRANVS.

III S. Bernardini diſcipulus, ac defenſor, nobilique origine Gallus, vt verius puto ex Chronica 3. par. quam ſequitur Martyrolog. Franc. contra Henricum Sedulium, & Vadingum eius ſectatorem, qui Germanum ſanguine Capiſtranum faciunt, ortumque, aiunt, à quodam Heroe, ſcilicet à parente illuſtri, vel ita perſonali nomine appellato, vel tantum virtute, & actionibus militaribus heroico, qui vna cum Andium Ducem in Neapolitanum Regnum profectus, illic vxorem duxit. Nonnulli Scriptores Italici Parentem Capiſtrani *Heram* nuncupant, quod nomen nõdum apud alios reperi. Itaque Ioannes noſter peculiari gratia Dei ab ortu vſque ad obitum protectus. Patria fuit Italus, ac Sannita, natus Capiſtrani 1388. in die S. Ioannis Baptiſtæ ſub Vrbano VI Vir quidem in omnibus magnus, & prodigioſus: quatuorque Romanorum Pontificum Legatus Apoſtolicus, ac ſacræ, & vniuerſalis Inquiſitionis Commiſſarius Generalis.

Capiſtrano origine Gallus ex nobili genere.

Capiſtr. vir in omnibus magnus. Eius Legationes Apoſtol.

IV. Miro modo fuit Frater Minor anno 1414. cum eſſet annorum 30. Diuinis humaniſque literis egregiè eruditus (Bellarminus enumerat ipſum in indice Theologorum Scholaſticorum poſt Auguſtinum de Roma, & ante Ioanem Baſſolium) & concionatoris oneroſo honore actus, tanta in Eccleſia Chriſti prudentia, ac virtute præfulſit, vt Vicarium Generalem familiæ Vltramontanæ Patrum Obſeru. ſit electus anno 1443. & ad idem munus iterum aſſumptus anno 1449. ortum eius, vitam, geſta prodigijs plenam, mortemque per 4.5. & 6. tomum Annal. Vading. diſtribuit. Innumeri Scriptores de B. Capiſtrano apud ipſum, & Martyrol. Franc. ſimiliter die 23. Octobris. Pretioſa morte obdormiuit in Domino 1456. ſub Calliſto III. in Vacorio Ciuitate vulgò Vilacha in Hungaria Diœceſis QuinquEcclienſis, tumulatuſque eſt in Clau-

Eius eruditio, ac ſapientia.

Officia in Ordine.

Locus eius obitus, ac ſepulturæ, eiuſque ætas.

ſtro

ſtro B. *Virginis* apud Minores, anno ætatis ſuæ 71. obiitque. Eius tumuli Epitaphium.

Hic tumulus ſeruat præclara laude Ioannem
Gente Capiſtrana: fidei defenſor, & auctor
Eccleſiæ tutor, Chriſti tuba tum Ordinis ardens
Fautor, in Orbe decus: tum veri cultor, & æqui
Et vitæ ſpeculum, doctrinæ maximus index.
Laudibus innumeris iam poſſidet aſtra Beatus
Vixit annos xxxci. *menſ.*iij. *dies* xxij.

Epitaph. ſepulchralis.

V Greg.xv.miraculis,& meritis erga Sede Apoſt. celeberrimū, extendens,& amplians conceſſionem Leon.x.Beatorum adſcripſit Catalogo die 23.Octob.ſed decretum fuit Neap. publicatum 1626. ſub *V*rb.viii.Factis eius præclaris, vitæque ſanctimoniæ, doctrinæ etiam acceſſit eminentia. Theologiæ & Iuris vtriuſque verſatus ad miraculum propter incorruptam vitam in adminiſtratione iuſtitiæ. Multa ſcripſit, in quibus prudentia in rebus decernendis,& ſapientia in elucidandis vtrinque elucent. Operum Cathalogus apud *V*adingum de Scriptor.Franc.vbi etiam opera ſpuria, & conficta ab inſigni mendaciorum Alphonſo Ciccarello, qui ſub Gregor.xiii. tot impoſturas, & fraudes, quibus hiſtoriam omnem v tiabat, fidemque bonorum ſcriptorum eneruabat, pœna luit capitali: de eo prudens, & docta prodiit anno 1642.eruditiſſimi viri *L*eonis Alaſii animaduerſio.

In Theologia & iuris prudentia admirandus.

Eius opera tam legitima quam ſpuria.

VI Cauſa tanti viri, ſanctitate, ſapientia, ſigniſque famoſus in ſacra Rota pro eius canonizatione, quam preſtò eſequi ſperamus ſimul cum canonizatione B.Petri de Alcantara, quæ eſt iam in decretis. Hac de re præſens inſcriptio anno præterito à me effecta, atq; moderno Pontifici, B.Capiſtrano admodum deuoto,directa.

IDEA B. IOANNIS DE CAPISTRANO
Per quem ore omnium, omnium calamo
Hæc decantata Panegyris.

Panegyris de Capiſtrano ex Vading.

Inclyta Cœli Proles. Immenſum Italiæ decus. Clariſsimum noſtri ſæculi Sydus. Hungarorum felix robur, & gaudium. Magna Ordinis Minorum gloria. Turcharum terror. Inuictus Pugil, & Murus Chriſtianorum.

Gentilitia Chiſia.

Ad regnantem in Sacerdotali Chriſti Vicarij ſolio
Monarcham.

Robore, Montibus, Aſtro altiſsima ſigna ferentem,
Quorum eſt exemplo trina Tyara Petri.
Stella Capiſtranus ſex Montes aſpicit, vnde
Robore cæleſti regna beata petit.
Symbola, ſigna, ſophos, ſudor, ſerta, atque Senatus
Ipſo ad Alexandrum vis, meliora petens.

Origo Capiſtrani, natio, profeſſio.

B. IOANNES CAPISTRANVS

Origine Gallus, alijs mendosè Germanus Natione Italus.
Profeſsione Franciſcanus,
Magnus in Hierarchia Franciſcana, & Eccleſiaſtica
Monarchia extitit Minorita.
Sanguine, & Sobole clarus.
Doctrina, & eloquentia clarior.

Heros ter maximus Nobilitate, Pietate, ac Doctrina.

Pietate, & Prædicatione clariſsimus.
Ex nobili editus Heroe,
Heros ter maximus extitit.
Natus Deo. Datus à Deo pro Deo

Item quia Ciuitas munita murus æreus columna ferrea.

In Ciuitatem munitam
Contra circumſeſſas Diaboli munitiones.
In Murum æneum
Contra indefeſſas Mundi irruptiones.
In Columnam Ferream;
Columnæ Romanæ, aureo diademate redimitæ
Haud caſurum fulcimentum ferentem,
Contra conſiſtentem carnis feritatem,
Ipſe conſtans noſtri Ordinis Reformatór.
REPARATOR.
Obſeruantiam Seraphicam

Eius opera pro obſeruātia S. Franc.

Ampliſsimum Pietatis, ac Sanctitatis Seminarium
Propugnauit. Prouexit. Propagauit.
Nullus inter plurimos, nec ipſo conuerſatione
GRATIOR.

Nec

Nec regimine placidior.
Romanæ Curiæ nullus acceptior ipſo.
Nullus ipſo codice Biblico, ac vtroque iure verſatior.
Memoria felicior.
Cæleſti ſapientia copioſior.
Corporeis laboribus expeditior.
In Dei hoſtes, integręque credulitatis aduerſarios
Quis vnquam ipſo magnanimior?
Quis vnquam ipſo
Pro Chriſtianæ Reipublicę accrementis vtilior?
Pro animarum ſalute ardentior?
Pro effundendo amore Chriſti ſanguine auidior?
Ipſe ceu alter
Euangelicæ Veritatis Paulus
Vas Electionis
Portans Nomen Ieſu;
Pro Nomine Ieſu
Venit. Propulſans terreſtria.
Vidit. Promouens cæleſtia.
Vicit. Proſternens infernalia,
Preconemque ſuum. Præceptorem ſuum
Reddidit Libertati.
Sic dignum ſibi, ac promeritum
Tota Roma Theatrum. Currus. Capitolium.
Sic Vrbs tota cum Orbe toto
Obſtupeſcens ſibi ſpectatrix.
Ipſe tamen ſolus in capite Orbis Roma
Inſolitum totius Vrbis, & Orbis ſpectaculum.
Pro quatuor Romanis Pontificibus
MARTINO V.
Cuius Coronæ, ſiue eius capiti genitæ,
Siue eius Columnę genuinæ,
Splendorem, vnquam perturbandum, contulit.
EVGENIO IV. NICOLAO V. CALISTO III.
Apoſtolicus Legatus.

Eius dotes ſingulares

Vis, & animus in Dei hoſtes;

Animarum zelus.
Amor ad martyrium.

Strenuitas pro liberãdo Magiſtro ſuo D. Bernardino.

Dignũ vrbis, & orbis ſpectaculum.

Quatuor Põtif. Legatus Apoſtol.

Regijs

Regijs Natalibus D.Caſimiri auſpicatiſſimus,
Quinimò & Propheticus.
Principibus, Regibus, Cæſaribus,
Primatibus Eccleſiæ,
Deipara ſibi propitię
Ipſis exoptantibus, exorantibus deſtinatus.
Cæleſti poculo, cratere aureo à Deipara ſibi porrecto
Recreatus. Roboratus.
Ac ſupra hominem reſtitutus;
Sub eius vexillo Cruce rubea iu campo albo
Paucus miles, quin & veluti muſca in Elephantum,
De immenſa Turcarum colluuie,
Othomanam edomans tyrannidem;
Cælitus triumphauit.
Profligat Turcas.
Ethnicam ſuperſtitionem, Iudaicam, Hæreticamque
Extirpauit peruicaciam.
Inquiſitor Generalis.
Eoque magis ſacras Mitras coluit ingenuus,
Quò magis ſacras Mitras contempſit inuictus.
Fugit dignitates Epiſcopales.
Ipſe nouus Eccleſiæ reparandæ Apoſtolus,
Nouum Vniuerſi terrarum Orbis Miraculum,
Nouum totius Chriſtianitatis oraculum.
Nouum fidei orthodoxæ.
Sedis Apoſtolicæ propugnaculum.
Ac Sanctæ Romanæ Sedis Propugnaculum,
Cuilibet molimini inconcuſſum.
B E A T V S
Claret ſignis ac miraculis.
Probitate morum. Sanctitate vitæ. Claritate ſignorum.
Quę Conciſtorialis iam comprobauit auctoritas.
S A N C T V S
Eius canonizationi Rom. Pont. Alex. VII. inclinatus.
Nondum peracta in terris canonizatione,
Sed quamcitius peragenda.
Et à ſuprema, vt auſpicatur, Pòteſtate
Romani Pont.Opt.Maximi
A L E X A N D R I VII.
Cuius pia mens, ac deuota anima
Ad peregrina Capiſtrani prodigia amans intendit
Ad illuſtriora Capiſtrani incrementa ardens inhiat.
Ad memoranda Capiſtrani merita adorans inſpicit.

Tanto

Tanto & propitia Diſcipulo,
Quanto & eius propenſa Magiſtro.

B. IOANNIS FESTVM
Die xxiij. Octobris.

Eius feſtum.

Sollemniter celebrat Franciſcana Eccleſia omnis.

Scutum Seraph. Religionis.

Cuius ſunt duo Brachia, & his duo Corpora; Corpus
Hac vnum, vnum Cor, cui viget vnus Amor.
Septimum Alexandrum iſte ſuo trahit inde Ioanne,
Auſpicata hac res Vrbe, & in Orbe Petro.
Auſpicata quidem, nam Sanctum in honore Beatum,
Quem colit, hunc inhiat tradere iure citò.

III.

Religioſa coniunctio inter tres ſuos Minor. B Iacob. B. Ioan. de Cap. S. Bernardin. Sen.

I B. IACOBVS PICENVS, ſiue Marchianus, ſocius B. Ioannis de Capiſtrano, diſcipulus & ipſe S. Bernardini, ſanctitate, doctrina, prædicatione, legatione Apoſtolica, commiſſione Eccleſiaſtica, animarum fructu, itineribus, & laboribus, ſignis, & prodigijs, & ſpiritu prophetico, miraculis in vita, in morte, & poſt mortem, & cæteris omnibus, tam huic, quã illi compar, & æqualis. In his tribus veluti Apoſtolis Italis, ac Regularis Obſeruantiæ Alumnis cor vnum, anima vna, zelus vnus. Atque vna in propugnando, ac propagando in Franciſcana Hierarchia Reformationis Ordine ſtrenuitas, ac magnanimitas. Illa ſtabilientes, firmanteſque primordia, quæ feliciſſima habuerunt initia à B. Paulo Fulginas, vtraque ſtirpe, paterna, ſcilicet ac materna, illa de Trincis, hac Vrſina nobiliſſimo, vt in 4. facie, vbi de Vmbriæ regione explicabimus.

Natiu. B. Iacobi.

II Naſcitur B. Iacobus apud Montem Brandonem Agri Aſculani in Piceno anno 1391. ſub Bonifacio IX. die Dominica ſummo mane, qua de re vocatus in baptiſmate Dominicus. Fit Frater Minor in Regulari Obſeruantia anno 1415. annis 40. omnibus fere diebus ingenti animarum, etiam meretricum, hæreticorum, ſchiſmaticorum lucro, prædicauit. Ter in exteras regiones Commiſſarius Apoſtolicus ab Eugenio IV. Nicolao V. Calliſto III. miſſus. Quorum auctoritate ſumpta expeditione anno 1447. quam annis ferè 13. compleuit, Italiam, Galliam, Sclauoniam, Dalmatiam, Auſtriam, Hungariam, Poloniam, Bohemiam, Saxoniam, Pruſſiam, Ruſſiam, Daniam, Nouergiam, Phrygiam, Germaniam, Daciam, Boſnam, Croatiam, & alias oras ſabarum, lupinorum, her-

Eius in Regular. Obſer. & in tota Eccleſ. profectus, & fructus.

Itinera velut i Legatus Apoſtol.

herbarum radicibus ſola prouiſione contentus. Erat enim abſtinentiſſimus, carne perpetuò abſtinuit, pedes, & nudis pedibus tam amplas regiones peragrauit. Vnde verſus

Nec Geticos ſolum, aut Dacos, ſed Gallica regna,
Atque Liburnorum, Germanaſque, Illyricaſque
Diuino inflammat, glomeratas famine gentes,
Portentiſq; magnis, &c. cecinit Petrucius lib.2.ſub initio.

Inquiſitor Generalis cõtra ſectã Fraticellorum. Renunciat Arch. Mediolanenſi. Obitus, & ſepultura, & ætas.

III Romam reuerſus, Generalis Inquiſitor Apoſtolicus contra Fraticellos, alioſque hæreticos in Italia confirmatur à Calliſto III. prout à Nicolao v. iam antea fuerat inſtitutus. Honores ſibi à Sixto IV, oblatos, veluti Archiepiſcopatum Mediolanenſem inuicto animo recuſauit. Plenus dierum, & meritorum, ac perpetua virginitate decorus Neapoli (vbi eius incorruptum corpus, iam illius ſplendidæ Vrbis protector, & patronus deſignatus ab Vrbano VIII. qui eum in toto Ordine tandem beatificauit) claret miraculis, obijt 28. Nouembris anno 1476 ætatis ſuæ anno 85. ſub Innocentio VIII.

Clemens VII, ad inſtantiam Caroli V. ſcripſit Epiſcopis Aſculano, & Camerinenſi, vt de vita, & miraculis B. Iacobi proceſſus fierent, ſibique diligenter ſignificarent, quæ acta eſſent.

Debellat multos hæreticos

IV. De eo Vadingus in 5.6.& 7.tomo Ann. fusè, vbi demonſtrat verbis, & ſcriptis indefeſsè ipſum pugnaſſe contra hæreticos *Fraticellos* memoratos in Italia, contra Manichæos in Boſna, Croatia, Patarenos, & Arianos in Hungaria: & plurimas illorum inſidias, & moleſtias, ſuffultus auctoritate ſibi commiſſa Inquiſitoris Generalis contra hæreticam prauitatem, omnia ſuperaſſe, profligato ex multis locis hoc genimine viperarum. Multaſque tuliſſe ſuppetias Calliſto III. Pio, & Paulo Secundis contra Turcas cruciatam prædicantem per vniuerſam Italiam, vbique ſummoperè concupitum. Eius opera apud eundem Vading. de Script. Franc. interque præcipuum. *Tractatus ille de Sanguine Chriſti* contra eos, qui contendebant controuerſiam hanc olim ſub Clem. VI. fuiſſe deciſam, & ſententiam ſuæ opinionis contrariam fuiſſe proſcriptam,

Prædicat cruciatam cõtra Turcas.

Eius Opera.

B. PETRVS DE ALCANTARA

Reformatus Hiſpanus, ac Diſcalceatorum Reformatorum baſis Sanctus iam canonizatus in Decretis à moderno Pontifice Alexandro VII. anno præterito 1662.

I SVper hanc petram Petri de Alcantara viri ſanctiſſimi, & admirandæ pœnitentiæ (ab eo iam ardenter æmulata & propagata ſtrictiori obſeruantia) Reformatio noſtra *Eccleſiam ſuam ædifi-*

ædificauit, aduerſus quam *Portæ inferi* minimè præualeturas firmiter ſperatur.

Ortus, patria ſtirps, parentes B. Petri.

Naſcitur B. Petrus Norbæ Ceſareę, quæ Hiſpaniæ Ciuitas, atque Sacræ Alcantarenſis militiæ prima ſedes eſt anno 1499. ſub Alexādro VI. Eius ortus ingenuus, ac nobilis è Patre iuri conſulto Garauito, & Matre Maria Villela Senebrienſi ſanguine, ac Chriſtiana pietate illuſtribus, ſed ingenuior, ac nobilior haud pauca indicia ſuæ futuræ ſanctitatis proferens Annum 16. agens Franciſcanum inſtitutum ſuſcepit.

Fit Franciſcanus.

Eius virtutes ac dotes.

II Eius (vix ſuſcepto hoc inſtituto) auſteritas in edomando carnis impetu incredibilis. Eius puritas Angelica. Eius humilitas, per quam confeſſarium agere Caroli V. ac Ioannę Philippi II. Hiſpaniarum Regis ſororis renuit, ſumma, ac ſublimis. Si guardianatus munus, Diffinitoratus, Prouincialatus ſepè in Prouincia S. Gabrielis exercet, *Maior eſt omni laude*. Si in Cuſtodiam S. Ioſeph trāſit, ac plenitudine poteſtatis tā ſuperioris Generalis, quā Summi Pontificis Pauli IV. cuſtodiam ipſam in Prouinciam erigit anno 1561. eius animi fortitudo, & conſtantia in profligandis laboribus & oppoſitionibus equidem ſine exemplo.

Sub eius cura S. Mater Thereſia multum proficit.

III Felix planè S. Virgo Thereſia, ter profectò miſticè, ac dulciter *eſa* ſub cura ſpirituali B. Petri de Alcantara. *Eſa*, inquam, primò ab hominibus, quibus ſe ipſam adminiſtrauit ſuaui verbi Dei pabulo Ordinem Carmelitanum reformando, & ſuos Diſcalceatos fundando. *Eſa* mox ab Angelis, in hac Virgine, à Deo electi omne virtutum delectamentum reperientibus. *Eſa* denique à Deo ipſo inter Lilia eius puritatis delectato ac paſto. B. Petro conſcientiam D. Thereſæ ſcrutante, eam cæleſtibus conſiliis imbuente, eam in ſpiritu probante, ac eſſe verè Dei ſeruam ſub irrefragabili fide atteſtante ad egregia, & heroica facta, & maximè ad arduum opus de reformando S. Mariæ de Monte Carmelo ordine, animante, impellente, adiuuante, vt ipſa Sancta Mater teſtatur, illud granum ſinapis creuit in Proceriſſimam arborem, cuius a rei rami, aureis fructibus locupletes, per totum ferè terrarum orbem hodie cum maximo orbis Chriſtiani emolumento extenduntur.

Ordo Diſcalceat. Carm. ad ipſum multimodè refertur.

IV S. Matris Thereſiæ, B. Petri de Alcantara filiæ Religio in duas Congregationes, Hiſpanicam, & Italicam diuiſa, habenſque duos Generales ſexſennales, dum ad Ibericas plagas extenditur, tanta eſt eius amplitudo, quanta eſt in Italia Patrum Capuccinorum. Dum Italicum regimen complectitur, tot gaudet Prouinciis cum ſuis Miſſionibus, num. 13. Apoſtolorum æquantibus, quot ganiſa eſt olim in ſuo exordio Chriſtiana Eccleſia à 13. Perſonis fundata. Gaudet namque Ianuenſi Prouincia nouem Religioſorum Conuentus, & quatuor Monialium habente. Gaudet Prouincia

De Ordin. Carm. Diſcal. amplitudine, ac ſplendore.

Prou Italicæ.

Romana cum ſuis decem Religioſorum, quatuor verò Monialium Cœnobiis. Ibique potiſſimum nunc nouiter gaudet, vbi floridum S. Pancratij ſeminarium poſsidet, adeò feliciter (fauente, ac protegente Dom. Noſtro Alexand. VII.) erectum, adeòque proſperè demptis litibus inter Religionem, & Prouinciam Romanam, vt meritò, & acutè cecinerit Cicnus ille, & ſacer Cæſaris orator, & eiuſdem ſeminarii Prælector, cui nomen ex animi & doctrinæ nobilitate.

Gordius eſt nodus Pauli Conuentus in vrbe;
Soluit Alexander Pancratij gladio.

V Gaudet denique diſcalceata S. Thereſiæ Religio de cæteris, aliis II. Prouinciis cum earum vtriuſque ſexus Domibus, & ſedibus, nimirum Polonica, Lombardica, Lugdunenſi, Belgica, Neapolitana, Germanica, Sicula, Pariſienſi, Aquitanica, Hibernica, Pedemontana, Burgundica. Et eò maximè gaudet, quo in gloria B. Petri de Alcantara, à regnante Pontifice nunc magis aucta, auctam quoque ſuammet gloriam intuetur. Quemadmodum ingenti gaudio S. Mater Thereſa profuſa eſt, vbi eius Pater, & Magiſter obdormiens in Domino in Conuentu S. Andreæ de Monte Arenis anno 1562. ætatis ſuæ 63. ſub Pio IV. eius gloria ſibi reuelata eſt. Multis poſt obitum clarus B. Petrus miraculis Gregorius XV. anno 1622. eum beatificauit. Scripſit Hiſpanicè egregium libellum *de Oratione, & Meditatione* vbique receptiſsimum, & in omnes fermè linguas Europeas translatum. Illud ex Hiſpanico in Latinum tranſtulit Antonius DulKenius Cartuſianus. Prodijt Vlyſsippone anno 1560. Salamanticè 1578. Burgis apud Iunctas 1579. Cæſarauguſtæ apud Petrum Cal. 1623. & alibi multoties.

Gloria B. Petri in eius obitu S. Matri Thereſiæ reuelata.

IV Inſtante Philippo IV. Rege Catholico Hiſpaniorum, primaria ac ſolidiori noſtræ Hierarchiæ ſicut Monarchiæ Eccleſiaſticæ columna, iam decreuit anno præterito Pontifex modernus, B. Petri canonizationem, ſuper quam quæ rudi calamo breui exhibui, hic modo ſubiicio.

Ligamen Apoſtolicum.

Spiritu ſapientiæ fabrefactum
Pro Canonizatione B. Petri de Alcantara,
Inſtante Catholica Maieſtate.
Anno Dom. ac Pacis vniuerſę 1660. conciſtorialiter concluſa.
Inſignia Gentilitia Chiſiana,
Trino, ac Fauſto ſtęmmate diſterminata

omni

Omni Terrarum Orbi in Romano Pont. Opt. Max.

ALEXANDRO VII.

Summè Præſunt.

In ipſis ò quam frui cupis
Petrus Alcantara
Trium Dei lux.
Tranſpone literas haſce XXXXVIII. & hęc nomina
inuenies
Filippus Quartus Catolicus
Hiſpaniarum, & Indiarum Rex

Concordantia.

Montes, Stella, ac Robur iam Trinitatis imago,
Magnus Alexander qua rria Regna gerit
His *Petrus Alcantara*, *Dei lux* his quoque *in ipſo*
Illa *trium* ſupero, *quam cupis* Orbe *frui*.
Catolicuſque ſimul Rex Quartus iure Filippus
Cuius Amor Petro firma columna Petri eſt.

Tria regna ſunt regnum ſpiritualc, regnum temporale, regnum perſonale.

Oraculum Religionis.

Spiritu Intellectus Pronunciatum
Pro eadem Canonizatione
Quadiformi Veritati mirum in modum reſpondente.

BEATVS PETBVS DE ALCANTARA

Reformatus Minoritarum ex Excalceatis.

Autiſtęcon

Terra lętà Ros auxit, ac Vrbe Roma
Alexander Septimus
Sanctum fecit

Paraphraſis.

Terra lætà equidem, nam omnis compoſitus Orbis
Pace extans, meritò *Ros* ſacer *auxit* eum.
Fecit Alexander Sanctum ac tum *Septimus* Vrbe
Roma, cuius Amor ſat Petra; Petra fides.

B. PASCHALIS BAYLON HISPANVS.

Reformatus diſcalceatus: & *B. Felix de Cantalitio Italus Capuccinus, vterque Profeſſione Laicus*. *Sancta ac ſplendida vita B. Paſcalis Sancta quoque ac ſplendida morte eodem menſe B. Felix*.

Patria, ac dies B. Paſchalis ortus.

I NAtiuitas B.Paſchalis, & ſi non illuſtris, quamuis honeſtiſſimo genere, tempore tamen illuſtriſſima, & clariſſima. Natus eſt enim apud Turrim famoſam Hiſpanicè (*Torre Hermoſa*) Diæceſis Saguntinæ anno 1540. ſub Paulo III. & eo die, qui latinè textu ex hæbreo *Tranſitus* dicitur, id eſt die Paſchatis, quiq; imponens nati infantis per baptiſma nomen, Paſchalis nuncupatus eſt.

II Paſcha ergo, in quo Chriſtus totum orbem per reſurrectionem illuminans, tranſiuit ex mortali, & crucifixa vita ad vitam immortalem, & glorioſam, ortum B. Paſchalis meruit.

Qui dies & inquantum Paſchalis, & inquantum Dominicus, non ſolum duplex, ſed etiam multiplex fuit circa auſpicatiſſima, & egregia viri Dei facinora.

Eius profeſſio in ſæculo.

III Eius profeſſio in ſæculo vſque ad annum ætatis ſuæ 24. quo tempore Reformatorum Diſcalceatorum in Prouincia S. Ioannis Baptiſtę habitum induit, illam et profectò, in qua Dauid exercebatur, & à qua ad Regnum Iſraele vocatus. Paſtor ouium ſecularis, Paſtor virtutũ regularis noſter Paſchalis. Simplex, & amator Dei, & zelo ſalutis animarum exæſtuans (animam mundiſſimam in Mundo ſeruans, nihil habens cum mundo commune, niſi habitationem) erat Paſchalis, antequam vitam Seraphicam amplexatus eſſet. Eius virtutum omnium cumulus in Religione tantus, ſimplicitate, paupertate, oratione, charitate, labore mortificatione, duplici dexteritate ad ardua Ordinis negotia (pro quibus anno 1575. P. Chriſtophorus à capite fontium Generalis Miniſter miſit eum in Galliam, vbi multa paſſus eſt ab Hæreticis) vt non mirũ ſi prophetiæ ſpiritu plurimum claruerit, atq; ſcientia diuinitus infuſa, qua & Theologia apprimè callebat, difficiliores queſtiones explicans, & res dubias clarè reſoluens, imbutus fuerit ad miraculũ. Strenuus defenſor Immaculatæ Deiparæ Conceptionis extitit.

Eius vita, & geſta in Religione.

Eius Prophetiæ Spiritus, et ſcientia infuſa.

IV Extitit denique ab ortu ad obitum id, quod in nominè gerebat ſignificatum. Semper enim Paſcha fuit, & Paſchalis tranſiens in ſtadio Euangelicæ, & Apoſtolicæ perfectionis ab vna virtute ad aliam cum incremento, & nunquam cum decremento. Vt

Pa-

Eius glorioſus tranſitus.

paſcha ergo vixit annis 52. 24. in ſeculo, totidem, & quatuor plus in Religione; & vt Paſchalis ad æternum Paſcha in qua Chriſtus tranſiens, miniſtrat Beatis diuinitatis fercula, tranſijt anno 1592. ſub Clemente VIII. Eius ſepulturæ dies diei ortus reſpondit, nam venit in mundum in die Paſchatis, quam Pentecoſtem dicimus in Conuentu Villæ Regiæ, vulgò Dominæ noſtræ de Roſario. Innumerabilia ſunt eius miracula, quibus motus Paulus V. Beatum declarauit, ac officium de eo celebrari conceſſit omnibus Fratribus, aliiſque tam ſecularibus, quam Regularibus in Regno Valentiæ exiſtentibus anno 1618. die 29. Octobris. Extendit deindè hoc priuilegium anno 1620. in Regnis Caſtellæ, & Aragoniæ. Tandem Gregorius XV. conceſsit omnibus vtriuſque ſexus Religioſis Minoribus anno 1621. De B. Paſchali ſcripſere Auctores innumeri, quos videre potes apud Martirol. Franc. 27. Maii.

Eius declaratio inter Beatos Confeſſores.

Ortus, Patria ac profeſſio B. Felicis Capuccini, obituſque.

V Eodem menſe Maio, die ſequenti immediato, qui erat 18. volauit ad ſuperos anno 1587. ſub Sixto Quinto anno ætatis ſuæ 72. Felix anima B. Felicis noſtri Capuccini de Cantalicio, Reatinæ Diœceſis Oppido, vbi natus anno 1513. ſub Leone X. factus iam Anticoli Capuccinus, cum eſſet annorum 28. Felixque nomine, & re in ſua Religione, cuius in eo adhuc ſolum totius Beatitatis fundamen. Felix in Eccleſia omni, & maximè peccatoribus, quibus, vir affabilis, benignus, manſuetus, humilis, abſtinens, mortificatus, pauperrimus, orationi aſſiduus, quæſtuationi indefeſſus, monita ſalutis dabat. Feliciſſimus ſignis, & miraculis, vt propterea meruerit inter Beatos conſcribi poſt biennium ante canonizationem XXIII. Martyrum Iapponenſium de quibus ſupra, ab Vrbano VIII. anno 1625. die 1. Octobris. A Sixto V. ac Gregorio XV. pia veneratione primò donatus, Sanctus Laicus, ac venerabilis vir D. Philippo Neri coniunctiſſimus.

DISTINCTIO V.

Quinque Sancti Confeſſores ex Tertio Ordine Franciſcano. Ceù Arces Seraphicæ intra quinque Ciuitates refugij quinque Hierarchæ Franciſci plagarum.

De inſtitutione Terti Ord. B Franciſci.

INSTITVISSE tres ordines B.Franciſcum, quorum poſtremus fratres de pœnitentia amplectitur, pro comperto, & infallibili habendum. *Prædicationis ipſius (*ait Bonau. de B. Franciſco*) feruore accenſi quam plurimi vtriuſque ſexus in coniugali Pudicitia Domino famulantes ſecundum formam à Dei viro acceptam, nouis ſe pænitentiæ legibus vinciebat, quorum viuendi modum idem Chriſti famulus ordinem Fratrum de pænitentia nominari decreuit. Nimirum ſicut in Cælum tendentibus, pænitentiæ viam omnibus conſtat eſſe communem: ſic & hic ſtatus clericos, & laicos vtroque ſexu admittens: quantum apud Deũ meriti, ex pluribus per aliquos ipſorum patratis miraculis innoteſcit.*

II Hi Tertiarii communiter dicuntur, quia reſpectu aliorum duorum Ordinum, ſcilicet Fratrum Minorum, & Clariſſarum, tertiam regulam, ab eodem B.Inſtitutore acceptam, profitentur. A D.Antonino 3.p.Hiſtor.tit.3.cap.2. in principio Pinzogori, ab alijs Pinzochori, & Mantellati vocantur. Sed æquius, & rectius ab ipſo B.Franciſco fundatore appellantur Fratres, vel Sorores de Pœnitentia: ſub quo nomine fuit hic Ordo à Nicolao IV.& aliis Pontificibus approbatus, imò & quo vocari iuſſit Clemens VII.ad vberes fructus. Prior locus inceptionis Tertij Ordinis in Oppido Canarii, quod in Vmbria in valle Spoletana per quatuor millia paſſuum ab Aſſiſio diſtat. Commune inſtitutum tam maribus, quam mulieribus, ſolutis, vel coniugatis, clericis eccleſiaſticis præſcripſit Dei famulus anno ſuo plenæ conuerſionis 14.Chriſti verò 1221. vt dictum eſt, in 20. capitula breui diſtinxit.

Locus vbi incipit Tertius Ordo Fratrū & ſororum de Pænitentia

1 De modo examinandi volentes intrare Ordinem.

2 De forma recipiendi volentes intrare Ordinem.

3 De forma habitus, & qualitate indumentorum.

4 Quod non vadant ad inhoneſta conuiuia, & ſpectacula, & quod Hiſtrionibus non dent.

5 De abſtinentia, & ieiunio.

6 Quotiens debent confiteri per annum, & ſumere Corpus Chriſti.

7 Quod

7 Quod non ferant arma impugnationis.
8 De dicendis horis canonicis.
9 Quod omnes, qui de iure poſſunt, faciant teſtamentum.
10 De pace reformanda inter fratres, & alios extraneos.
11 Quando moleſtantur contra ius, aut eorum priuilegia.
12 Quod caueant in quantum poſſunt à iuramẽtis ſolemnibus.
13 De audienda Miſſa, & Congregatione facienda.
14 De Fratribus infirmis, & defunctis.
15 De Miniſtris.
16 De viſitatione, & correctione delinquentium.
17 De vitandis litigijs inter ſe, & cum alijs.
18 Qualiter, & per quos in abſtinentijs poſſit diſpenſari.
19 Quod Miniſtri eorum manifeſtas culpas denuncient Viſitatori.
20 Qualiter in prædictis nemo obligetur ad culpã mortalem.

III Huius Regulæ inuentores non fuerunt Fratres Minores, non aliquis Epiſcopus, non Doctor, non Congregatio aliqua, ſed Seraphicus Franciſcus, Spiritu Sancto prædocente, eam inſtituit. *Vide Vading.* ex Bernardino de Buſtis tom. 1. Ann. & to. 2. opuſc. S. Franciſci. Vbi etiam tota regulæ exaratio in integrum. Magna ſunt huius Ordinis priuilegia, & indulta, egregia encomia, innumeri Sancti, & Sanctæ, quorum multi Diuorum faſtis ſunt adſcripti. Sub ea hac noſtra ætate plurimi militant Principes, Cardinales, & Prælati: ita vt ſolum in Carpentana Hiſpaniæ Mantua, ſeu Madrito, Curia Regis Catholici ſexageſimum excedant numerum Domini titulares, & magni Principes ſub hoc inſtituto degentes. De eo plura prædixit Abbas Ioachinus, & magni ſcripſerunt auctores. In Hierarchia noſtra vexillum explicabit Tertij Ordinis Chriſtianiſſima Regnorum Francorum Proſapia, tribus aureis Lilijs, cælitus miſſis, condecorata. Ex regijs enim Confeſſoribus, ab Eccleſia canonizatis, & in hoc ſodalitio connumeratis, ſolus Rex Aloyſius Nonus reperitur. Mendũ nonnullorũ circa huius Regulæ inuẽtores.

I.

Sanctus Ludouicus Rex Francorum.

Antiſtecon.

I VOx Græca hæc, & multum quidem mihi propitia, in pertexenda ſynopſi, quam modò aggredior. Cum enim eam literarum permutationem denotet, quam alio modo *Anagramma* nuncupant Latini interpretes, characteres 27. ſupra poſiti ablata à priori dictione litera c. cuius carentia, eius pronunciantia nihil offenditur, hanc orationem, regio, ac heroico præſentis Antiſtecon Græcè Latinè tranſpoſitio eſt.

ſentis

ſentis locutionis ſubiecto valde idoneam, conſtruunt.

Frutex Roſa clarus, vnicus Mundo.

Tres buſones in priſcorum Reg. Franc. ſcuto appingi ſolito.

II Aureis Regum Francorum Lilijs, cælitus ex Buſonibus tranſmutatis, quindena Virginis Roſa, Alba, rubra coruſcans in D. Dominici horto, *clarum fruticem vnicum mundo*, ſi hiſtorijs credimus, in Sancto Rege Ludouico huius nominis IX inſeruit. Ex Roſario Dominicano regalem B. Franciſci prolem, ceu Roſam matutinam B. Blanca parens Franciſcana, de 3. Ordine, vt paulò poſt demonſtrabimus, effudit ſub tutela, ac cultura ſpirituali Fratrum Prædicatorum, & Minorum, quorum Ordines, Fratreſq; æqualiter amabat, vt ſcribunt communiter auctores apud Vading. tom. 1. ex quo pluries ipſe in libris meis. Veluti Roſa creuit Ludouicus, veluti Roſa in tota eius vita cæleſtem odorem efflauit. Roſa odora extitit Boni, ſpina verò amara malis, iuxta verſiculum illum,

Roſariū Dominicanum peperit fruticem Franciſcanum S. Regem Ludou. IX.

Es tu ſpina malis, es Roſa odora bonis.

Roſa bonus & malus extiuit Rex S. Ludou.

III Imò & Roſa extitit ſine ſpinis, tam bonis proficua, quam malis pernicioſa. Apes enim vitalem ſpiritum è Roſa trahunt, ſed è contrariò mortalem trahunt ſcarabæi. Nata hæc regia Roſa ex Rege Ludouico VIII. Cuius felix obitus anno eodem, quo obijt B. Franciſcus, ſcilicet 1226. & ex Regina Blanca, Caſtellæ Regis Alphonſi VIII. cognomento Boni filia primogenita, de cuius vita, & genere, ſuo loco, Anno Dom. (iuxta plures Scriptores apud Martyrol. Franc. die 25. Auguſti) 1215. die 25 menſis Aprilis. Eſt contra Vading. qui tom. 1. Ann. nu. 59. aſſignat regiis Ludouici natalitiis ann. 1212. Diuinitus autem Parentibus datus eſt his Roſarum flos, his florum Roſarii fructus meritis Sanctiſſimæ Deiparæ, cuius interceſſionem ſummis precibus efflagitarant, opera D. Dominici, qui in Gallias veniens, piiſſimæ Reginæ Blanchæ perſuaſit, vt ea iure Virginis Genitricis Dei Mariæ patrocinium obnixè ſibi conciliaret: Roſariumque eiuſmodi Matris Chriſti ſæpè recitaret, necnon myſteria illius ſacra deuotè meditando pertractaret. Vide auctores, quos idem Martyrol. Franc. ibidem adducit. Nec ſolum ex beato Blanchæ ventre exiuit hic Regius Frutex Roſario B. Virginis fœcundante Reginæ vtero, verum etiam & Lilium prodiit vix annis quinque tranſactis, anno ſiquidem 1220. peperit deinde B. Iſabellam virginem Clariſſam, de qua poſtea.

Rex Ludou. VIII. obiit an. 1226.

Ortus, & parentes S. Regis Ludo. IX.

B. Iſabella S. Ludou. Reg. ſoror.

IV Anno 1226. defuncto Parente Regni Succeſſor agnoſcitur, & Rhemis oleo ſacræ ampullæ in Regem inungitur, quo tempore, vt in prima facie tetigimus, puluinar B. Franciſci miſſum, ſibi Aſſiſio deuotiſſimè recepit. Dignus ſanè, vt eo quoque Seraphico diademate coronaretur, quo Seraphicus Hierarcha, cuius Ter-

Ann. 1226. in quo obiit etiam D. Franc. vngitur in Regem.

tii Ordinis regulam profiteri debebat, reclinauerat caput, ſpiritum ſuum mundiſſimum Creatori emittens.

V Spirans Paradiſi fragantiam tenella Ludouici Roſa ſanctiſſimæ, ac piiſſimæ Matris Blanchæ olfatui, crebrò illud ei verbum inculcabat. *Mallem fili chariſſime, te mortem ſubire temporalem, quam quod vnico peccato mortali tuum offenderes Creatorem.* Quod piæ Genitricis verbum adeò vſq; alto infixit animus regius puer, ac filius optimus, vt præſeruante illum gratia diuina, atque aſſidua, ac Virginis Roſarii protectione, per quam in lucem venerat, per totum vitæ curriculum potius creuiſſe odore, pulchritudine, icorruptibilitate, quam contagium aliquod læthale contraxiſſe, dicatur.

Documentũ maternum in fantulo Regi inculcatum à Blancą matrę

VI Anno 1233. (diſpenſante Summo Pontifice Gregorio IX. ſuper quarto conſanguinitatis gradu) duxit Margaritam Berengariam, filiam primogenitam Raymundi Berengarii Prouinciæ Phæcenſis Comite. Coronauit Sponſam ſuam Rex inclytus Ludouicus ſumma Regni gratulatione anno 1234. Et ex iſta vnione Roſæ cum Margarita Fruticem ſanctum Capeto Generi inſeruit Cælum, vt veluti ſacer truncus Regum, ac Principum Francorum extaret. Frutex iuxta Vallam dicitur, qui ad iuſtam magnitudinem arboris non aſſurgit, & ſtatura eſt ſimilis multis herbis, ſed non demoritur, neque areſcit, vt herba. Plin. lib. 16. cap. 36. Dictus frutex, vt quibuſdam videtur, à fruticando, hoc eſt à pullulando, quòd ſucciſus, ſemper ſuppullulet. Aliquando ponitur pro ſtirpe; ita Suetonius in Veſp. *Singulos repentè ramos à frutice dedit.*

Eius matrimon. cum ſobrina Margarita Berengaria.

Frutex aliquando pro ſtirpe ponitur.

VII Fruticem Capetum, factum in Rege Ludouico ſanctum, & hucuſque haud exſiccatum, ſed fructiferum, & in plurima, ac maxima germina diciſum, ac diſterminatum, Roſarii Virginis è *Roſa pulcherrima* exortum, in quatuor ætates ipſe diſtinxi tom. 3. rerum Auſtriacarum ad matrimonium Blanchæ Francichæ cum Rodulpho Auſtriaco Rege Boemiæ. Poſtea ad connubium Philippi IV. Regis Catholici cum Eliſabetha Borbonia, Ludouici XIV. Regis Francorum regnantis Matertera continuaui vſque ad eundem Regem Gallorum XIV. Borbonium regnantem. Ibi etiam tetigi trium Liliorum aureorum originem, & olei ſancti ſacræ ampullæ in baptiſmate, & conſecratione Regis Clodouei I. Chriſtiani. Sola curioſitas tunc me mouit, vt tramite nimis alto, longo, & non ita tuto, vt certitudo Hiſtoriæ Genealogicæ expoſtulabat, eam graduationem à Francis ad Sicambros, à Sicambris ad Merouęos, à Menoueis ad Caroli Magni ſtirpem, & ab iſta ad Capetam (ita nuncupata ab Hugone Capeto primo ex hac ſobole Rege) multorum placitum perſequens, pertraherem, quemadmodum eadem ſim-

Regũ Franc. genus in 4. ætates ab auctore alibi diſtinctum.

Stirps Capeta vnde ita nũcupata.

plici curioſitate allectus, in familia quoque Auſtriaca efficere ſtudui.

Vtráq; deductio origine regia, ſicut Auſtriaca, Auguſta.

VIII At quæ maior gloria cum in Regali Francorum Principum frutice, ſeu ſtirpe, tum in Auguſta Auſtriacorum Magnatum Progenie (vtraque Catholica, Chriſtianiſſima, Pia, Franciſcana, & in Hierarchia Franciſcana inſerenda) quam infallibili veritate eodem ſæculo ab origine Auguſta, ac regia, vſque ad præſens tempus ambas deducere? Alteram per Sanctum Regem Ludouicum IX. ab anno ſui connubii cum Margarita Berengaria 1234. Alteram per Rodulphum I. Imperatorem, cuius electio ad ann. 1273.

FRVTEX SANCTVS

Ex Roſa Mariana D. Dominici in horto D. Franciſci exortus ad miraculum.

Siue

Stirps Capeta à S. Rege Ludouico IX. vſque Regem Ludouicum XIV. Borbonium regnantem.

Generis Capetæ vſque ad ſobolem Borbonii ex ſancto trúco deductio.

Ludouicus VIII. Rex. vxor Blanca Alphonſi Regis Hiſp. filia

Ludouicus IX. Rex Sanctus. vxor Margarita Berengaria

Robertus Comes Claramontanus

Ludouicus Comes Claramont. & Dux Borbonius

Iacobus Condeſtabilis Franciæ Comes Poncicuræ

Ioannes Comes Marchiæ

Ludouicus Comes Vandomus

Ioannes Comes Vandomus

Franciſcus Comes Vandomus

Carolus Comes Vandomus, & Borbonus

Antonius Rex Nauarræus

Henricus IV. Rex Henr. III. ex ſtirpe Valeſia vltimi ſucceſſor

Ludo-

Ludouicus XIII. Rex, cui Filius & Hæres

Ludouicus XIV. Rex

Ludouicus XV. Delfinus.

natus anno 1661. in die Sanctorum omnium.

X Itaque gradibus 12. diſtat ſub auſpicatiſſima calculatione moderaus Rex Francię à S. Rege Ludouico IX. Hic verò etiam recta linea vſque ad Hugonem Capetum primum Regem (Ludouico vltimo ex Carolinis ſuccedentem anno 989.) per gradus octo interuallo annorum 226. vſque ad ſui ortum elongatur. Etenim Parens eius Ludouicus VIII. Rex. Auus Philippus Auguſtus Rex. Proauus Ludouicus iunior Rex. Abauus Ludouicus Groſſus Rex. Atauus Philippus Rex. Tritauus Henricus Rex, cui filius Rex Robertus Hugonis Capeti Regis vnigenitus, & hæres.

Diſtantia graduum Ludouici XIV. à Ludou. IX.

XI Ludouicus VIII. Rex pietate, ac deuotione Dominicanus, & Franciſcanus, Sanctiſſimi Roſarii Deipara intercedente, duos frutices edidit, è quorum ſtirpibus duo Sanctiſſimi Franciſcani, Dominici, & Franciſci aſſiſtente præſidio, ſub eodem nomine prodiere. Frutex prior S. Rex Ludouicus IX. Frutex poſterior Carolus I. Comes Andagauenſis Rex Neapolis, conſorſque Beatricis Galliæ Narbonenſis, Italicè Prouenza, Comitiſſæ, & hæredis, per quam & Comes illius ditionis eius Maritus.

Maxima parentũ S. Regis Ludouici in B.V. Roſarium pietas.

E' Caroli ſtirpe, in Regno Neapolitano tranſlata, Carolus II. Claudu, Princeps Salerni, Rex Neapolis, cui vxor Maria, Regina & hæres Hungariæ. Ex Carolo II. Proles nouem, quinque maſculæ, quatuor fœminæ, ſed ſucceſſio temporalis quaſi nulla, licet ſpiritualiter æterna. Nam Carolus Martellus eius primo natus ſucceſſione Matris regnauit in Hungaria. Ludouicus ſecundo natus Franciſcanam vitam profeſſus, obiit Epiſcopus Toloſæ, & iam inter Diuos relatus.

Stirps Angloina, ac regia Neapolis.

XII Robertus tertiò natus, ipſe Tertii Ordinis Franciſcanus, ex Sancia Maioricana, & ipſa Franciſcana, cuius filius Carolus ſine terra nuncupatus, qui obiit ante patrem, reliquitque tres fœminas, Ioannam Reginam, Margaritam, & Mariam. Ex Margarita Caroli III. Dyracchii Ducis filii, hic verò ex Ludouici coniuge, nata eſt Ioanna II. Regina, &c. Ludouicus iſte, Dyrrachii Dux, ac Comes Andius fuit filius Regis Caroli II. Claudi S. Regis Ludouici IX. nepotis, ac S. Regis Ludouici Epiſcopi Toloſæ parentis. Sed ex Frutice, ſeu ſancta ſtirpe Regis Ludouici germina quamplurima, vnde egregii Reges, & Principes. In germine Philippi Audacis eius primogeniti, ac ſucceſſoris ſex coronas reperio. Nā huius Philippi Audacis, ac Regis filius Philippus Pulcher Rex. Ne-

Germen Philippi Audacis reg.

potes ex filio Philippus Longus *R*ex. Ludouicus x. Vtinus *R*ex: Carolus Pulcher Rex. Iſabella Regina Britanniæ.

Germen Caroli ſine terra S.Reg. Ludou. nepoti.

XIII In alio germine S.Regis Ludouici per eius ſecundo natum, nomine Carolum ſine terra, Comitem Valeſium (vnde & ſtirps Valeſia) ſunt plurimæ coronæ vſque ad Henricum III.*R*egē, in quo eadem Valeſia ſtirps defecit, quinque coronas habuit, vti in Franciſco II.Rege, in ipſo Henrico III.Rege, in Carolo IX.Rege; atque in Iſabella Regina Hiſpaniarum, & in Margarita *R*egina Nauarræ. Hos Principes genuit Henricus II. *R*ex. *R*eliquæ coronæ per *R*eges, vel *R*eginas ex ſobole Valeſia, ſiue propriæ in *R*egno Franciæ, ſiue exteræ in aliis *R*egnis vſque ad radicem Valeſiæ ſtirpis in Carolo præfato ſine terra, S.Ludouici *R*egis nepote, ſunt pluſquam duodecim, & cum quatuor memoratis explent num.*16*.

Germen Ludouici Ducis Borbonii ſancti reg. Ludou. pronepotis.

XIV Ex Ludouico Comite Claramontano, Duce Borbonio, ac in linea Borbonia, quæ hodie regnat, pronepote S. *R*egis Ludouici, deducitur ſoboles Caroli Borbonii, in excidio *R*omæ occiſi anno 1527. Diſtat autem hic Princeps regius, miſerè extinctus, à præfato Comite Ludouico (cui filius Petrus Comes Claramontanus, & Borbonius, nepos Ludouicus, pronepos Ioannes Dux Borbonius, abnepos Ludouicus Dux Monpons: atnepos Gisbertus Monpons, & ipſe Carolus huius Gisberti filius primogenitus, in quo defecit ea linea) nam Ludouicus ſecundò natus, ſuper tumulum Genitoris dolore extinctus eſt) gradibus quinque.

XV Ex Carolo Comite *V*andomenſe, & Borbonio, diſtante ſeptem gradibus à S.Rege Ludouico in recta Borbonum linea genealogica ſuprapoſita, eſt aliud germen tranſuerſale, vnde Principes de Condè. Nam Carolus ille genuit Ludouicum I. ex quo

Germē Principum de Condè.

Henricus I.Comes Condè. Carolus Comes de Soiſons. Carolus Cardinalis. Filii Henrici I. Ludouicus Princeps Condè ſuperſtes. Armandus Princeps Contì. Ludouicus occiſus.

Iacobus verò *R*ex Neapolis, quem adoptauit Ioanna II.*R*egina S.Ludouici Epiſcopi Toloſæ proneptis, filius fuit Ioannis Marchæ Comitis, & S.*R*egis Ludouici in prædicta Genealogia Borbonia abnepotis.

XVI Igitur Sanctus Frutex Ludouicus *R*ex Franciæ huius nominis IX. ac Tertii Ordinis S.Franciſci in eius ſtirpe ab eius connubio 1233. vſque ad annum præſentem 1663. per annos 430. ſtirpem ampliſſimam, atque chriſtianiſſimam fundauit. Hinc multa cum ratione ex D.Dominici *R*oſario per literarum tranſpoſitionem deduximus prædictam Antiſtæcon ſub his verbis: *Frutex Roſa clarus, vnicus Mundo*, vbi è 27.literis, quibus componitur, reſultat hoc nomen, *Santus Ludouicus Rex Francorum.* Qui in Tertio

tio Ordine S.Franciſci religioſiſſimus, *Catholicus* cum ipſo Parente Franciſco, de quo in priori antiphona primarum veſperum canit Eccleſia Franciſcana, *Franciſcus vir Catholicus*, ac *Chriſtianiſſimus*, tum cum Carolo Magno, tum etiam & cum eodem B. Franciſco Parente, quem Chriſtianiſſimum nuncupat D. Bonauentura in cap.14.eius vitæ, necnon & toto tempore vitæ ſuæ caſtiſſimus ſemper exſtitit. Idcircò anno 1268.edidit pragmaticam ſanctionem tum ad politicum Cleri Gallicani ſtatum conſeruandum, tum vt abuſus, ſi qui eſſent, de medio tollerentur: non autem vt more caſtrorum aggerem extrueret, ad pugnandum contra Pontificiã auctoritatem, vt parum æquus autumat Rex Angliæ in libro ſuo, cui titulus eſt: *Triplici modo, triplex cuneus*. pag.28.

De hac pragmatica infer in fine.

XVII Etenim S.Ludouicus ſemper fecit, & docuit vſque in finem vitæ ſuæ: quod patet ex teſtimonio tot proborum auctorum, ipſius geſta, & actiones referentium. Nam Bonifacius VIII. Papa ſerm.2.in canonizatione huius Regis ann.1297.poſt initium laudat eum à regimine Eccleſiarum; quia iura Eccleſiaſtica, & libertates Eccleſiæ illæſas conſeruabat. Guillelmus Carnotenſis, cum eſſet prædicti S.Regis Cappellanus, hæc teſtatur in libro de vita, & miraculis S.Ludouici Regis ante med. *Sanè quam reuerenter, & humiliter erga ſacroſanctam Romanam Eccleſiam ſemper ſe habuit, quam deuotè, & obedienter reſcripta, & mandata Apoſtolica conſuetus erat ſuſcipere; quam obedienter, & efficaciter, ſicut verus filius obedientiæ adimplere, norunt illi, qui ei familiarius adhærebant. Ipſe enim negotia Matris Eccleſiæ pluſquam propria reputans, ea totis affectibus promouere curabat.* Denique inter alia monita, quæ ſanctus Rex moriens filio ſuo Philippo, regnique hæredi dedit: hæc verba habentur in ſuo Teſtamento, quod extat apud Gaufridum de bello, loco de vita, & conuerſatione S. Ludouici Regis cap.15. *Sis deuotus, & obediens matri noſtræ Romanæ Eccleſiæ, & Summo Pontifici tamquam Patri ſpirituali.*

Verus S.R.E. filius pietate, obedientia, humilitate.

XVIII Sed antea erigens nouum ordinem Equeſtrem *de Coſta Geniſtæ* in gratiam Reginæ ſponſæ, voluit his duobus verbis tanquam verus Franciſcanus exornari *Exaltat humiles*. An.1239. poſt magnos labores, & expenſas plurimas accepit Rex Seraphicus à Balduinò II. Imperatore Conſtantinopolitano ſpineam Chriſti coronam.

Nouus equitum Ordo ab eo fundatus.

XIX. Partes ſummorum Pontificum, atque S. Sedis Apoſtolicæ ſemper tutatus eſt aduerſus Feder. II. Imper. & alios Eccleſiæ inimicos. Bis traiecit in Orientem aduerſus Barbaros, etſi parum feliciter ſicut multũ Catholicè, ac Chriſtianiſſimè, multiſque Chriſtianis captiuis proficuè. Et in Concilio Claramontano Lugduni anni 1245. Præſide Innocentio IV.Pontif. fuit iam idẽ Fridericus

Accipit ſpineam Chriſti coronam.

hoſtis Eccleſiæ iudicatus, ac priuatus Imperio. Rex verò Ludouicus conſtitutus Dux illius quintæ expeditionis pro recuperanda Terra Sancta, qui cruce ſignatus magno exercitu in Aſia traiecit, rediens quinto poſt annum in Gallia. Tunc pariter ruber pileus, & purpura, & vehi equo Cardinalibus, qui antea humilibus aſellis equitabantur, conceſſum, tam in deſpectum Cæſaris, qui verbis, & factis S.R.E. Cardinales perſequebatur; quam vt in poſterum eorum eminens prælatio gradu, & habitu ab aliis diſtingueretur, & ex purpura diſcerent, ſe ſemper paratos eſſe debere ſanguinem pro chriſtiana religione fundere. Vide Genebrar. in Innocent. IV. D. Bonau. deinde obtinuit, vt religioſi ad eminentiam Cardinalatus euecti, poſſint retinere habitum propriæ religionis.

Vide etiam hanc hiſtor. in ſeq. facie ad ſerie Car. Franc.

XX Singulari dilectione proſequebatur idem Sãctus Rex Ordines Prædicatorum, & Minorum. Cuius rei gratia decernit aliquando limina Apoſtolorum, aliaque loca ſancta inuiſere ſub peregrini habitu, veluti tertii Ordinis Franciſcani confrater. Quod cum exequutioni heroicum, atque catholicum opus demandaret, tranſiens Peruſium, vt Romã adiret, B. Aegidium fratrem laicum, de quo ſupra dictum eſt, ac tertium S. Franciſci in fundanda Hierarchia Seraphica ſocium, ſumma cum animi lætitia vidit, ſalutauit, ac tenerrimè amplexus eſt.

Peregrinus ad limina Apoſtolorũ S. Rex Ludou.

XXI In hæreticos etiam ſeuerius animaduertebat: ideoque Alexander IV. Priori Prouinciali Prædicatorum in Frãcia, & Guardiano Minorum Pariſienſium ad inſtantiam Regis, onus impoſuit in hæreticos inquirendi per vniuerſam Galliam ann. 1255. amplam poteſtatem faciens per ſuas literas. Qua de re Guillelmus Carnotenſ. cit. *Inquiſitores etiam hæreticorum pro negotio fidei, & Eccleſia laborantes quandocumque recurrebant ad ipſum, recipiebat dulciter, & benignè, diligenter eos audiens, & celeriter expediens cum omni gratia, & fauore, poſtpoſitis alijs quantumcumque arduis negotijs: aſſerens Negotium Fidei debere omnibus alijs anteponi.*

In hæreticos vindex conſtantiſſimus.

XVII Tempore eius ſanctiſſimi, ac Seraphici tranſitus verus Franciſcanus, ac D. Franciſci imitator viſus eſt. D. Franciſcus in extremo vitæ ſuæ reliquit hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis Miniſtris Generalibus totius Ordinis inſtructiones circa eorum electionem, & poſt electionem circa eorum regimen. Pariter S. Ludouicus ſcripſit idiomate Gallico, ac reliquit hæredi, & ſucceſſori ſuo Philippo verè ſanctiſſima, & catholica, chriſtianiſſima, ac Seraphica monita, quæ ipſe in tom. 3. rerum Auſtriacarum exaraui, vbi de matrimonio Philippi III. Hiſpaniarum Regis cum Margarita Auſtriaca. Huic enim Philippo eadem monita de verbo ad verbum reliquit Philippus II. eius Parens. Ex illis monitis apparet quanta fuerit ſanctitas, integritas, zelus chriſtianæ religionis, iu-

Inſtructiones teſtamẽtariæ Regi ſucceſſori ab eo relictæ.

ſtitia in regimine S. Regis *Ludouici*. Frutex eius è Roſa D. Dominici, eius puritatis *Lilio* coniuncta exortus, duas ſtirpes reliquit hæredibus, & ſucceſſoribus, alteram carnalem iuxta arborem Genealogicam Capetam, alteram verò ſpiritualem, quam in præfatis monitis vltimo expreſſit. Eſtque illa eadem, quam calamus D. Antonii de Padua lineauit ex illo textu euangelico, *Omnis arbor bona bonos fructus facit.* Matth. 7. vbi interpres noſter Dominica 8. poſt Trinit.

Nota: in arbore ſunt iſta quinque, radix, truncus, rami, folia, fructus. Radix appellatur eo quod quibuſdam fixa neruis, ac fibris in profundo demergitur. Nam Phyſici dicunt parem eſſe extenſionem radicum, & arborum. Truncus eſt ſtatera arboris inſiſtens radicibus. Rami ſunt qui de trunco arboris manant, in quibus folia fructus tegentia ſunt. Arbor bona eſt bona voluntas: cui vt conſiſtat bona, quinque ſunt neceſſaria, ſcilicet radix humilitatis, truncus obedientiæ, rami charitatis, folia ſanctæ prædicationis, & fructus, id eſt dulcedo ſuperna contemplationis. Radix humilitatis quanta eſt in profundo cordis, tanta eſt in altitudine operis, & hoc ſignificat aqua, quæ in canalibus fontium tantum aſcendit, quantum deſcendit. Vera humilitas quanto profundius infigitur, tanto magis inclinatur, & ſic altius exaltabitur. Sine hac arbore quælibet alia Principum, Regum, Magnatum foliis vanis tumoris, & ſuperbiæ ſolummodo conueſtita, non poteſt bonos fructus facere, ſed meretur vt excidatur, & in ignem mittatur.

Arbor genealogica ſpiritualis S. Reg. Ludouici.

Quam neceſſaria cunctis Chriſtianis Principibus iam arbor ſpiritualis.

XXIII Ergo ſanctiſſima, piiſſima, chriſtianiſſima, ac catholica, & Franciſcana mors D. *Ludouici* Regis noſtri, annis quatuor antequam obirent Doctores Seraphicus Bonau. & Angelicus Thomas de Aquino, quos in magna exiſtimatione, & veneratione ſemper habuit. Nam deceſſit die 25. Auguſti feria 6. ætatis ſuæ an. 55. regni 44. Chriſti 1270. ſub vacante Sede Apoſtolica. Miraculis clarum canonizauit Bonifatius VIII. anno 1279. Quæ verò aduertenda ſunt circa bullam ſuæ canonizationis, & alia nonnulla, conſule ex Martyrolog. Franc. fol. 399. & vltra fol. 406.

Obitus S. Regis Ludouici

Canonizatio.

XXIV Inter innumeros Scriptores de rebus S. *Ludouici*, quos citat Martyrol. Franc. vbi etiam de tranſlatione eius corporis, de qua ipſe ſcripſi in Matrimonio citato Blanchæ Franciciæ, &c. Exiſtimandus modò Romanus Pontifex Vrbanus VIII. in ode de S. Ludouico Francorum Rege, quem compoſuit cum eſſet Dominus Maffæus Cardinalis Barberinus. Eius concluſio epodo 5. per apoſtraphen ſic ſe habet:

Vrb. VIII. de S. Rege Lud.

Inuicte Rex, en Gallia
Iuncta eſt rurſus Iberiæ;
Sanguineis vinclis animos, & arma

Fac

Fac iungat arctuum fœdus heu quot conficit
Europa ſe diſcors in oris ?
Squalet Punica Tellus ;
Te deuicta vocat Græcia compede :
Iordanes vocato, & ſacrum
Chriſti ſepulchrum vindicem moratur.

XXV Vtinam hic vindex Deus, & vltor iniuriæ Turcarum, tam de proximo chriſtianis ditionibus appropinquantium (nihilque (heu dolor) ſuper hanc rem chriſtianis Principibus curantibus) ne ſuper ceruicem noſtram hodie iuſtiſſimè per ipſos Turcas extenderit gladium. Clamat Dauid Rex ad Deum Pſalm. *Exurge, quare obdormis Domine, exurge & ne repellas in finem.* Quod ſi nos iiſdem verbis nunc clamore maiori vocem ad eum exaltaremus, nihil proderit. *Dormientibus enim nobis,* ait D. Baſilius, *& pigrè agentibus dormire dicitur Deus; noſtris inſpectionibus indignis nos dijudicans.*

Scripſit S. Rex Ludouicus Pragmaticam ſanctionem, quæ habetur tom. 5. Bibliothecæ veterum PP. Memorabile cum Raymundo Toloſatum Comite fœdus habetur ibidem tom. 6. Et inſtitutiones ſanctiſſimas filio Regi, & hæredi relictas. Vide Vading. in Ann. & in lib. de Scriptoribus Franciſc.

Alij quatuor Sancti Confeſſores Tertiarij Franciſcani,
II.

De S. Rocho Gallo ex S. Fran Ord.

I SANCTVS ROCCHVS Gallus ex perantiqua, ac nobiliſſima familia, *à Cruce* cognominata. De eo ex quampluribus auctoribus Martyrologium Franciſcanum die Auguſti 16. In Gallia Narbonenſi apud Montem Peſſulanum Depoſitio S. Rochi Confeſſoris, qui nobili genere ortus, ſed pro Chriſto pauper, & humilis effectus, Tertii Ordinis Minorum inſignia detulit: tandem patientia, caſtitate, & miraculis conſpicuus ad cæleſtem Patriam tranſiit, cuius virtus contra morbum Epidemiæ maximè elucet, Vnde verſus:

Virtus cõtra morbum peſtilentiæ illi præcipua.

Tu quoque Roche Pater, miſeris ſuccurrere quondam,
Qui didiciſti ægris, quando contagia morbi
Horrendi, crudumque tuliſti corpore vulnus:
Eia animis iunctis, precibuſque auertite Regno
Francorum, in noſtris bacchantem cædibus orcum
Corporis, atque animi gemina date peſte carere
Solemnem vobis memores ſtatuemus ad Aram
Ardentes faculas, &c.

Eius obitum.

II Obijt reuerſus in Galliam, duplici Cruce illuſtris, ſpirituali & temporali anno 1327. ſub Ioanne XXII. cuius corpus honorificè con-

conditum eſt in Eccleſia ab Auunculo extructa.

III.

III *S.ELZEARIVS* Gallus de Sabrano in regione Prouinciæ, vir inſignis nobilitatis, Comes Ariani, naſcitur 1285 ſub Honorio IV. Anno 13. ætatis ingenuam, claramque pueritiam ieiuniis, aſperrimo cilicio Paſſionis Chriſti meditatione, mirabilem Equitibus, ſpectabilem Deo reddidit. Sanctam, & immaculatam Virginitatem non ſolum animo, ſed etiam corpore cum S.Delphina coniuge ſua cuſtodiens, perpetuum duxit cælibatum, non aſpernantes iura coniugii, nec virginitatem in aliquo violantes.

Ortus, ſoboles, pueritia S.Elzearii.

Virgo, & coniux.

De eius coniuge inferius

IV Eius egregia facinora apud innumeros auctores, quos citat Martyrol.Franc.die 27. Septemb. & apud Breuiarium Franciſc. Habitabat Elzearius corpore in terris, ſed corde, & intentione in latere Ieſu Chriſti, vnde exierat eius Parens, ac Hierarcha Frãciſcus, diu noctuque manebat. Sic enim Dominæ conſorti ſuæ Delphinæ prædictæ abſenti reſpondiſſe fertur, ſcribenti ei de reditu ad propria. *Si cupis me videre, quære me in latere Ieſu Christi.* Obiit anno ætatis ſuæ 38. Chriſti verò 1323. ſub Ioanne XXII. Sanctorum numero adſcriptus ab Vrbano V. 1369. 17. Kalendas Maij Pontificatus ſui anno 7. Sed morte præuentus publicum canonizationis inſtrumentum non dedit, teſte Gregorio XI. in ſua Bulla data Auinione, pontificatus ſui anno 1. Vide Vadin.tom.3.ad ann. 1451.num.38.& 1369.num.8.

Habitatio eius Ieſu Chriſti latus.

IV.

V *S.IVO* Gallus, Presbyter, Parochus Lohaneti, Heros Franciſcanus, in vtroque iure inſignis, ſed in ſacra Theologia apprimè egregius. Naſcitur in Britannia Armorica Galliæ Prouincia ann. 1258. ſub Alexandro IV. obiit die 19. Maii anno ætatis ſuæ 45. Chriſti verò 1303. canonizatus Iunii die 16. à Clemente VI. anno 1247. De eo Eccleſia Gallicana Proſam canit propriam in celebratione Miſſæ, quæ ſic incipit: *Laus, & honor Trecoriæ.* Eius feſtum celebrant Fratres Minores die Octob.27. Extat & iſtud carmen:

Eius ortus, patria, obitus

Iuo Pater legum, Cuſtos, Protector, & amplum,
Egregiumque decus; cui ſe debere fatentur
Iura ſuo toties ſunt debellata fauore;
Aptus erat iuſtas miſerorum ſumere cauſas.

V.

VI *S.CONRADVS* Italus, ac Placentinæ vrbis Lombardiæ Ciſalpinæ oriundus circa ann.1209. ex nobili familia *Confalloniera*, ac perilluſtri fœminæ coniux. Venatio, ingenuum Equitum exercitium, ſibi ſors verè miranda. Damna alii; ex venatione illata omnium bonorum ei cauſa, & occaſio extitit. Ignis, ab eo immiſſus, vento perlatus, proximas aliorum poſſeſſiones deua-

Eius ortus, patria, & obitus.

ſtans, & ipſe voluntaria, ac libera venditione ſeipſo, bonis proprijs, vt illata compenſaret damna, expoliatus, illos cineres Franciſcanos ei dedit, quibus ad maiorem ſui generis claritatem confalone, ſeu vexillum, ac ſtemma Seraphicum in tertio Ordine Pœnitentium B. Franciſci explicuit. Soluit ligamen connubiale; pia verò, ac magnanima vxor Euphroſina, nobilioribus vinculis abſtricta ſacrum velum D. Claræ ſumens, Placentiæ manſit, ipſe verò *abiyt in regionem longinquam*, non vt diſſiparet virtutum, & meritorum ſubſtantiam, *viuendo luxurioſè*, ſed vt magis, ac magis eam augeret, vitam agens ſeraphicam ſub cinericio, ac contemptu habitu, quem anno 1315. aſſumpſit.

De B. Euphroſina in ſpecie ſuo loco.

VII Apud Netinos in Siciliæ Regno ſanctiſſimam vitam per annos 40. ducens, migrat in Cælum anno 1351. ſub Clemente VI. miraculis clarens creberrimis, ſummi Pontifices Leo X. & Paulus III. feſtiuam eius diem quotannis celebrandam tum apud Netinos memoratos, tum Placentiæ permiſerunt. Sed ex conceſſione Vrbani VIII. anno 1625. agitur eius ſollemnitas in toto Ordine ſub ritu ſemiduplici, habetque lectiones 2. Nocturni (quod nulli alteri Beatorum eiuſdē Seraphici inſtituti, Diuo Elzeario excepto accidit) ex ipſo ſanctorum Eccleſiæ Placentinæ ordinario. Ferrarius in Catalago Sanctorum die 19. Febr. qui eſt dies feſtus S. Conradi, teſtatur hunc diuum fuiſſe ex nobili *Laudorum*, ſeù *Laudina* ſtirpe. Sed hęc materna erat, paterna autem *Confaloniera*. Eius enim mulier habuit parentem nomine Neſtorem Laudenſem, viro ſuo nobilitate par, nec moribus, ac virtute diſpar. Vide Vading. tom. 3. ad ann. 1315. num. 21.

Apud Netinos tertiam reg. S. Franc. profitetur. Moritur, claret miraculis

Eius illuſtre genus.

Beati Confeſſores, quorum cauſa expedita eſt in S. Rota.

I.

I B. *PETRVS NICOLAVS FACTOR* Valentinus, Regno Valentiæ natus 1520. die 29. Ianuarii. Fit Minorita 1536. Pulcherrimus facie, ſed pulchrior mente, & ſpiritu ſub habitu Fratrum Minorum per quadragintaquatuor annos continuos ſanctiſſimè perſeuerauit. Fuit concionator eximius, ſcientia, & maximis virtutibus præditus, ſæpeque Guardianatus munere functus eſt. Dehinc ſpiritu prophetico plenus, & miraculorum multitudine ante & poſt obitum nunc coruſcat. Obijt omni ſanctitate conſpicuus 1583. Rex Catholicus Philippus II. 1586. & Conſules, populuſque Valentinus eodem anno his commoti, literas ſupplices dederunt ad Sixtum V. pro ipſius canonizatione: cuius auctoritate delata cauſa tantæ rei ad conſilium, & examen, nunc à S. Rota expedita eſt. Vide Martyrol. Franc. 23. Decemb. B. Ludouicus Bertmudus Ordinis Prædicatorum vir ſāctiſſimus, dicere ſolitus erat,

Eius ortus 1536.

Vtriuſq; hominis ſpecioſitas.

Obitus ad ann. 1586.

lo-

loquens de B.Nicolao Factore, quem optimè cognoſcebat. *Pater Nicolaus Factor cum huius mundi accola ſit, Paradiſum obtinet, atque cæleſtibus alterius vitæ deliciis fruitur.* Quamplurimi ſcripſerunt eius geſta, quos citato idem Martyrol.Franc.apud quem eſt hoc tretraſticon: Teſtim. B. Ludoui. Ord. Prædic.

Dum guſtas Factor Domini *dulciſſima verba*
Raptus es in Cælum, perfruèriſque Deo.
Inde redis lætus, cæleſti nectare plenus,
Atque doces Cælum ſcandere qua liceat.

II.

B.IVLIANVS à S.Auguſtino Complutenſis in Caſtella, profeſſione laicus, etſi nobili exortus proſapia ad annum 1550. Chriſtum pauperem in paupertate, caſtitate, & pœnitentia ſequutus, ab eo viuus, & mortuus crebertimis ſignis, & miraculis cohoneſtari meruit. Tranſijt ad ſuperos die Aprilis 8.ann. Dom. 1606. prophetiæ dono etiam illuſtris. Corpus eius Compluti apud noſtrates magna habetur in reuerentia. Quotquot lampades ibi piè accenduntur in eius honorem, tot ſunt ſuæ ſanctitatis teſtes omni exceptione maiores: cum harum oleum efficaciter valeat aduerſus quoſuis generis morbos. Eius ortus 1550. Obitus 1606.

Catholicus Rex Hiſpaniarum Philippus III. & Regina Margarita Auſtriaca cum tota curia regia; procuratores omnium Hiſpaniæ Ciuitatum, Clerus vniuerſus, Toletanus, & Complutenſis cum Academia, cunctique Principes, Proceres, & Optimates, ac Nobiles, necnon totus Ordo Franciſcanus ſcripſerunt ad ſummum Pōtificem Paulum V. in Curiam Romanam; vt magna cum inſtantia apud Sedem Apoſtolicam tractaretur canonizationis ipſius Beati Iuliani negotium. Scriptores de eo apud Arturum die April. 8.

Beati Confeſſores, quorum proceſſus fiunt auctoritate Apoſtolica.

In huius generis cathalogo ſunt apud Dominicum Roncaliolum Typographum numero vndecim, vſq; ad annum 1626. quorum priorem locum tenet non tantum tempore, quantum ſanctitate, nec ordinis dignitate, ſed peregrina prodigiorum fama.

I

B. SALVATOR *ab Horta, Catalanus, Reformatus, Laicus, admirandæ ſanctitatis, magnorumque ſignorum perpetuus effector.*

VOco Reformatum hunc Franciſcanum Taumathurgum, nam, inquit Arturus die Martij 18. Hortæ, Dertoſonæ Diœceſis habitum Religionis ſuſcepit in Conuentu S.Mariæ de Angelis in- Hortæ fit Minorita inter Recollectos.

ter Patres noſtros Recollectos, à cuius loci incolatu poſtea denominatus eſt ab *Horta*. Tantum in omni virtutum genere profecit, vt omnes in ſui admirationem adduxerit. Ieiunijs, cilicio, flagellis, vigilijs, orationibus corpus ſuum affligens, illud etſi extremè laſſum nonniſi ſuper nudas ſternebat tabulas, nudiſq; pedibus ſemper incedebat. Opera miſericordiæ erga ſuos confratres ardentiſſimo charitatis officio ſemper exercebat. Vir magnæ puritatis, & admirandæ ſimplicitatis toto vitæ ſuæ decurſu extitit, quem multis miraculis glorioſum Deus reddidit.

Magna in eo puritas, ac ſimplicitas.

Obitus in Sardinia ad ann. 1567.

Ob ſui ſanctitatem, mirabilium curationum gratiam, atq; exemplarem vitam, tum in Regno Valentiæ, tum quoque in Principatu Cathaloniæ, ac reliquis Hiſpaniæ partibus maximi ab omnibus fiebat. Hinc popularem declinaturus auram ann. 1565. ad Sardiniæ Inſulam transfretauit, ibidemq; diem extremum feliciter clauſit 1567. Eius corpus poſt annos duodecim integrum, incorruptum, tractabileque inuentum eſt. Translatum in Sacellum S. Petri illius Conuentus Calaritani, vbi à Calarentibus maximè honoratur. Vitam eius atque miracula propè infinita latiſſimè deſcripſerunt auctores innumeri, quorum pars maior apud Arturum die Martii 18. Pro eius canonizatione Philippus III. Hiſpaniarum Rex Catholicus ſupplices miſit literas ad Paulum V. 1604. die 17. Ianuarij. Et nunc auctoritate Apoſtolica proceſſus fiunt, &c. Calari autem feſtum eius agitur Dom. 2. poſt Epiph. permiſſu eiuſdem Pontificis. Maxima verò religione publicè colitur in inclyta vrbe Ianuæ in Eccleſia Conuentus noſtri apud Reformatos de *Pace* in ſuburbio ipſius Ciuitatis. Ad cuius inuocationem crebra cernuntur fieri miracula, in quorum teſtimonium appenſæ ſunt innumeræ tabulæ depictæ, diuerſa oſtendentes beneficia, cælitus per eum accepta. Quæ omnia vidi anno 1642. dum illic ad concionem Quadrageſimæ in percelebri Eccleſia *Vinearum* diuerſatus ſum.

In vrbe Ianuæ eius nomen valde celebre.

II.

B. ANGELVS *de Pace*, qui & de Paſſu, & de Paz *Reformatus*, Perpinianenſis, genere, doctrina, & ſanctitate illuſtris, qui dono patientiæ, ſcientiæ, & prophetiæ ſublimatus, creberrimis miraculis, ante, & poſt obitum, nunc vſque coruſcat. Perpiniani habitum ſumpſit, doctiſſimus Theologus, eximiuſq; concionator euaſit. Tranſiit, ſtrictioris vitæ deſiderio allectus, ad Reformatos Recollectos. Cuſtos ibi factus, ac deinde Miniſter Prouincialis. Tranſiens in Italiam pro zelo Reformationis, & à Sixto V. Romam euocatus, benignè ſuſcipitur, iubeturque vt commoretur in Cœnobio noſtratum ad Montem aureum: Eius ibi inſcriptio ſepulchralis, in qua & annus, & menſis ipſius obitus,

Eius Patria, profeſſio, & officia.

Obitus, & ſepultura in Monte Aureo de vrbe.

Sic

Sic orans Domino placuit ſic ſæcula iuuit:

E paulò inferius.

Cõditur hæc ingens meritis Pater Angelus vrna
Hiſpanus Patria, Religione Minor.

Obijt R.P.F. Angelus del Pas Perpinianenſis Anno Domini 1596. die 23. Auguſti. Vide Arturum.

III.

B. ANTONIVS Scalmatus Prouinciæ Siciliæ ſacerdos. Vir pœnitentiæ operibus deditus: humilitate exornatus, & charitate plenus, necnon in oratione feruentiſſimus. Obiit 1552. claruitque poſt mortem crebris miraculis. Arturus Ianuarii 27. Obijt ann. 1552.

IV.

B. CHERVBINVS de S. Luciá Siciliæ Pago Agrigentino, Sacerdos, Reformatus, abſtinentia, pęnitẽtia, & cæleſti contẽplatione inſignis. Qui virginitatem perpetuò coluit, & nunc vſque miraculorum gloria emicat. Nobilibus, & opulentiſſimis parentibus natus, nobilior humilitate, opulentior Strictioris, ac Seraphicæ Obſeruantiæ paupertate. Obiit Cherubicus, & Seraphicus ſanctiſſimè 1587, 30. Auguſti. Arturus ibidem. Nobilis, vt diues origine, ſed plus virtute, obiit 1587.

V.

B. BENEDICTVS cognomento *Nig r*, Reformatus, Siculus, profeſſione laicus, & nuncupatus niger, quia natus ex fœmina captiua nigra. Obiit Panormi diuinis plenus benedictionibus. A Vadingo tom. 5. ann. 1427. num. 28. vocatur *Benedictus à S. Fratello*, & tom. 6. ad ann. 1451. num. 42. Vide Art. 25. Ianuarii. Quare dictus Nicolaus.

VI.

B. FRANCISCVS Solanus Beticus, Sacerdos, ſanctitate, puritate, & miraculis clarus, cuius conc ones etſi ſecundum ſapientiã huius ſæculi parum compoſitæ, & minus eloquentes, auditores tamen in Indiam occidentalem vehementer à vitiis retrahebant, & ad bonam frugem inuitabant. Obiit 1610. apud vrbem Liminenſem, cuius funus extitit celeberrimum; & nunquam quid ſimile ſpectatum in Peruuio, concurrẽtibus ad illud inuiſendum, & deoſculandum populis penè infinitis. In tantum, vt Liminenſis Archiepiſcopus, totius Regni Peruenſis Metropolita, & Ioannes Mendoſius Luna Prorex primi feretrum ſerui Dei deuotiſſimè detulerint. Vide Artur. die Iulii 13. Obiit 1610.

VII.

B. IOANNES de Ducla Sacerdos, à Ducla, ſeu Dualepolitanus Obiit 1484.

nus Prouinciæ Poloniæ cognominatus. Obiit anno Dom. 1484. omni virtutum genere, & mortuus miracula edidit. Arturus die Septembris 29.

VIII.

B. ANDREAS Hibernon. Prouinciæ S. Io. Baptiſtæ, laicus profeſſione ex Alcantarilla iuxta Murciam in Hiſpania. Qui cunctarum penè virtutum apicem tenens, virginitatem ſeruauit intemeratam, & dono prophetiæ, ac miraculorum glorioſus extitit. Obiit ann. 1602. die Aprilis 18. in quo conſule auctores apud Art.

Obiit 1602.

IX.

B. SEBASTIANVS de Apparitio, natione Gallæcus. In India occidentali habitum ſumpſit apud Minores Cœnobii Mexicani S. Franciſci. Virginitatem immaculatam cuſtodiuit, quamuis ante Ordinis ingreſſum ter vxoratus fuerit. Meritis plenus crebris miraculis nunc vſque fulget; obiens 1600. ſub dulci Laicorum iugo ætatis ſuæ 98. Religionis 26. Arturus vigeſimaquinta Febr.

Ter vxoratus virgo permā ſit.

Obiit 1600.

X.

B. PETRVS de Guarda Prouinciæ Portugalliæ, laicus pijſſimus, cuius tanta fuit vitæ auſteritas, atque rigor ad ſeipſum, tantaque charitas ad proximum, vt vix humana lingua exprimi queat. Vide Artur. die Iulii 27.

XI.

B. ANTONIVS Paganus Vinctus, Italus Sacerdos, & Ordinis dignus apud digniſſimum B. Frācifc. Gonzag. Miniſt. Gener. Secretarius. An verò idem ſit cum Antonio Pagano, cuius meminere præfatus Gonzaga par. 1. in Script. Ord. Vilotus verbo *Antonius,* Vadingus tom. 2. ad ann. 1256. ſub num. 47. me latet, inquit Arturus die Iulij 10. Niſi error ſit in illius agnomine; nam cum Vinctus dicatur, forſan Venetus eſſet melius apponendus: cumque idem foret, vti videre eſt apud præfatos auctores, & Poſſeuinum in Appar. ſacro, Choppinum lib. 1. Monaſt. tit. 1. §. 16.

Fuit Secretarius Ord. P. Gonzagæ in Italia.

Nonnulli alij Beati Confeſſores, quorum proceſſus fiunt in partibus coram Ordinarijs.

1. *B. Franciſcus Gonzaga* totius Ordinis Generalis Miniſter, & Epiſcopus Mantuanus.

2. *B. Raphael Serra* Prouinciæ Maioricarum olim tertiò Miniſter Prouincialis.

3. *B. Antonius Sobrino* Regis Catholici à ſacris concionibus, & Prouinciæ S. Ioannis Baptiſtæ Pater.

4. *B. Petrus Silleras* Prouinciæ Aragoniæ diffinitor.

5. B. *Ioannes Picus* laicus ibidem.

Omnium obl tus ac Art.

B. An-

6 B.*Andreas* Rodericus laicus ibidem. *V*ide de omnibus au-ctorem Martyrologii Franc. De priori 30. Aprilis. De poſteriori 10.Octobris. De tertio 21,Decembris. De quarto 21. Octobris. De quinto 31.Octobris. De ſexto 14.Nouembris.

Alij duo Beati Confeſſores, ad quorum proceſſus conficiendos literæ petuntur Apoſtolicæ.

I.

B.*Ioannes Hortulanus* laicus Prouinciæ Caſtellæ, cuius corpus Compluti requieſcit. Luſitanus fuit natione, Salmanticæ ſanctiſſimè vixit, nuncupatus *Hortulanus* ab horto, quem diutiſſimè excolens, eius anima *Hortus Dei concluſus* ſemper extitit, ac voluptatis Dei, *cuius deliciæ eſſe cum filijs hominum* Paradiſus. Ea verba,quæ ſemper in ore habebat, frequentius iterando, *O Ieſu Chriſte amor meus*, animam exhalauit 1501.die Ian.11.Art.ibid.

Quare vocatus Hortulanus.

Obiit 1508.

II.

B.*Ludouicus de Cruce*, laicus, Luſitanus, qui in Indiam orientalem traijciens admirabili ſanctitate enituit. *V*ide Arturum die Ianuarij 24.

DISTINCTIO VI.

Sanctæ, Beatæ, ac Venerabiles Virgines, Franciſcanæ Clariſſæ.

I SORORES, ſeu Moniales Franciſcanæ, aliæ Clariſſæ nuncupantur, aliæ Vrbaniſtæ, aliæ Tertiariæ,& ex his nonnullæ Clauſtrales clauſæ ſunt, nonnullæ verò extra clauſtra, & non clauſæ Criſiæque. Clariſſæ, & Vrbaniſtæ D. Claram communem Parentem, ac B.Franciſci primogenitam agnoſcunt. Reliquæ pertinent ad tertium Ordinem de Pœnitentia.

Regula, quam D. Claræ tradidit (non Innocentius III. vt decipiuntur nonnulli ex noſtris,quos citat, & conuincit Vading.to.2. opuſcul.ſed B.Franciſcus & vocatur prima Regula) idem ferè argumentum, eandem materiam, totidem capita, non diſſimilia præcepta, ſimillima omninò verba continet,quæ habetur in Regula Fratrum Minorum, cuius capita reſcripſimus ad finem primæ faciei. Nec immeritò, vt quos idem genuit Pater, diuerſa non diſcriminarent inſtituta. Eandem etiam paucis mutatis dedit fœminis Regulam Auguſtinus epiſt.109.quam pro ſeruis Dei conſcrip-

Regula ſanctimonialiũ D.Claræ.

ſcripſerat, & habetur tom 1. in fine. Confirmauit eam, & approbauit Innocent. IV. Quotquot ſtrictiſſimè, & ad vnguem veſtigijs B. Claræ inhærendo hanc Regulam obſeruant, Clariſſæ nuncupantur. Pariter & ſub Clariſſarum veniunt nomine quotquot laxiori modo viuunt. Hinc quædam à Cardinale Protectore, & ab Innocentio IV. nuncupantur, quædam verò Vrbaniſtæ ab Vrbano IV.

Capita Regulæ.

I Regula, & vita Sororum pauperum.

2 Qualiter recipi debeant.

3 De Diuino officio, & ieiunio, & quoties communicent.

4 De electione Abbatiſſæ.

5 De ſilentio, & modo loquendi, & locutorium ad cratem.

6 Qualiter Sorores non recipiant poſſeſſionem aliquam, vel proprietatem per ſe, vel per interpoſitam perſonam.

7 De modo laborandi.

8 Qualiter Sorores nihil ſibi approprient, & de infirmis Sororibus.

9 De pœnitentia Sororibus imponenda.

10 De viſitatione Sororum ab Abbatiſſa.

11 De Oſtiaria.

12 De Viſitatione.

Hunc Euangelicum, Apoſtolicum, ac Seraphicum numerum accepit ab humillimo Hierarcha

I.

III *S. CLARA* præclariſſima Virgo de Aſſiſio, eo felici, atque auſpicato anno naſcitur, quo & natus D. Antonius de Padua, ſcilicet anno 1195. ſub Cæleſtino III Vrſino, atque ex nobiliſſima familia Sciforum, vt protulimus in cap. 5. antecedentis faciei. Adhæret B. Franciſco, fitque ei Primogenita, ac Clariſſarum Virginum Princeps anno 1212. ætatis ſuæ 18. Sexagenaria obdormit in Domino Clara meritis, & operibus hæroicis pluſquam diebus plena anno 1253. ſub Innoc. IV. Canonizatur poſt duos annos ab Alxandro IV. Innocentij ſucceſſore ann. 1255.

II

D. Iſabellæ ortus ad an. 1220. IV *B. ELISABETA*, ſeù Iſabella Virgo S. Regis Ludouici ſoror, nata anno 1220. annis quinque, vel cum aliis S. poſt eius fratrem ſub Honorio III. Ab infantia Virginitatem Deo ſuo vouit. Extructo Monaſterio Longi Campi ſub auſpicijs S. Ludouici Regis ac Fratris ſui, inibi vitam ſanctiſſimam duxit vſque ad obitum, qui

Obitus ad an. 1269. contigit anno 1269. in ſede vacante. Propter frequentiam miraculorum eius Beata declarata eſt à Papa Leone Decimo. Qui & Adriano Boyſiſio Gallo Tit. Sanctæ Sabinæ Cardinali in Gallia Legato Apoſtolico iniunxit, vt de B. Virgine officium componeret, decan-

decantandum in die feſto ipſius, vt patet ex bulla Pontificia ſub datum Romæ apud S. Petrum anno 1520. Diſceſſit regia Virgo die 23. Februarij, tamen eius ſollemnitas celebratur 31. Auguſti ratione quadrageſimæ. Martyrol. Franciſc. eadem die. Ioannes Bachotus in faſtis Chriſtianis cecinit de ea.

Dies Feſtus 31. Aug.

Edita regali Francorum ſtirpe (quis auſit
O magnum verbum dicere?) parua fuit.

V B. *Ioanna* Regina & virgo, filia Ludouici XI. ſoror Caroli VIII. & vxor Ludouici XII. cum quo annis fermè 10. caſtè manſit, licet ab eo iniurioſius tractata, ſoluta à lege viri, auctoritate Apoſtolica. Inſtituit Religionem ſiuè ordinem Monialium Annunciationis B. Virginis, approbante ſibi regulam Romana Sede per Confeſſarium ſuum Fr. Gabrielem *Aue Maria* Franciſcanum. Summis virtutibus decorata, obdormiuit in Domino apud Bituricas die 4. Februar. 1505. ſub Iul o II. clara ſignis, & miraculis. De ea plurimi ſcriptores apud Martyrol. Fran. ad 4. Februarij.

Habeo apud me huius B. Reginę Eicones ære pulcherrimè impreſſos.

VI B. *Coletta* virgo ex Corbeia Veromanduorum oppido in Diœceſi Ambianenſi Ordinis D. Franciſci, & S. Claræ virginis in Gallia Reformatrix. Naſcitur anno 1380. ſub Vrbano VI. an. 1406. ætatis ſuæ 26. ex Tertiaria fit Clariſſa à Romano Pontifice Benedicto XIII. in Gallia demorante, qui ei velum impoſuit; cordam cinxit, benedixit, atque Abbatiſſam Reformatricem, & Matrem omnium ſororum inſtituit, præſentibus Cardinalibus, Prælatis, & Optimatibus, necnon & totius Ordinis Generali Miniſtro. Electo in Concilio Viennenſi legitimo Chriſti Vicario Martino V. voluit denuò inclyta, ac ſanctiſſima Coletta ſignis, & prodigijs, & vitæ ſanctitate, & auctoritate notiſſima ab eodem Pontifice velari, habitumque religionis indui. Obiit ſub Eugenio IV. prædicens mortis ſuæ diem Gandauii die 6. Martij 1447. vbi miraculis coruſcat, & magna veneratione colitur. Nonnullis datum officium de ea agere per Clementem VIII. 1604. Paulum V. 1610. Gregorium XV. 1622. Vrbanum VIII. 1625. qui & ann. 1626. ad inſtantiam Reginæ Matris Franc. Mariæ Medicææ (Regis Henrici IV. coniugis, Regis Ludouici XIII. Matris, Regis Ludouici XIV. ſuperſtitis Auiæ, quæ obiit Coloniæ). toti Ordini Minorum, & vniuerſo Regno Franciæ conceſſit.

B. Colettæ ortus. Profeſſio

Fit Clariſſa à Papa Benedicto XIII.

Indicitur eius dies feſtus, & offic.

VII Innumeræ aliæ Beatæ, ac Franciſcanæ virgines, quarum nonnullæ & Martyres etiam partim Clariſſæ, partim Tertiariæ extant apud hiſtoricos tam noſtros, quam alienos. Quas ordine alphabetico affert auctor Martyrol. ſunt plus minus.

Vna Agata Amarella virgo & Martyr 25. Ianuarij.

Agnes Aſſiſias, & Abbatiſſa Aſſiſii, ſoror S.Claræ, 16.Nouemb.

Aliarum virginum ſiue Clariſſarum, ſiue Tertiariarum catha logus.

Item alia Agnes Aſſiſias 3. Martii.Sunt & aliæ 13.de quibus idē auctor. 2.Aldonzæ. vna Alexandrina.vna Andrea. 4. Angelæ.9.Annæ. 8.Anonymæ. x.Antoniæ. 2.Balbinæ. 8.Beatrices. 2.Bernardinæ. 2.Blancæ, quarum altera

IV.

B Blancha virgo regia.

VIII B.*Blanca* virgo, Philippi Franciæ, & Nauarræ Regis filia, apud Monaſterium Longi Campi in Territorio Pariſienſi. Qui dicunt hunc Regem Philippum, Blancæ patrem, fuiſſe Philippum Pulchrum S.Regis Ludouici nepotem, toto Cælo eos aberraſſe demonſtrat idem auctor Martyrol.26.Aprilis.

Duæ Virgines etiam ſunt, nomine Bonæ; vna Birgitta Gonzales. 6.Cæciliæ, inter quas eſt

VI.

IX B.*Cæcilia* virgo, ex Sereniſſima Domo Gozaga, quam alibi in libris meis Genealogicè exhibui.

B.Cæcilia Gonzaga.

Genuit eam Franciſcus Mantuæ Marchio, ac Beata Paula Malateſta, de qua Martyrolog.ad 12.Martii. Et hæc B.virgo Cæcilia, genere, & ſanctitate illuſtris, alia prorſus eſt à Cæcilia eius nepte Tertii Ordinis Franciſcani alumna, filia Ludouici Gonzagæ Mantuani Marchionis, cuius meminerunt Iacobus Bergomas de Claris mulieribus c.174.ſed de hac noſtra in lib.1. cap.165. in fine, vbi de filiabus ipſius B.Paulæ. Vide etiam de alia Cæcilia Vadingum tom.6 ad ann.1471.n.11.

Vna Caſildes Calderoſſia, 2.Catharinæ, vna Chriſtina, vna Chriſtiana. 12.Claræ, excepta S.Clara, 3.Colettæ, quarum vna.

VII.

X B.*Coletta* virgo Germana, meritis,& virtutibus ſublimata. Hæc filia Rodulphi Imper.huius nom.I. Auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ conditoris. De ea auctores plurimi ſcripſere, quos citat auctor Martyrol.ad diem 4.Iunii.

B.Coletta virgo Germana ex Auguſtiſſima Domo Auſtriaca.

XI Vna Conſtantia; vna Dulcelina; 15. Eliſabethæ; vna Eſporellana; vna Euangeliſta. 3.Euphemiæ; vna Eugenia Felix, Abatiſſa Piſauri; vna Euſtochium; 4.Felices; vna Franca; 22. Franciſchæ; vna Ginebra; vna Gaudentia; vna Nandabona; vna Helſia; vna Helia; 3.Helenæ; vna Hieronyma; duæ Iacobæ; 19.Ioannæ, cum Ioanna Regina Galliæ memorata; 3.Iſabellæ, præter Iſabellam virginem Regiam prædictam; vna Iuliana; vna Iutta in Germania 19. Martii, ancilla S.Eliſabethæ viduæ: 7.Eleonoræ: 4.Luciæ: 2.Lucidæ: vna Lucretia: 6.Ludouicæ: quinque Magdalenæ: vna Manſueta: decem Margaritæ, inter quas

B. Iutta S. Eliſabethæ viduæ ancilla.

VIII.

XII B.*Margarita Columna* Romana; de ea Vadingus tom. 2.

ad

ad ann.1284.quo obiit num.4.& alii plures apud ipſum, ac Martyrol.Franc.die 30. Decemb. Eius corpus conditum eſt in Eccleſia Monaſterii S.Silueſtri, non autem S.Laurentii *Panis Perna*,vt mēdosè apud alios legitur. De B.Seraphina Columna vide infra ad viduas. Eſt & alia Margarita Parua nuncupata, virgo & martyr ad Mauritanos 26.Septemb.54.Mariæ; vna Mea, vna Modeſta; vna Pacifica; quinque Menziæ; 7.Paulæ, inter quas

De B.Catharina Columnenſi, vide etiam in ſeq. facie ad Principes Auſtr.

B.Catharina Bononienſis Virgo, Abbatiſſa nobili Familia Nigrorum.

X.

I NAſcitur anno Chriſti 1314. die Septembris 8.Deiparæ ſacro Natiuitati; ſed Ferrariæ eſt educata. Creſcente ætate, ita creuit hæc egregia Monialis Franciſcana virtute, & Sanctitate vitæ; quod annos nata 11. ſuperno impellente ſpiritu, D. Claræ Ordinem ingreſſa apud Monaſterium Corporis Chriſti Ferrariæ, talem vitæ rationem inierit, vt ab eo qui temporum interuallis ad docendum non habet opus, breui inſtrueretur, & Diuinis viſionibus,quas frequentes habuit, aptaretur. Multas enim reuelationes habuit,tum de Verbi Incarnatione, tum de B. Deipara,& de Seraphico P. S. Franciſco; alijſque Sanctis & Angelis. Vidit enim animam Beati Ioannis de Toſſiano, Epiſcopi Ferrariæ Cœlum inter Angelorum agmina euolantem. Eius ad venerabile Euchariſtiæ Sacramentum deuotio incredibilis omninò fuit: cum integras noctes, eaſque plurimas inſomnes illius contemplationi intenta duxerit. De reliquis verò eius virtutibus id tantum dixerim, quod fuerint omni ex parte perfectæ. Monaſterium Ferrarienſe ſtuduit pro viribus reformare, & in priſtinum ſplēdorem adducere: quod vt factum eſt,Bononiā cum 15.Soribus ſocijs exindè perrexit vbi aliud cœnobium fundauit, extruxitque cuius prima extitit Abbatiſſa ann.1456. quod admirabili prudentia, & vitæ ſanctitate rexit.

Eius ortus,& educatio.

Ferrariæ fit Clariſſa anno ætatis vndec.

Reuelat. & viſiones cœleſtes.

Deuotio in Euchariſtiā.

Reformat Monaſt.Ferrariæ.

II Tandem multis perfuncta laboribus Bononiæ apud Monaſterium Corporis Chriſti obiit, è vita deceſſit ann.1463. cuius ſacrum corpus incorruptum hucuſque perſeuerans, ſumma veneratione habetur. Quod neceſſariis quibuſdam de cauſis, ab eius ſeparatione ab anima diuerſas ſedes tenere coactum eſt. Nam primò in communi ſororum ſarcophago tumulatum; inde opera Illuſtriſſimi Cardinalis Angeli à Capranica tit. S. Crucis Bononienſis Legati, ad loculum in modum altaris ſibi erectum non procul à venerabili Euchariſtiæ Sacramento translatum fuit. Vnde quoque exigentibus id piis Bononienſium deſideriis exhumatum, propè cratem ſedens, omnibus proſpiciendum extitit, facie, manibus,

Moritur Bonon. vbi eius corpus incorruptum veneratur.

 pedi-

pedibuſque diſcoopertis, cui & ſequens hæret Epitahium.

Epitaphium ad eius corpus ſedens.

Hoc corpus, quod cernitis incorruptum D.Catharinę Bononienſis eſt, quæ Monaſterium prima cum paucis ædificari curauit: Quod multos annos mirabili ſanctimonia rexit, & gubernauit. Cum verò ex humanis deceſsiſſet, humi ſepulta fuit, cuius corpus decimonono die poſt ipſius exequias maximo populi concurſu, & totius Ciuitatis admiratione integrum (vt nunc cernitis) & odore ſuauiſsimo fragrans, repertum eſt. Multa quoque ſigna, ſanctitatem eius atteſtantia ſubſequuta ſunt. Obijt anno Dom. 1463. die 9. Martij.

Eiuſdē corporis fragrātia.

Quapropter in ipſius inculpatæ vitæ teſtimonium, Deus corpus eiuſmodi mira fragrantia, atque cælico liquore perſudit; quo qui liniebantur, licet grauiſſimis implicarentur infirmitatibus, incolumes omninò euadebant. Infinitis poſtmodum coruſcauit miraculis; quare ex conceſſione Papæ Clementis VII. feſtum ipſius celebratur hac die à ſororibus præfatorum Monaſteriorum Bononienſ. & Ferrarienſ. Dionyſius Paleotus Franciſcanus ſcripſit officium, & miſſam, quæ in anniuerſaria die eiuſdem Virgin. decantatur; quæue ab eodem Summo Pont. confirmata eſt. Inde Clemens VIII. nomen ipſius virg intra Martyrolog. Romanum referri iuſſit. Chriſtophorus Verruchinus egit de magnitudinę B. Catharinæ Bononienſis. Iacobus Graſſetus edidit Italicè vitam ipſius an. 1610. & 1619. Brautius in Martyrolog. poetico. Vadingus tom. 5. ſup. lib. ad ann. 1431. §. 20. Item tom. 6. ann. 1455. §. 118. ann. 1463. §. 110.

Eius feſtum ex conceſſione Clement. VIII.

Refertur in Martyrolog. Rom.

Plurimos alios Scriptores vide apud Martyrol. Franciſc. die 9. Martii, qui eſt dies S. Franciſcæ viduæ Romanæ, & ipſa ex Tertio Ordine Franciſcano, vt idem Martyrolog. refert. In opuſculo Italico cui titulus *Bologna perluſtrata*, auctor verò Antonius de Paulo Maſini ad fol. 262. ita breui de ipſa Catharina: ...

De B. Catharina Italicè.

V B. *Catarina Vigri Abbadeſſa di Bologna in età d'anni 49. in Mercordì alle hore 15. morì; feſta alle Monache del Corpus Domini, doue ſi vede il ſuo corpo in carne, & oſſa poſato ſopra ad vna ſedia. Frà gli altri miracoli di queſta gran ſerua di Dio, con grande ſtupore accadè, che quel ſacro corpo del 1463. portato in Chieſa*

dopò

dopò eſſer ſtato 19. giorni ſotto terra, s'alzò à ſedere non altramente che ſe viua ella ſtata foſſe, & incrociate le mani, al Santiſſimo Sacramento chinò tre volte il capo. Fece anco cenno con la mano à Leonora Poggi nobile fanciulla di 11. anni, e le diſſe con voce inteſa da tutti, vieni oltre Leonora, e di nuouo replicò, mettiti all'ordine, perche voglio, che tu ſij la Monaca mia diletta, cuſtode di queſto mio corpo, ilche eſattamente ſucceſſe, poiche prima di 9. anni ſi fece Monaca, e ne fu fatta cuſtode, & vn giorno facendole deuanti oratione, la B.Catarina *con dolce ſguardo, poſtaſi le mani in crote, chinò verſo di lei il capo, e finalmente hauendo con raro eſempio di ſantità viuuta, di ſettantaſette anni paſsò da queſta alla beata vita il 1529.*

Illud vocabulum, ſiue agnomen Italicum *Vigri*, fortè corruptum eſt, & loco *Nigri* poſitum, ſi vera eſt Vadinghi ſententia, quod è periIluſtri Nigrorum genere emerſerit B.Catharina, &c.

XI.

IV B.*Paula* virgo Gõzaga, Sereniſſimi Federici I. Mantuæ Ducis ſoror vterina. De hac Heroina verè ſanguine ſerena, ſed sereniore virtutibus Vadingus to.5.ad an.1420.§. 10.& alii plures apud eum. vna Petronilla; vna Pierona: vna Salomea, quæ & Salonica; vna Sancia; duæ Scolaſticæ; vna Seraphina Romana in Monaſterio Sancti Coſmæ Abbatiſſa. vide Martyrol. ad diem 20. Octob. vna *B.Paula Gonzaga.*

XII.

V *B.Victoria Gonzaga.* Moritur anno 1490. Mantuæ, virgo religioſiſſima, progenie nobiliſſima, virtute, & religione non ſolum conſodalibus, verum etiam vniuerſis ciuibus gratiſſima, ſummiſque honoribus digniſſima. Vading. tom.7. ad ann. 1490.n.8. Martyrol. Franc. die 19. Decembr. vna Vrſula: vna Ziga, ſiue Zingua, quæ & *B. Victoria Gonzagæ obitus, & prærogatiuæ.*

XIII.

VI *B.Genegunda* virgo, S.Eliſabethæ Hungariæ Reginæ germamana, Belæ Regis Hungariæ filia, vxor verò Boleslai Pudici, Poloniæ Ducis, cum quo annos 40. immaculato thoro in perpetua caſtitate tranſegit. Vidua & virgo poſt viri ſui diſceſſum. Obiit anno 1292. aliis 1294. Agitur de eius canonizatione, de qua primò ſub Vrbano Octauo ad ann.1628. Vading. tom.2. 1279. num.6. & vlterius in tomis 2.& 3. vide apud Martyrolog. Franc. 14. Iulii. *Ann.40. ſeruat cũ coniuge virginitatem.*

Has virgines deſumpſi ex auctore Martyrolog. nec deſunt aliæ apud alios hiſtoricos, ad quos lectorem remitto. At minimè relinquenda eſt.

XIV.

VII Venerabilis virgo Clariſſa Sanctimonialium noſtri ſæculi decus, & norma plus ſanctitate, quam ſobole illuſtris *Soror Franciſca* Farneſia, cuius clariſſimus ortus ad ann. 1294. ſub anno ſecundo *De venerabili ſanctimoniali Franciſca Farneſia.*

do Clementis Octaui die Ianuarii 6. Epiphaniæ Domini ſacro, ac propterea exortæ infantis (vrbi, & orbi mirificè reuelandæ) natalibus auſpicatiſſimo admodum. De eius proſapia (ex qua Romanus Pontifex Paulus Tertius, cui parens Petrus Aloyſius Farneſius Montis Alti Dominus) cum Auguſtiſſima Domo Auſtriaca affinitate iuncta, iam breui adnotaui agens de matrimoniis Auſtriacis.

Eius nomen in Baptiſmate.

VIII Noſtra Dei ſerua Franciſca, quæ *Quæ ſtulta ſunt mundi elegit, vt huius mundi ſapientes, & nobiles cōfunderet*, & in Baptiſmate Iſabella nuncupata eſt, de parentū ſuorum in Deum pietate, ſed de progenie nihil, ſemper gauiſa eſt. Sibi genitor Pius Toparca Marius Farneſius, Farneſii, ac Lateræ Dominus; Genitrix verò Camilla Lupi, Marchionis Soragnæ Inſubri ex illuſtri familia progenita. Proles duodecim, ſex maſculæ, & totidem fœminæ ex tam ingenuo connubio feliciter prodiere veluti Chriſtiani Zodiaci ſigna, inter quæ Franciſca noſtra in Virginis ſigno collocata, Solis officium itidem ageret, ad ea vtique ſanctimonia, caſtimonia, atque omnium virtutum ſplendore perenniter illuſtranda. Sex maſculæ, maſcula quoque, egregiaque exercitia, vt par erat generi, indoli, at dotibus, amplexæ ſunt. Sic Diophebus primonatus Patriarchali Hieroſolymæ tyara inſigniri promeruit. Petrus regimini Ducatus Lateræ applicari. Franciſcus militari diſciplinæ adſcribi; Hieronymus ſuperſtes Cardinalitiam purpuram condecorari; Paulus Societatis Ieſu Ordinem, Fernandus verò, vulgò Ferrante, Equitum Melitenſium Religionem profiteri.

Inter 12. eius fratres, & ſorores veluti ſignū, & Sol.

IX Reliquæ Fœminæ, maribus fratribus generoſitate morum minimè inferiores, quinimò & maiores. Quandoquidem tres poſteriores, ſcilicet Victoria, Virginia, Margarita, pariter & ipſæ, quemadmodum & Iſabella, hoc eſt Franciſca (ſic enim in ordine D. Claræ nuncupari elegit) Clariſſæ effectæ ſunt. Iulia primo nata nupſit Ioanni Albritio Vetranæ in noſtra Hidruntina Regni Neapolis Prouincia, nobili, ac ditiſſimo Principi, quo extincto obiit eius digna, ac ſanctiſſima conſors apud Matronas Romanas in domo Oblatarum, quam S. Franciſca Romana fundauit; magnum integerrimæ vitæ poſt ſe nomen, nomini ſorori ſuæ Franciſcæ haud impar, relinquens.

Tres eius ſorores, & ipſæ Clariſſæ.

Octauia altera Marchioni Rangonio elocata fuit. Duo ex Iulia geniti adhuc ſuperſtites, & eo quidem generoſiores, quo in aduerſam fortunam impauido pectore fortiores, alter Vetranæ Princeps *Ioannes Antonius*, cuī ſumma hæreditas hæreditati temporaneæ haud quaquam æquiparanda, nobile ac diues ingenium, animi conſtantia, ingenua conuerſatio. Alter verò Eccleſiaſtica Toga candore morum, conſcientia bona, literis notus, in Congregatione de Propaganda ex ſecretis Rector, & in Baſilica Principis

Iulia primogenita vidua obiit apud Domum Oblatar. Roman

Apo-

Apoſtolorum Canonicus, cui nomen Marius Alberitius Farneſius. Scripſit nouiſſimè Italico, ac lepido, religioſoque idiomate Franciſcæ noſtræ vitam, & virtutes vir eruditus D. Andreas Nicolettus ex S.Laurentii in Damaſo Confeſſorum Congregatione, cuius liber Romæ impreſſus eſt anno 1660. & Sereniſſimæ Lucretiæ Barbarinæ Eſtenſi dicatus.

Quis ſcripſit vitam,& virtutes Sororis Franciſcæ.

Plenam dierum,& meritis decoram obiiſſe venerabilem Franciſcam ipſe eius vitæ auctor teſtatur. Eius obdormitio in Domino ad 1651.in die Martis, cum vixiſſet annos 58. menſe 9.& dies vndecim, & in Religione 43. ita ipſemet Scriptor Nicolettus in cap.13.lib.4.

DISTINCTIO VII.

Sanctæ, ac Beatæ Viduæ Franciſcanæ Clariſſæ, & Virgines, & Viduæ Tertiariæ.

I MEMORABILES, ac Sanctæ memoriæ viduæ Franciſcanæ quamplurimæ profectò, ac dignæ pariter, vt locum habeant in Martyrologio Franciſcano. Ex illis, quas hic commemorare ſtudui, nonnullas tantum deligo. Et quidem ex Ordine Diuæ Claræ ſolum quatuor valdè conſpicuas, ſplendore, genere, & perfectione Sanctitatis celebres nunc breui perſtringam.

Ex Ordine D. Claræ.

I.

II Beata, ac illuſtris vidua Matrona *Hortulana* S. Claræ promerita Parens, necnon & Agnetis, & ipſa quoque ex paterno ſtēmate Clara orta natalibus; vitæ etiam ſanctitate celebris. Vide D.Antoninum cap.6.apud Vading. mox ſtatim citandum. Ipſam extitiſſe ſanctimonialem, & ex filiarum inſtituto, & in vita, & poſt mortem, ſignis, ac miraculis claruiſſe, ſcribunt quamplurimi hiſtorici. vide Vadingum tom.2.Annal.ad ann.1253. num.25.& t.1. ad ann.1212.num.13. & 14.& multos alios apud Martyrologium Franciſcanum 3.Ianuarii.

B.Hortulana D.Claræ Mater.

II.

III *B.Sancia* Regina vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, & Maioricarum Regina,è claro Regum Aragonorum ſanguine, de quo inferius, procreata. *V*ir eius ex Tertio S.Franciſci Ordine Robertus Rex, cognatus verò ex eodem viro S.Ludouicus Epiſcopus

B.Sancia Regina Siciliæ.

Ord.

Ord. Minorum. Defuncto viro, anno primo ab eius obitu habitum Religionis D. Claræ ex prima Regula, & arctiori ſuſcepit manu Miniſtri Generalis Ord. Minorum Fratris Fortanerii Veſſalli.

IV Iſta habiti ſuſceptio contigit anno Domini haud 1356. vt mendosè habetur apud S. Antoninum §. 17. tit. 24. cap. 9. Hiſt. (qui tamen in cæteris ibi ab ipſo conſcriptis ſequendus eſt) ſed anno 1343. Antonini verba haud pigebit hic apponere. *Eodem anno idem Generalis recepit ad Ordinem S Claræ illuſtriſſimam Dominã Sanciam de Maioricis, Siciliæ, & Hieruſalem Reginam, ac inclyti præfati Domini Regis Roberti relictam; quæ ob feruorem paupertatis omnia mundana contemnens, in Monaſterio S. Crucis de Neapoli ſub prima, & artiori regula S. Damiani ſororum, elegit Domino, ſibi nihil temporale relinquens, perpetuò famulari, quod Monaſterium viuit de eleemoſynis præcisè per Fratres mendicatis. Et tantum dedit inauditæ humilitatis exemplum, quod proprium nomen, & titulum Regni volens dimittere, eidem Generali humiliter ſupplicauit; vt præcepto ſuo firmaret; quod de cætero nullus frater, vel ſoror, vocaret eam Dominam Sanciam, vel Reginam, ſed ſororem Claram, & ancillam ſororum S. Claræ, quod & factum fuit. Hæc Domina Regina multa Monaſteria ſororum S. Claræ, & alia Ordini Minorum ſubiecta ob deuotionem Ordinis conſtruxerat, viuente adhuc coniuge eius D. Rege Roberto, & intra Ciuitatem Neapolitanam quatuor Monaſteria Ordini ſubiecta conſtrui fecit, videlicet Monaſterium præfatum Corporis Chriſti (vbi Rex Robertus eſt ſepultus ſepulchro marmoreo ſculpto, figuris pulcherrimo: quod Monaſterium miris ædificijs, & redditibus, & ornamentis, & reliquijs eſt dotatum: in quo ferè ducentæ ſorores, & quinquaginta fratres morabantur conuentualiter) Monaſterium S. Mariæ Magdalenæ, & Monaſterium S. Mariæ Aegyptiacæ, & Monaſterium S. Crucis: in quo in paupertate, & humilitate maxima vixit, & vitæ curſum feliciter conſumauit.*

D. Antonin. de B. Sancia Regina.

Magnum humilitatis exẽplum in iſta Regina.

Plura monaſteria cõſtruxit.

V In eo igitur vltimo Monaſterio ad vltimum vſque habitum ſanctiſſimè vixit, ieiuniis, ſilentio, orationi, aliiſque piis operibus Domino fideliter deſeruiens, & moriens ann. 1345. iuxta ſummum Altare ſepeliri voluit. Agunt de ea multi Scriptores apud Vading. & alii quamplures apud Martyrol. Franc. die 28. Iulii.

Eius obitus, & ſepultura ad an. 1345.

III.

VI B Conſtantia S. Eliſabethæ Portugalliæ Reginæ glorioſæ Mater, Vidua & Aragoniæ Regina, filia Manfredi Regis Neapolis, à quo Vrbs Manfredonia ædificata. Fuit autem Manfredus filius nothus Federici II. Imperatoris, quem ab ipſomet filio Tarenti puluinari ſuffocatum fuiſſe alibi ſcripſi. Conſtantia verò nupta Petro Aragoniæ Regi (à quo Veſperæ ſiculæ decantatæ) eo dehinc

Parens, & coniux Beatæ Conſtantiæ.

mor-

mortuo anno 1285. habitum S. Claræ aſſumpſit ann. 1290. atque in eo vixit: obiitque ſanctiſſimè anno 1301. De ea Vading. pluribus in locis,& ad diem Iulii 17.Martyrol Franc.plures alios ſcriptores adducens. Eius obitus ad ann.1301.

IV.

VII B. Eliſabeth Malateſta,quæ ſpretis mundi, & carnis illecebris virtutum omnium ſpecimen euaſit. Petrus Gentilis Varanus Camerini Princeps ſibi coniux primum, deindè eo defuncto, Alexander Sfortia Piſauri Regulus. Ipſa verò relicta Vidua,corpore procera, vultu veneranda,& moribus gratiſſima S. Claræ Fulginei amplexa eſt inſtitutum.Sororum omnium, quibus humillimè ſeruiebat, cõciliauit amorem,& reuerentiam.Inde Peruſiam profecta anno 1448.Monaſterium Montis Lucis incoluit vſque ad ann.1456. donec à Calliſto III. cum ſororibus octo Vrbinum amandata eſt. Nouum ibidem Monaſterium conſtructum, ſuo magiſterio formatura, vbi poſtquam religioſiſſimas creauit diſcipulas, magna pietatis opinione, nec minus virtute, quam genere nobiliſſima, abijt in Cœlum circa ann. 1477.Vide Iacobellum de Sanctis Fulginatibus ad 22. Iulii Vading. tom. 7. ad ann. 1477. n. 14. poſt Iacob. Bergom. de claris mulieribus cap. 152 apud Martyrol. Franc 12. Octobris. Fit Clariſſa Fulginei. Eius obitus ad an.1477.

V.

VIII B. *Seraphina* Columnenſis, obijt Piſauri anno 1478. Filia extitit Guidi Antonii Comitis Montis Feretri, & Catharinæ Columnæ. Martini V. ex fratre neptis. De ea Vadingus tom. 7. anno eodem ſub num. 57. & ſequent. vbi de eius genere, & prudentia, detruſione in monaſterium, infamiæ oneratione, qua Deus exonerata ſcelus vltus eſt. De plurimis ei à coniuge illatis moleſtiis, & quomodo fieret Clariſſa, maritus illatæ iniuriæ pœniteret, virtutibus clarceret, præfecta fuiſſet Monaſterio, ac tandem miraculis cælitus illuſtrata. Scribunt de ea quamplurimi apud Arturum die Septemb.8.paragr.11.

Tertiariæ non clauſtrales Virgines, & Viduæ.

I ET multus pariter harum Heroinarum, Seraphico B. Franciſci igne accenſarum, vſque ad hæc noſtra tempora cathalogus. In Sanctarum Mulierum faſtis eo fermè tempore, quo & B.Hierarcha, ac Patriarcha Franciſcus adſcriptus, & ab eodẽ quoque Pontifice conſcripta,Princeps Anteſignana eſt

I.

II *S.Eliſabetha* Lotharingia Regina Hungariæ, ac S. Eliſabeth Portugalliæ Reginæ,auiæ ſoror, licet haud eadem paterna ſtirpe

Nn oriunda

S. Eliſabetha Reg. Hungariæ progenies. oriunda. Progenuit enim eam Rex Hungariç Andreas Secundus, locauitque in matrimonium Ludouico Lantgrauio Turingiæ. Fuit Andreas Secundus Rex, qui & Hieroſolymitanus nuncupatus filius Belæ Tertii Regis, fraterque Emerici Regis maioris natu, qui ex Conſtantia vxore, Regina Aragoniæ, filia Alphonſi Secundi Regis, S. Eliſabethæ alteræ proaui, nullam prolem ſuſcepit. Andreas, ſuſcepto Regni diademate, ex priori coniuge Gertrudę genuit Belam IV. Regem, Colomannum, Regem Haliciæ in Ruſſia, Andream Stemmatis Crouiaci conditorem, & S. Eliſabetham noſtram, Tertiariatum Franciſcanarum Primipilam. Sed ex altera coniuge Beatrice, Aldubrandini Marchionis Eſtenſis filia (hic Aldubrandinus gradibus 10. diſtat recta linea à Ducibus Eſtenſibus Mutinæ modernis) procreauit duos liberos, Holeſiam vxorem Iacobi Regis Aragoniæ, quę genuit Petrum Tertium Aragoniæ Regem; patremque S. Eliſabethæ alteræ.

Sibi nouerca Beatrix Eſteſis.

III Itaque S. Eliſabetha Landgrauia ſoror extitit auiæ matris S. Eliſabethæ præfatæ; ac per conſequens hoc pacto tantum illius matertera. Procreauit etiam Andreas Secundus Rex ex eadem ſecunda coniuge Eſtenſe Stephanum poſthumum in Italia natum. Qui ex Tomaſina Maurocena, Venetiis, vbi aufugerat, ducta, edidit Andream, Venetum dictum, qui Ladiſlao interempto, diadema ſumpſit. Obiit atais cum conſorte ſua Agnete Auſtriaca, filia Alberti Primi Imperat. ac vidua Principis Romani de gente Columnenſi, vt ex hiſtoricis Germanicis alibi pluries adnotaui. Ex qua hiſtoria colligimus etiam Principes Eſtenſes propter eandem Holeſiam, ſororem paternam S. Eliſabethæ primæ, vxoremq; Iacobi Regis Aragoniæ, S. Eliſabethæ ſecundæ aui, cum eiſdem ſanctis mulieribus Franciſcanis aliqualem cognationem habere.

Vide tom. 3. auct. de matrim. Auſtriacis.

Vt autem genus S. Eliſabethæ noſtræ melius intelligatur, ſubiectam graduationem exhibere propoſui.

GENVS S. ELISABETHÆ LANDGRAVIÆ

Franciſcanæ, Reginæ Vngariæ. Quæ & Auiæ S. Eliſabethæ Aragoniæ Portugalliæ Reginæ fuit Soror.

Ex Elia Reuſnerio vbi de Regib. Hungar.

I TOxis, Atilæ Hunnorum Regis trinepos, Dux Vgronum, parens Geyſæ, qui ex vxore Sarolta, Geile Tranſiluaniæ Vniuodæ filia, genuit S. Stephanum Ducem, deinde Hungariæ Regem, anno 1038. in Domino requieſcentem. Cuius filius Emericus (Annales Baiorum Henricum vocant) vitæ ſanctimonia celebris, regiiſque virtutibus inclytus morte immatura ante patrem obiit 1131. Adoptauit S. Stephanus Petrum Alemanum nepotem ex

S. Steph. Rex non habuit ſucceſſionē.

ſorore

ſorore Giſala, ſed deceſſit Petrus ſine ſucceſſione. Hinc ſucceſſit

|

Michael, Toxis filius, S. Stephani patruus, Geyſæque frater, Dux Vgrorum, ſiue Hunnorum

|

Ladislaus Caluus Princeps Vgrorum, vxor N. Roxuma, ſiue Ruthena

|

Andreas Rex Vngarorum, obiit 1059. vxor Agmunda Dux Ruthenorum.

|

Bela Rex Vngarorum, Andreæ frater, mortuo Pannoniæ Rege, illius filio, ac ſucceſſore in ſolitudine, & eius vxore Rudita, Henrici III. Imper. filia. Obiit Bela 1063. Eius vxor N. Meſiconis Poloniæ Regis filia.

Hic Bela primus omniũ apud Vngaros ex argento pronepta ſignauit.

|

Geyſa Magnus Rex, obiit 1077. cui ſucceſſit frater.

|

Almus natu minor, extincto Ladislao fratre Pannoniæ Rege, iuſto, pio, & ſancto anno 1093. item & Colomanno Vngariæ Rege, filio maiori Geyſæ 1116. mortuo, & Colomanni filio Stephano II. Rege ſine poſteritate 1135.

Hic Rex fuit vir mitioris, ingenio, & indole præſtans.

|

Bela II. cognomento cœcus, à patruo priuatus luminibus, poſt Stephanum patruelem mira ſapientia cuncta diſpoſuit. Obiit 1145. regni decimo, ſepultus Albæ, vxor Elena, viri Macedonis Auguſtalis Comitis filia.

|

Geyſa II. Rex, & primogenitus, cui fratres, Ladislaus Princeps Pannoniæ, Stephanus Princeps Vngariæ, Almus ante fratres extinctus, & Gertrudis Miecislai Regis Poloniæ vxor. Obiit Geyſa II. 1165.

Priuatus luminibus, ſed non prudentia.

|

Bela III. Rex ſecundò natus, mortuo Stephano III. Rege primogenito ſine ſucceſſione, cui vxor Agneta, Henrici Ducis Auſtriæ filia, ann. 1176. regni ſui 10. obiit Bela III. ann. 1199. regni ſui 23. vxor Margarita, filia Ludouici VII. Regis Galliæ.

Iuſtus, & ſeuerus ſimul.

|

III *Andreas* II. Rex Hieroſolymitanus dictus, cui frater primogenitus Rex Vngariæ Emericus, Conſtantiæ Reginæ Aragoniæ maritus, obiit 1207. Ipſe verò Andreas fratris ſucceſſor, fraterque Conſtantiæ, coniugis Primislai Othocari Regis Bohemiæ, matriſque Venceslai, item & frater Mariæ, vxoris Iſaaci Angeli Impera-

Plus æquo imperandi in eo cupiditas.

Nn 2 toris

toris Conſtantinop. deindè Balduini Flandrici eiuſdem Imperij Monarchæ. Obijt Andreas 1238. Regni 30. Eius vxores tres, ex priori Maria ſterilis. Ex ſecunda Gertrude Carintiæ Ducis filia, cum Vadingo tom.1.ann.1209. quatuor proles ſuſcepit.

I

Bela IV. Rex, viuo patre coronatus: obijt 1271. vxor Maria Emmanuælis Imperat. Bizantini filia.

I

Stephanus IV. Rex Pannoniæ, & Dalmat. obijt 1277. vxor Fenuenna, Zemomyſli Ducis Vladiſlauienſis in Moſauia filia.

I

Maria (Ladislao III. Rege fratre miſerabiliter occiſo anno 1290. Regni 13. atque Andrea Veneto ſine ſucceſſione mortuo) hæres Regni. Vxor Caroli Claudi Regis Siciliæ, & Neapolis, nepotis S. Regis Ludouici ex fratre Carolo Rege. Mater quindecim liberorum, inter quos S. Ludouicus Epiſcopus Toloſæ, vt in ſtemma Regum Neapolitanorum ex Andegauenſi Sobole.

Vide ſin 3. tomo auct. cit. fusè.

I

Colomanus Rex Haliciæ in Ruſſia.

S. Eliſabetha Ludou. Turingiæ Landgrauij vxor.

Andreas tertiogenitus ſtemmatis, ſtirpis, ſeu ſobolis Crouiaci Conditor, & fundator.

Tertia Andreæ Regis vxor, ac S. Eliſabethæ Lãdgrauiæ Nouerca,

Beatrix, Aldubrandini Marchionis Eſtenſis filia, ex qua Holeſya, vxor Iacobi Regis Aragoniæ, ac S. Eliſabethæ Aragoniæ Reginæ Portugall. auia paterna.

A Beatrice etiam

I

Stephanus poſthumus, cui vxor Tomaſina Maurocena.

I

Filius Andreas Venetus Rex, Ladislao interempto, ipſe verò ſine ſucceſſione extinctus ann. 1301.

I

IV Carolus Martellus, Princeps Salernitanus, Rex Vngariæ obijt 1342. vxor Clementia, filia Rodulphi Hasburgici Imper.

I

Carolobertus Rex Vngariæ patrem morte præuenit. Vxor Eliſabetha, Regina Poloniæ.

I

Ludouicus, à Caſimiro Poloniæ Rege adoptatus, patri in Regno Vngariæ ſucceſſit. Obijt 1383. Et eius frater Andreas, *Rex Neapolitanus*, maritus Ioannæ I. Auerſæ ſtrangulatus 1345. vxor Ludouici Eliſabetha, Stephani Bari Boſuenſis filia. Ex qua duæ *Reginæ*.

Andreas Rex occiſus.

Maria

Maria Regina Vngariæ, nupta Sigiſmundo Imperatori, & Regi Bohemiæ, qui præfuit Vngariæ annis 50. Ex Barbara Ciliciæ Comite ipſi nata Eliſabetha hæres, Alberto Auſtriaco nupta, qui ſocero cum Imperio Romanorum cæteris regni ſucceſſit: Genuit Ladislaum Minorennem Regem, qui obijt apparatu nuptiarum 1457. Ei ſucceſſit Matthias Coruinus Ioânis Hunniadis filius, ſed Apoplexia extinctus 1490.

Eduigis Regina Poloniæ nupſit Vladislao Iagelloni, Duci Lituanici, qui ex Sconza Ruſſa.

I

Eliſabetha Regina, nupſit Caſimiro Regi Poloniæ, ac magno Duci Lithuaniæ, qui obiit 1412.

I

Vladislaus II. Primogenitus Rex Bohemiæ, & Vngariæ, obijt 1517. vxor Anna Comes Candalle in Aquitania.

V *Eliſabetha*, poſtea Anna nuncupata, Regina Vngariæ, & Bohemiæ Ludouico II. fratre in cunis Rege declarato à Solimano victo, & in fuga extincto 1526. nupſit Cæſari Ferdinando Auſtriaco, qui iure hæreditario regnum Vngaricum, ac Bohemicum recepit, quod poſtea tranſijt eodem iure Maximiliano Auſtriaco Cæſari, & ex illo Rudolpho II. Imper. indeque ad alios poſteros Domus Auſtriacæ. Regnum Hungaricum, & Boemicum ad Auſtriacos.

VI Igitur S.Eliſabethę Landgrauiæ genus gaudens S.Stephani Vngariæ Regis ſanguinis communicatione per feminas, deindè traſmiſſum eſt ad Auſtriacos Principes, inter omnes chriſtiani orbis Principes adeò pios, & catholicos, ac per conſequens eius ſtirpis, tum per S.Stephanum, tum per ſeipſam ſanctiſſimæ, vt participes fierent, certè benemeritos.

Hanc ſanctiſſimã, ac fortiſſimam mulierem, & Reginam Eliſabethã ſequutæ (præter neptem ſuam ſibi parem) tres aliæ Eliſabethę, quas ſciam, & ipſę egregiſſimę, ac Seraphicę; ſed nec tanta virtute præditę, nec tanto merito inſignitę, cum nondum Eccleſia eas aut canonizauerit, aut ſaltem Beatas declarauerit. Deuotiſſimam, atque omni commendatione dignam nuncupat Gonzaga in Prouin. Vltramontana S.Gabrielis Conu.II. *Eliſabetham Lupetiam Villæ nouæ, quæ zelo charitatis incenſa quicquid bonorum ſibi poſt viri mortem reliquum fuit, pauperibus liberaliſſimè erogauit. Quæque domum quandam à diro incendio ſigno crucis miraculosè vindicauit, aliaque miracula fecit*. Vide Marianum lib.6. cap.8. ex Baptiſta Moles in ſuo memoriali præfatæ Prou. Thielmans tom.2. vitarum Sanctarum Seraphici Ordinis, & nouiſſimè auctor Martyrol. die Septemb.25. Eliſabetha Lupetia.

Sunt

VII Sunt etiam poſt veſtigia S. Eliſabethæ Lotaringę, & eius neptis illinc Eliſabetha Polona Budæ 22. Decemb. iſtinc verò Eliſabetha Poncia Lorcæ 30. Aprilis, de quibus idem auctor Martyrol. ſcribit. Ortus S. Eliſabethæ noſtræ 1207. quando B. Franc. conuerſus eſt ad Dominum; ſponſata in cunis ad ann. 1209. in quo incepit Ordo Seraphicus. Vading. tom. 1. ad ann. 1209. num. 40. Obitus eodem anno, in quo obijt D. Antonius, ſed non eodem menſe; nam D. Antonius de menſe Iunij; ipſa verò de menſe Nouemb. 19. in quo eius diem feſtum celebrat Eccleſia. Inter concionatores, ac laudatores, quos meruit habere hæc regia mulier, cuius vitam, geſta, & miracula innumeri ſcriptores adnotauere, præcipuus quidem Seraphicus Doctor Bonauentura, qui tom. 3. operum concione de Sanctis 64. *Dormi ſecurè* de ea ſermonem habet. Canonizauit eam, vt dictum eſt anno 1232. Gregorius IX. Vading. in tom. 1. omnia memorabilia huius Sanctæ Reginæ luculenter proſequutus eſt; nos in præſenti parua de eius humillima patientia modò lectori ſubiicere excogitaui, docente Apoſtolo: *Patientia nobis neceſſaria eſt, vt reportemus repromiſſionem.*

Ortus S. Eliſabethæ. Obitus. Canonizatio

S. ELISABETHA Landgrauia Arbor Genealogica ſpiritualis, ac cæleſtis. Omnibus Chriſtianis Principibus in prodigium. Omnibus in aula Chriſti Proceribus ad miraculum. Omnibus perfectis viris in exemplum, maximè in admirabili humillima Patientia fructu.

I OMnis arbor bona bonos fructus facit*, Matth. cap. 6. Vbi interpres noſter ad mores, vt dictum eſt in S. Ludouico IX Galliæ Rege: *Arbor bona eſt bona voluntas, cui, vt conſiſtat bona, quinque ſunt neceſſaria, ſcilicet radix humilitatis, truncus obedientiæ, rami charitatis, folia ſanctæ prædicationis, & fructus, ideſt dulcedo ſupernæ contemplationis, &c.* Dom. 8. poſt Trinit.

Bona voluntas eſt arbor genealogica ſpiritualis.

II Ipſa charitas, quæ in hac arbore prorumpit in ramos, ipſa eſt fructus ſpiritus in radice humilitatis, & in trunco obedientiæ ad Dei mandata firmiter conſiſtentis, vt eius geneſis per gradus virtutum durabiliter perſeueret. Vnde Apoſtolus, *Fructus autem ſpiritus eſt charitas*, quam ſententiam explicat Interpres noſter, ad præſentem materiam valdè genuinus, iuxta mentem D. Auguſtini ita ſcribens Dom. 14. poſt Trinitatem ad finem, *Fructus autem ſpiritus eſt charitas, quem Auguſtinus vocat votum ad perfruendũ Deum propter ipſum, & ſe proximum propter Deum. Gaudium, ideſt puritas conſcientiæ. Pax, quæ eſt tranquillitas, & libertas, à pacto dicta.*

Rami, & fructus huius arboris eſt charitas.

PATIENTIA. *Nota quod Patientiæ virtus tribus modis exercetur.*

cetur. Quædam enim ſuſtinemus à Deo vt flagella. Quædam ab aduerſario vt tentamenta. Quædam à proximo, vt perſecutiones, damna, contumelias contra quos omnes modos vigilare debemus, ne ad exceſſum murmurationis contra flagella opificis proruamur, ne ad conſenſum delicti ſeducamur, ne ad mali perturbationem protrahamur, ne hoc agentes retribui nobis præſentia bona requiramus. Vſque huc doctor noſter in genealogia arboris bonæ volütat'is, vbi charitatem conſtituit pro ramis, trium primorum fructuum generationem (ipſamet charitate in fructus prorumpente) oſtendit, ſcilicet, Gaudij, Pacis, patientiæ, quę ad eius educationem, & accrementum pluribus indiget, dum tribus modis exercetur.

Patientia tribus modis exercenda.

Tres priores proles ſeu fructus huius arboris.

III Nouem aliorum prolium liberorumque fructus, vt in totum 12. ſecundum enumerationem Apoſt. appendit idem doctor noſter in iſta arbore ſpirituali, ſic concludens illum ſermonem. *Longanimitas ſpectationis. Bonitas, ideſt dulcedo animi. Benignitas ideſt largitas rerum. Manſuetudo etiam nulli iniuriam irrogat. Fides, qua veraciter credimus illud, quod nequaquam videre valemus. Modeſtia, qua in dictis, & factis menſuram ſeruat. Continentia, quæ ab illicitis abſtinet. Caſtitas, quæ rectè vtitur licito.* Ad totalem huius mirandæ arboris conſtitutionem magno cordis feruore in verba amoris tandem prorumpens Seraphicus Franciſcanus (qui mihi omne bonum eſt in ſtudijs, & in ærumnis meis eſt omnis conſolatio) Doctor inquam meus, Dux, & magiſter, ita exclamat, ac ſi ante mentis oculos haberet Eliſabetam noſtram, quæ eodem anno obitu ſuo cum eius obitu viuificauit Eccleſiam. *Beata arbor, quæ tales fructus parturit. Beata anima illa, quæ eos comedit.* Dupliciter Beata extitit Eliſabetha ex hac parte, tum quia Beata, & generoſa arbor in horto Eccleſiæ horum fructuum vberrima extitit, tum quia eius B. anima eos, nunquam dicens ſufficit, cæleſti auiditate comedit.

Alij 9. vt in totũ ſint 12.

S Eliſabeta dupliciter Beata arbor.

IV Antequam in lucem prodiret, talem fuiſſe ex aſtrorum aſpectu oſtenſam, habeo per argumentum hiſtoricum, quod ſic narrat Vadingus tom. 1. ad ann. 1209; ſub num. 44. Porro hoc anno S. Eliſabetham Andrea II. & Gertrude Carinthiæ Ducis filia Vngariæ Regibus pietate, & maieſtate præclaris exortam anno 1207 Hermanus Thuringiæ maximus Princeps, vulgo *Lantgrauius*, Ludouico filio infanti deſponderi curauit adhuc in cunis lactantem Ferunt genethliacum quendam, Clinſor dictum, longe poſitum in Thuringiæ oppido Yſenach, paucis ante horis, quam Eliſabet ederetur in lucem, prædixiſſe naſcituram, natæque nomen, indolem, virtutes, miracula, nuptias, ac ſponſi nomen; denique lætitiam Eccleſiæ, tantarum rerum gratia declarandam, veluti ex ſiderum, quæ contemplabatur, aſpectu, citata deprompſiſſe. Quam-

Eius ort. 1207 deſpõſatio incunis 1209.

Auſpicata vt arbor geneal ſpir. ante ortum.

qui-

quidem prædictionem, qui diuino inſtinctum ſpiritu hominem volunt, veteris Balaami vaticinio comparant: qui vero diuinatricem Aſtrologiæ vanitatem derident, intra famam reponunt. Hæc maximus Minorum Annaliſta ex Iacobo Montan. in vita S. Eliſab. cap. 1. Theodorico Thuringo de eadem lib. 1. cap. 1. Hiſtor. de Lantgrauijs Thuring. cap. 35. & 37. num. 23. & 24.

Prolem quam ex hac arbore nunc delegimus argumento noſtra præcipuã, & S. Eliſabethæ magnanimitati, ac maieſtati glorioſiſſimam, Principibus Chriſtianis prodigioſam, Aulæ Dei Heroibus ad miraculum, magnis, & perfectis viris ad exemplum, erit *Patientia*, de qua quidquid in præſenti exhibemus, totum ex hiſtoria deſumptum eſt.

S. ELISABETAE *Franciſcana Patientia in tenella octo annorũ ætate & in pueritia, & adoleſcentia cum Spoſo Suo veluti Aeneus Coloſſus.*

I LAntgrauius lingua Theutonica eſt latinè magnus Princeps, Dominus. In Germania inferiori ſunt duo celebres Lantgrauiatus, Haſſiæ & Thuringiæ, quam nos dicimus Italicæ *Turena*; huiuſque Lantgrauiatus omnium nobiliſſimus. Haſſia habet duos nobiles comitatus, *Zigenhaimum & Niddanum*. Caput Prouinciæ ac Lantgrauiorum ſedes Caſtellum Cattorum vulgo Caſſella. Thuringia inter Salam Viſurgimque amnes protenſa familiæ Saxonicæ paret. Caput regionis eſt Erfordia, ingens Vrbs, & quaſi compendium totius Prouinciæ, Accademia quondam clara. Quarto ſuæ infantiæ anno illic ingenti gratulatione exportata eſt Eliſabetha per miſſos à Principe Hermanno Vngariæ Legatos. Sub anno 1214. Gertrudis Regina Vngariæ, ac eius mater interfecta eſt (iure, an iniuria, id contendant alij) à Bancbano Regni Vngariæ relicto gubernatore, dum Andreas Rex expeditionis Chriſtianæ belli in Turcas deſtinatus Imperator, proficiſcitur in Orientem. Vide Bonfin. rerum Vngar. decad. 2. l. 7. Surium ad diem 19. Nou. Iacob. Mont. cit. apud eundem Vading. ibidem ſub num. 35. ann. 1214. vbi hæc alia immediatè.

Lantgrauius idem eſt ac Magnus Princeps.

Thuringia.

Ann. 1214. Mater S. Eliſab. interfecta.

II Annum tunc agebat Eliſabetha ſeptimum, vel octauum. Amiſſæ matris damnum maiori conſtantia, & prudentia, quam ab illa ſperari potuit ætate, pertulerat, matricidæ non vindictam parans, ſed veniam exorans. Magnum hoc indicium futuræ ſanctitatis in tenera puella omnes indicabant; neque hoc ſolum, ſed alia multa argumenta cælitus inditæ virtutis, at ſuperinduendæ pietatis veluti progymnaſmata in omnium oculis edebat. Hinc in ea regia infantia (cui & reſpondit maiori ſtupore adoleſcentia) circa

Exorat pro Matricida veniam.

ca reuerentiam in templis, orationes quotidianas, Ioannem Apoſtolum patronum ſuum maximè colens, ac feſtiuos dies, ad peculiarem admirationem cunctos alliciebat. Vt exemplum illud de exorata pro Reginæ Matris ſuæ interfectore venia, virtutem Patientiæ veluti ſtupendiũ totius Chriſtianæ perfectionis coloſſum ænea ſtabilitate firmatum conſtituit. Ad quod impigra conſtantia excolendũ vlla occaſio ab ea vnquam prætermiſſa eſt, vt egregia probant paradigmata, quorum præcipua hæc ſunt.

III Ingreſſis templum cum Sophia, ſponſi matre, Eliſabeth, & Agnete Sponſi Sorore, Virgine admodũ pulchra, cũ qua educabatur, pari veſtium ornatu, parique coronarum gemmis auroque fulgentium geſtamine: Coronam ſuam Eliſabet confeſtim deponebat; atque tamdiu inglorium verticem oſtendere perſeuerabat, quoad, ritu ſacrorum completo, domum redire monebatur. Quod cum Sophiæ veluti temerè factum vehementer diſpliceret, percunctanti cauſam, ita citò reſpondit Eliſabetha, humillima patientia ſocrus indignationem pertemperans, ac omnis humilitatis, & Patientiæ ſpinarum fontem Chriſtum crucifixum exaltans. *Abſit à me tanta procul impietas, vt ibi caput meum turrito faſtu micantis coronæ ſuperbiat, vbi caput ſaluatoris mei ſpinis coronatum acerbè compungitur.* Ita iam tunc diuina charitas in caſta puellaris animi præcordia animaduerſione Dominicæ paſſionis veluti mucrone quodam vulnus agere cepit, eaque ſibi deinceps vendicare.

> Ingreſſa templum in conſpectu crucifixi coronam deponebat.

> Indignationẽ ſophiæ ſocrus humillima patientia tempe tat

IV Varijs modis propter virtutes, ſed maximè propter humillimam eius patientiam, ac tractabilitatem, tum à Socru, tum à priuatis equitibus, qui ob tenuitatem dotis remittendam regno ſponſo ſuadebant, iniurijs paſſim afficiebatur. Nihilominus in æneo humillimæ ſponſæ ſuæ lectiſſimæ Patientiæ Coloſſo auctius maiuſq; amoris ſimulacrum erigebat ſponſus, chariorẽ auro monte, aulicorum proteruis reſpondens, ſibi ſponſam forè conteſtans. Quod tum munuſculis, tum caſtis amplexibus aliquando oſtendit; & inter munuſcula illud dilectæ Virgini gratius, quod in lapidis ſpecularis vitro virtus Patientiæ Chriſti ſpeculi illius immaculati accepit imaginem, de quo interpres noſter in die Paraſceue, *Speculum ſine macula, & candor lucis æternæ conſpuitur.* Erat enim id munuſculum, (vt refert Vadingus ibidem num. 40.) è ſpeculari lapide in tenuiſſimas cruſtas fiſſo, gemina facie ſpeculum ſic fabrefactum, vt pars vna vitri modo translucida, colorumque fucis nuda eſſet, altera Chriſtianæ crucifixionis picturam præferret. Quo munere, donata virgo, ſubdit auctor, dici non poteſt quanto ſit affecta gaudio: cum & ſponſum in admiſſo ſemel amore conſtare, & oblatrantium inuidiam nihil effeciſſe experimentis adnotaret.

> Iniuriis affecta, propter virtutes carior fit ſponſo ſuo.

> Munuſculum Chriſti crucifixi in ſpeculo miſſum ſponſæ à ſpõſo ſuo

Tres liberos habuit Eliſabeth.

V Ab anno Chriſti 1221. ætatis verò Eliſabeth 14. in quo nuptiæ magna pompa celebratæ, vſque ad annum 1227. obitus Beatiſſimi Principis viri ſui Ludouici (cum quo tres proles ſuſcepit, Hermandum paterni Principatus hæredem, duaſque filias, quarum vna Duci Brabantiæ in matrimonium collocata eſt, altera ſanctimonialium aſcita collegio, atque in Dominam electa, illis religiosè præfuit) maritalem ſtatum annis quinque incomparabilibus virtutum, & maximæ heroicæ patientiæ exemplis conſecrauit, ſanctificauitque ad ingentem terreſtrium, cæleſtiumque admirationem. Sed viduitati ſuæ ſtatum vſque ad ann. 1231. per annos quatuor, quibus totus vitæ ſuæ curſus annorum vigintiquatuor, neque virilem ætatem attingens cõcluſus eſt; ſola humillimæ ſuæ patientiæ virtute talem profectò hanc reddidit Heroinam, qualem in ſequenti noſtro argumento proponemus. Franciſcanam Eliſabethæ patientiam ipſe nuncupo, non ſolum propter intenſum in D. Franciſcum amorem, à quo meruit mantellum recipere, in ſignum gratitudinis à ſancto viro ſibi tranſmiſſum; vt habet Vading. ad annum 1226. ſub num. 61. verum etiam quia ita ipſi peculiarem facio virtutem hanc, ſicut de ea legimus in rebus geſtis D. Franciſci.

Franciſco humillima patient. perſimilis.

VI Scimus iam humillimum, patientemque Hierarcham noſtrum mandaſſe in ſanctæ obedientiæ virtutem Primogenito ſuo, vt in terra ſupinum iacentem ter conculcaret, pedemque ori ſuperponeret, eo quod ſe turbauerat, quia orationi occupatus, & extra ſe poſitus, vocanti ſibi ter, nihil reſpondit. Quid ſimile etiam legimus de Eliſabetha noſtra in ſtatu connubiali, & ſub inuiolata lege mariti, in qua ſanctiſſimam vitam iam per quinquennium egit. Sacerdos Chriſti Conradus Marpurgenſis, vita, & eruditione præclarus, quem fuiſſe S. Patris Dominici alumnum aliqui aſſerunt, etſi Vadingo minimè probetur ad ann. 1226. num. 48. magnam habuit à Pontifice auctoritatem per Alemanniam verbum Dei prædicandi. Ludouicus clariſſimus, & piiſſimus Princeps omnes templorum præfecturas, ac ſacerdotia, quæ ipſe conferre habebat, conferendi in quos vellet poteſtatem illi dedit; quinimò & vt ab Eliſabetha coniuge ſua obedientia, matrimonio congruens, præſtaretur, aſſenſus eſt. Quam illa, quæ peregrinos exercendi chriſtianæ humilitatis, & magnanimæ patientiæ actus ſiti quadam ingenti inexplebiliter æſtuabat, & deuotiſſimè præſtitit, & ſtudioſiſſimè ſeruauit. Succeſſerat Conradus iſte Fratri Rodingero Minoritæ Guardiano Halberſtadenſi, ac primo Magiſtro, & inſtructori ſpirituali S. Eliſabethæ, de quo idem Vadingus 1221. num. 10. & 1228. n. 85.

Promiſit obedient. Conrado Sacerdoti.

Primus inſtructor Eliſ. Fr. Rodigerus Minorita.

VII Eam obedientiam Conrado promiſſã, & deuotiſſimè præſtitit, & ſtudioſiſſimè ſeruauit non ſolum toto biennio, quo Princeps poſtea ſuperuixit, verum etiam poſteaquam è vita migrauit, & qui-

& quidem multo promptiorem, abſolutioremque. Habiturus aliquando concionem idem Magiſter de rebus, vt ſolebat, diuinis, eidem Chriſti famulæ intereſſe præceperat.

Quod cum illa inopinato ſororis viri ſui aduentu, præpedita non impleſſet: ſtatim vt inobedienti remandat (in certum ſerio, an tentandi aſtu) nolle ſe deinceps quicquam ipſi iubere, quæ datam obedientiæ fidem tam facilè rupiſſet; vteretur deinde libertate ſua, haud eum ſe virum eſſe, qui verba ſibi dari æquo animo poſſet ferre. *Hoc nuncio vehementer Eliſabeth percuſſa, Magiſtrũ proſtidie maturius adit; deiectiſque in terram profundo pudore luminibus, veniam ſibi dari, ſuppliciter poſcit. Quam cum ille veluti indignabundus auerſaretur, ad pedes eius regia mulier, nulla habita generis ſui ratione, aduoluitur: ea demum humilitate veniã conſecuta, caſis tamen prius ancillis, quarum forſan negligentia cauſam huic offenſæ dederat.* Vading. ci. atus 1226. ſub num. 47. Indignationem ergo, atque increpationem ſanctiſſimi magiſtri ſui Franciſcana patientia ſuſtinuit Eliſabeth. Humilitate item Franciſcana veniam obtinuit ob neglectam obedientiam, & veluti ſi Frãciſc. ad pedes B. Bernardi ſubiecti perſonam induiſſet, ei ſimillimam, ad illius peruoluta pedes, ſe oſtendit. Stupendum humilitatis & patientiæ exemplum. Similis Frãc. Eliſab.

VIII Ex miſeratione, & charitate, ſecum ab infantia creſcente inclyto virtutum habitu propenſa Seraphicam Franciſci humilitatem, ac patientiam erga pauperes quantumuis abiectiſſimos exercuit ad miraculum. Multas propterea ſuſtinuit iniurias, & incommoda, nec tamen vnquam abſtinuit à generoſo opere. De ea eſt illud Iſaiæ cap. 35. *Lætabitur deſerta, & inuia, & exultabit lætabunda.* Vbi interpres noſter alibi datus in Dom. 2. Aduentus. *Vita cuiuslibet Religioſi debet eſſe deſerta, ideſt in omni exterioris ſubſtantia abrenunciatione. Inuia, ideſt ſine via, vt nullum veſtigium aliquid habendi in ipſius remaneat voluntate. Sed oportet adiungere tertium, vt ſcilicet ſciat religioſus eſurire, & ſitire, & penuriam pati, & ſic erit ſolitudo, quæ tunc exultabit, cum hæc, & his ſimilia patienter ſuſtinebit.* Vita religioſa in tribus conſiſtit.

In religioſa, ac regia muliere Eliſabetha hæ tres virtutes ſtatum eius coniugalem adeò ſeraphico B. Franciſci lumine illuſtrarunt, vt plurimorum religioſorum vitam non ſine ingentis confuſionis caligine obnubilarent. Vnde Summus Pontifex in Bulla canonizationis ſub dat. Peruſij Kalend. Iunii Pont. ſui anno IX. Chriſti pietati pietatem Eliſabeth referens, veluti ingenuum exemplum ſuo exemplari typumq; prototypo reſpondens, hæc inter alia. *Huiuſmodi quidem pietatis ſeriem B. Eliſabetha, ex regali orta progenie, & Thuringia Lantgrauia gratioſa, ſolerti meditatione conſiderans, & iam dicta eligens inſtituta continuis obſeruare ſtudijs, vt dignam* Narrat Greg. IX. Eliſabethæ præconia.

perceptione ſe redderet perpetuæ claritatis, quaſi ab ortu vitæ, vſque ad occaſum, virtutum vacando cultui, nunquam deſijt in charitatis amplexibus delectari. Nam in confeſſione vera fidei, vitaq; dedita ſanctitate cæleſtis Reginæ diligendo Filium, per quem dulcedinem conſequi poſſet cæleſtium nuptiarum, ita dilexit & proximum, quod amœnum ſibi conſtituens illorum familiarem habere præſentiam, quam eorum inimica corruptio cunctis ſuggerit, effici peregrinam ſe in multis ſibi reddidit inopem, ſolicitam fore pauperibus multipliciter affluentem.

Ab ætate tenera tutrix, & lactrix pauperum.

IX *Quorum ab ætate tenera tutrix eſſe deſiderans, & amatrix, eo quod ſciret perenna vitæ præmium dilectorum Deo acquiri meritis egenorum, adeò conditionem ipſorum gratam ſibi conſtituit, quam naturaliter ſæcularis elatio vilipendit, quod etiam licitis ſibi delicijs, quas offerebat ſtatus excellentia coniugalis, deductis pluries in contemptum, corpus delicatum, & tenerum reddebat aſſiduæ parſimoniæ ſtudio maceratum, tantò ſibi meriti quantitate proficiens, quantò quod ſponte geritur, maioris gratiæ præmia muneratur. Quid vltra?* Iſtud quid vltra, ſub interrogationis admiratione exſcriptum cum ſequentibus encomijs pontificibus ad finem dabimus. Cætera heroicarum virtutum Eliſabet apud Vadingum ſuis in locis videri poſſunt. Verum cum chriſtiana patientia è viſceribus humilitatis progreſſa, *Lamina aurea ſit, in qua nomen Dei ſculptum eſt*, vt alibi dictum ex interprete noſtro, hanc in aureo Chriſoſtomi ore reperimus veluti materiem quandam excellentem, in formam coronæ regiæ verbis ſuis redactam, capitique Eliſabethæ peridoneam. Cuius lapides pretioſi *Illeſio* in omni loco. *Profectio* in tentatione. *Sublimitas* in humiliatione. *Victoria* in conflictatione. *Coronatio* in occiſione. *Libertas* in ſeruitute. *Securitas* in periculis. *Lætitia* in cuſtodia. *Gaude Patientia* (ait Chriſoſtom. apud Metaphr.) *& exulta, quia vbique ſecura es, vbique illeſa. Si tentaris, proficis. Si humiliaris, erigeris. Si pugnas, vincis. Si occideris, coronaberis. In ſeruitute libera. In periculo tuta. In cuſtodia læta,*

Corona virtutum ex patientia effecta.

Franciſcana S. Eliſabethæ patientia in Viduitatis ſtatu eò ſuper omnem credulitatem prodigioſior, quò ad omnem chriſtianam ſpem funditus euertendam proximior, aptiorque aduerſitas.

I AGens B. Franciſcus cum Beato Leone, confeſſario ſuo, inſtruenſque eum circa perfectam religioſorum lætitiam, talem ei doctrinam propoſuit, qualem ſimplex ille ſacerdos, ac diſcipulus, etſi multa ſanctitate donatus, nunquam excogitare potuiſſet,

ruiſſet. Oſtendit namque perfectam Fratrum Minorum lætitiam non conſiſtere in magnæ ſanctitatis, & ædificationis per totum orbem terrarum exemplum; in miraculorum operatione vſque ad mortuorum reſurrectionem, in ſcientia omnium linguarum, & diſciplinarum, in gratiis gratis datis, & in eloquentiſſima prædicatione, quãuis ea omnes infideles ad fidẽ cõuerterẽtur. *Sed quãdo* (inquit, exemplificans de perſonis propriis) *venimus ad locum S. Mariæ de Angelis ſic balneati pluuia, & frigore congelati, luto etiã deturpati, & fame afflicti, & ad portam loci pulſabimus, & veniet portarius iratus dicens. Qui eſtis vos? Et nos dicemus: Sumus duo de fratribus veſtris. Et ille è contrario diceret: Imo eſtis duo ribaldi, &c.* Et vt tales malis verbis primò tractaret, clauſo oſtio in faciem. Secundò, item nos pulſando, ne moriremur fame, & frigore, alapis, & tuntionibus iratior exiens nos afficeret. Tertiò denuò nos ad oſtium percutientes, plorantes, clamantes, rogantes, vt introduceret, quia nox iam ſupereminet, fuſte foris ſtans indignabundior percuteret, & capiens nos per caputium ad terram ſuper lutum, & niues proijceret,

Doctrina B. Franc. de perfecta lætitia ex virtute patientiæ.

Tria aduerſa in virtutem patient.

1 Si tot repulſas, & iniurias ſine turbatione, & murmuratione tolerauimus patienter, & cogitauerimus humiliter, & charitatiuè, quod ille portarius veraciter nos cognoſcit, & quod Deus excitat linguam eius contra nos, *Scribe, quia ibi eſt perfecta lætitia*.

Tria verę patientiæ argumenta,

2 Si nos patienter illas increpationes duriſſimas colaphos illos portabimus, & iniuriati cum amore pepercerimus toto corde, *Scribe quia ibi eſt perfecta lætitia*.

3 Si tot denique mala, ſi tot iniurias, & verbera cum gaudio toleramus, conſiderantes, quod pœnas Chriſti benedicti tolerare, & portare debemus, *Scribe, & nota diligenter, quod ibi eſt perfecta lætitia*, & audi concluſionem.

II Inter omnia chariſmata Sancti Spiritus, quæ Chriſtus ſeruis ſuis conceſſit, & concedet, præcipuum eſt vincere ſeipſum; & libenter propter Deum, & charitatem Dei opprobria ſuſtinere. Nã in omnibus mirabilibus ſupradictis nos gloriari nõ poſſumus, quia non ſunt noſtra, ſed Dei. *Quid enim habes, quod non accepiſtis? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* 1. Corinth. 4. Sed in cruce tribulationis, & afflictionis poſſumus gloriari, quia illud eſt noſtrum. Et ideo dixit Apoſtolus, *Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri*, Galat. 6. Hæc ex ſchola, ac doctrina Seraphici Patris, & Magiſtri Franciſci ſumpſerunt, & adnotauerunt ſcriptores noſtri, quos citat auctor Chronicorum Marcus, & nouiſſimè Vading. tom. ad ann. 1221. n. 31.

Ratio fundamentalis de perfecta lætitia ex patient.

Quæ idcircò hic principio adnotaui, vt palpabili exemplo ſimil-

limam

Obitus viri Eliſabethæ Hydrunti 1227.

limam Eliſabethæ noſtræ patientiam Franciſci patientiæ extitiſſe non ſine vultorum noſtrorum rubore fateri, & atteſtari aſtringeremus, propoſita eius viduitatis hiſtoria.

III. Anno 1227. anno altero poſt obitum B. Franciſci, obiit Ludoicus Lantgrauius, Eliſabethæ maritus, in vrbe Hydrunti (vulgò Otranto) quæ eſt illius Prouinciæ Metropolis, & miliariis viginti Italicis à patria mea diſtans eſt. Expeditio enim illa in terram ſanctam, quam Federicus Imper. huius nominis II. coactè emãdauerat, territus Cæſar minacibus literis Chriſti Vicarij, excitante pietate vniuerſos fermè Europæ Principes impulit ad ſacrum bellum Brunduſium verſus, vbi congregandi erant. Inter primos adfuit ex Germania præfatus Lantgrauius innata pietate, & rara perſuaſione vxoris Eliſabethæ, vt habet legenda MS. Marianus, & Bonfincus decad. 2. lib. 7. quæ ſummo dolore audiebat ſacra loca Hieroſolymorum in inimicorum fidei poteſtatem redacta. Principes omnes Cruce ſignati, è portu Brunduſii ſoluentes Lantgrauius poſt honorificam ſuſceptionem, & ſalutationem Troia ab Imperatore, & cum eo familiaria colloquia, ſimul cum iiſdem Principibus venit Otrantum, ſiue Hydruntum, vbi Imperatricem ſalutauit; completiſq; omnibus boni, & Chriſtiani Principis officiis, paulopoſt obdormiuit in Domino 3. Idus Sept. nõ ſine propinati ab Imperatore veneni ſuſpicione, vt habet Sigonius de Reg. Ital. lib. 8. & alii apud Vading. loco cit. 1227. num. 6.

Sanctæ vxoris pietas magis eum excitarat ad ſacrum bellũ.

Refertur Eliſab. mors mariti.

Sophia Ludouici mater habito triſte nuncio de filii obitu, nil morata, vbi agentem in arce inuenit Eliſabethã, poſt familiaria ſalutationis verba, ſic eam conuenit. Ne grauatim accipias, ò filia, ſi quæ Principi filio meo acciderint, declarauero tibi. Quibus Eliſabeth auditis, captum eſſe ſuſpicata, reſpondit. Si captus, atque in vincula coniectus eſt frater meus, quamdiu per Dei gratiam, & amicorum munificentia liberabitur. Tum Sophia, diem; inquit, ſuum obiuit. Perculſa mox graui mæſtitudine ad tam infauſtæ rei nuncium Eliſabeth, conſertis inuicem manibus, amariſſimè flere cæpit, dicens. Si mortem frater meus obiit, & mihi quoque poſthac mundo, eiuſque vanitatibus defunctæ, morietur mundus ipſe. Videre tum erat, vt dolorem de morte Principis conceptum augeret deſolatio illuſtris viduæ, cunctiſque in præſentiarum conſiſtentibus lachrymas exciret vberrimas.

Verba Eliſabethæ audita viri ſui morte.

IV Hæc ærumna in ea cunctarum ingẽtium moliminum ærumnarum, quæ confeſtim illi acciderant, proximum extitit præludium. Perculſio in pectus eius Amazoneum de obitu viri terribilis fuit; perdidit enim theſaurum illum maximum, & ſuper omnem mortalem theſaurum maiorem, de quo ita noſter Annaliſta ibidẽ. Verè pius Princeps, & dignus, qui non peregrè, ſed domi ſuæ diem

Viri ſui pietas, & elogia.

ſupremum obiret. Niſi parui referret, vbi terrarum mortales naturæ concedant, qui mori ſemel habent. Annales Lantgrauiorum Thuringiæ inter Germanicas hiſtorias procul, albas ſe circumdantes vidiſſe in morte Columbas, referunt; miraculis claruiſſe, eiuſq; diem feſtum Hieroſolymis celebratum, ſcribunt Symon de Heza in Chron. MS. Marian. cit. & alij. Chriſtianiſſimum, & beatiſſimum Principem appellant dicti Annales, eiuſque hæc addunt elogia.

Sanctitas miraculis teſtata.

Ludouicus glorioſus Princeps Thuringiæ dignus conſortio Eliſabetha, extitit mediocris ſtaturæ, decens valdè proceritas, & glorioſi vultus ſerenitas. Erat pudicus, carne mundus, cunctis affabilis, Eccleſiarum, & Cœnobiorum fidelis protector. Erat tunc ſublimis Thuringorum Prouincia, tanti Principis nomine inſignita, Sancta Eliſabetha meritis nominata. Hiſtoria item de Lantgrauiis cap. 40. ita habet.

Phiſonomia, moreſque.

Iſte Ludouicus Lantgrauius fuit multum virtuoſus, eloquio dulcis, moribus ſuauis, & virilis. In exercitijs militaribus ſtrenuus, & agilis. Pauperibus benignus. Ad vxorem ſuam dilectiſſimam Eliſabeth multum affabilis. Et quia videbat vxorem Deum diligere, & ſe in miſericordiæ operibus exercere, carnem ieiunijs, & alijs caſtigationibus domare, quamuis aliquando doleret, timens de eius teneritudine corporis, quod abſque periculo mortis non poſſet ferre tantas abſtinentias, tamen ſibi in omnibus cooperabatur.

Exercitiis ſpiritualibus coniugi ſemper ſecundus

S. Eliſabeth ſemel ignominioſè eiecta, atque ſimul inclytè quinque reuelationibus excelſa.

I NOn defuit in tempore deſolatæ mulieri diuina conſolatio, quæ deiectum mœrorem, animum ita refecit, confirmauitque, vt & præſentibus malis minimè ſuccumberet, & multo grauioribus, quæ illi poſtea ſuperuenerunt, ſuſtinendis par eſſet, & eo conſtantior, quo illorum inſueta, atque inexcogitabilis, ingruenſque tempeſtas in eius excidium iam imminebat. Paruo poſt tempore magnates quidam, qui Henrico defuncti Principis fratri per ætatem ad regendum principatum nedum idoneo, auctores erant, poſthabito Dei timore, ac publica honeſtate contempta (tantum valuit ratio ſtatus Macchiauellica) afflictam Dei famulam, etſi Lantgrauii conſortem valdè lectam, Hungariæ Regis filiam, hæredis Principis matrem, viduamque recentem, grauius afflictari fortunis omnibus exutam, ceù ignobilem aliquam, ac mala fama affectam, arcem coegerunt excedere.

Dominādi libido quid nō molitur crudelitas?

II Quid verò reſoluerit in iſta adeò ignominioſa expulſione regia adoleſcentula, ac vidua, audiamus nec parum obſtupebundi Annaliſtam noſtrum ibidem. *Amplexa eſt pro Deo ignominiam*

Hæc fuit humillima in Franc. patientia.

Apo-

Apoſtolorum imitatrix, & Martyrum digna purpuris. Nulla in corde libido vindictæ, nullum in ore murmur, nulla in geſtibus indecentia. Lætabatur quidem tacita virtutis conſcientia, & fiducia in Deum ſubrecta, etiam foris pro indignitate ſæuiſſima eiectionis. Quamuis verecunda lachrymis affatibus ora rigantibus, nequaquã tamen puſillanimitate abiecta, ſed maieſtate mutata, dum in patientia ſua auguſtam animam poſſidebat.

III Iam tunc multò præſtantior Prienenſi illo Philoſopho Biante ibat, nihil ſecum portans rerum caducarum; quod nimirum longè meliora bona, non humeris, ſed animo geſtaret, quæ nec rapinæ eſſent, nec furto proſtantia. Theſaurum incorruptibilem portabat in via, omni theſauro corruptibili ſpoliata, nec tamen depredari deſiderabat, quinimò nec poterat. Exacta igitur propriis ædibus ad inferius oppidum profecta, in cauponulam vbi erat (vt habet Bonau. ſerm. de S. Eliſabetha, Bonfincus decad. 2. l. 7. MS. Louan. ant. med. & alii) hara porcorum, quæ miſellæ primum offerebatur, vnà cum ancillis diuertit. Et ecce cæleſtes margaritę ante porcos in Principe Eliſabetha miſſæ, haud non in deferentis eas, ſed in mittentium dedecus, & conculcationem. Manſit ibi tantiſper, dum noctis medio ſignificari campanæ pulſu diuinas laudes in cœnobio Fratrum Minorum audiret. Quo cum veniſſet, rogauit obnixè Fratres, vt Hymnum *Te Deum laudamus* decantarent. Quo ſemet non modo patienti, ſed & læto animo præſentem calamitatem ferre declararet. Apoſtoli vocem, & Apoſtolici viri Franciſci doctrinam, & exemplum, vt paulò ante retulimus, ſecuta, qui Rom. 5. *Gloriari in tribulationibus*, ac Deo gratias agere, & alios docuit, & ipſe in primis non ommiſit. Et ipſa, & Apoſtolorum diſcipula, & imitatrix, & religioſorum veluti doctiſſima Magiſtra effecta. Verum profundæ huius tribulationis abyſſus nouum nouæ tribulationis abyſſum vocauit, vt ex hiſce aliis liquet.

Diuertit vnà cum ancillis in cauponulam.

Rogat Minores, vt cantẽt Te Deũ laudamus.

IV Cum enim propter ſæuitiam eorum, qui arci præſidebant, vix vnus, aut alter eiectum Principem recipere auderet hoſpitio; Fanum ingreſſa deſolata mulier, magnam inibi partem diei conſumpſit. Quo cum & liberi eius nouo inhumatis genere ex arce fuiſſent allati, pari cum matre infortunio conſtringendi; credi poteſt dolori additum eſſe dolorem acceſſione grauiſſima, tum quod hyems erat, tum quod ipſa & domicilii, & rerum omnium inops, ne tantillum quidem habebat, quo ſe, & ancillas, liberoſque vel vnum diem ſuſtentaret. Neceſſitate ergo, quæ legem non habet, coacta Sacerdotis cuiuſdam hoſpitium precario; aut mendicabulo potius conſequitur, vbi cum non tam incommodè, ſed & miſerè degeret, in æmuli cuiuſdam ſui ædes, quæ pro ſpatio

Eiiciuntur etiam eius filii.

Mẽdicat hoſpitium.

tio commodiores videbantur, iuſſa immigrauit.

V Sed nec ibi agenti potuit vlla vel commoditas, vel qnies contingere: quando & hanc domeſticorum petulans ad inferendas iniurias libido perturbaret, & illam denegatum iuſtæ manſionis ſpatium interciperet. Inde ergo migrans, ac parietibus, qui ſe qualicumque ſepimento à pluuia, & frigore defenderant, valefaciens, ad prius hoſpitium (quandoquidem toto oppido alium adire minimè dabatur) remeauit, dicens: *Parietibus quidem gratias ago, eaſdem hominibus etiam actura libenter, ſi cauſa, cur id facerem, ſubeſſet.* Sic filia Regis ab altiſſimo diuitiarum, vel minimè haud paulatim, ſed ſubitaneè, & improuisò deiecta, eouſque pauperiatis deuenit; vt ablatis vitæ neceſſarijs, etiam anguſtas ergaſtuli magis, quam diuerſorij, non ſine mendicitate adipiſceretur: Et quæ pauperum liberos materna pietate tollere ſolebat, ſuos ipſa cogeretur alendi gratia ad alios tranſmittere. *In hac tamen rerum difficultate poſita nihilò erga pauperes minus afficiebatur, ſubtrahens ſæpius genio ſuo, quod illis erogaret.* Ipſa mendica, paſcit & mendicos.

VI Mirandis plus mira ſuccedunt, dum ex omni parte inſignis patientiæ clariſſima documenta ſe produnt, Anus quædam erat (teſte Mariano, & Bonau. apud Vadingum citat. num. 10.) cui Eliſabeth languore pariter & inopia preſſæ multa pietatis beneficia præſtiterat. Fortè ijs duabus è diuerſo obuiam ſibi medio itinere factis, qua tranſituris munita erat extantibus via ſalicibus ob profundioris cęni volutabrum, anicula cedere benefactrici ſuæ dedignata, eam rigido, proteruoque impactam occurſu, in cœnum deturbat, iacentemque riſu, & conuicijs inceſſens, abit. Eliſabeth perlitis plurimo luto veſtibus, adeò miti animo illatam tulit iniuriam, vt exundante lætioris conſcientiæ gaudio, vultum ſerenitate perfuſa ſubriſerit. Ita vera filia, diſcipula, & imitatrix Patris ſui Franciſci, de quo, in foueam niuis plenam à latronibus proiecto, eſt illud rithmicum: *Dum ſeminudo corpore laudes decantat Gallicè zelator nouæ legis, latronibus in nemore, reſpondet ſic prophetice, Preco ſum magni Regis; audit in niuis frigore proiectus, iace ruſticè, futurus paſtor gregis.* Et illud aliud, *Luto, ſaxis impetitur, ſed patiens vir nititur, vt ſurdus pertranſire.* Ab anu ingratiſſima in cœnum deturbatur. Quam ſimilis B. Franciſco.

VII Statim poſt hæc experimento in ſemetipſa probauit id, quod docuerat S. Franciſcus B. Leoni, inſtruens eum de perfecta in religioſis cordibus lætitia per heroicæ patientiæ virtutem. Siquidē conſueto pietatis ſtudio rem diuinam audiens, Eliſabetha extra ſe rapta eſt ſemel, & iterum, vbi ſecunda vice Chriſtum vidit. Plurimas etiam accepit reuelationes à B. Virgine Maria, frequenter & veluti ad delicias, nutumque ei apparente. Quinque ei factas reuo- Reuelationes B. Eliſabethæ apud Marianum.

uelationes refert Marianus, ex quo eas reſcripſit Vadingus noſter loc. cit. ſub num. 12. 13. 14. Quibus magis, ac magis in propoſito ſuſtinendi maiora ludibria, exercendique nobile patientiæ chriſtianæ, ac Franciſcanæ ſtudium confirmata, reliquum vitæ curſum, quē ſub humillimo tertij Ordinis S. Franciſci iugo glorioſiſſimè anno ætatis ſuæ 24. clauſit, communi ſtupore tranſegit. Arboremque ſuā ſpiritualem ad immortalem virtutum geneſim, expandens per totum terrarum orbem ramos, mirabiliter euexit. Qua de re obſtupeſcens Summus Pontifex Gregorius IX. in citata canonizationis ſuæ Bulla ita exclamare auditus à tota Republica Chriſtiana: *O felix mulier. O matrona mirabilis. O dulcis Eliſabeth, dicta Dei ſaturitas, quæ pro refectione pauperum panem meruit Angelorum. O inclyta vidua* Virtutum fœcunda ſobole, *quæ ſtudens ex gratia conſequi, quod à natura non poterat indulgeri, diris animæ hoſtibus per ſcutum fidei, loricam iuſtitiæ, gladium ſpiritus, ſalutis galeam, & haſtam perſeuerantiæ debellatis; ſic amabilem immortali ſponſo ſe præbuit. Sic Regina Virginum ſe dilectione continua colligauit ſuum deprimendo dominium, in ancillæ humilis famulatum. Sic Sanctis Eliſabeth antiquis proceſſibus conformem ſe reddidit, dum in mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querela ſimpliciter ambulauit. Dei gratiam ſecreto mentis per affectum concipiens, & eandem per effectum pariens, & nutriens aſſiduè per profectum, quod ſolum omnium in ſe ſpectantium, & exaltatio quorumlibet in humilitatis, & innocentiæ vallibus poſitorum, in promiſſæ ſuis præmia retributionis exurgens, ipſam mortis nexibus expeditam, prouexit ad ſolium, luce inacceſſibili luminoſum, &c.*

Ecce noua Chriſti in paleſtra Apoſt. Amazona.

Quomodo arbor Geneal. ſpirit. effecta.

S. ELISABETHA altera Regina Portugalliæ.

S. Eliſabethæ Aragoniæ genus.

Hæc admirabilis fœmina, gloria, & honore coronata S. Eliſabeth, Reginæ Vngariæ, ex ſorore paterna, materno ſanguine Eſtenſi, ſibique auia, neptis fuit, & imitatrix. Petrum III. Aragoniæ, & Siciliæ Regem habuit parentem, iam Dionyſio Regi Portugalliæ elocata. Petrus verò primogenitus fuit Regis Iacobi, qui non per Eleonoram Alphonſi IX. Regis Caſtellæ filiam, ſibiq; primam vxorem propagauit paternum ſtemma, ſed per Ioleſiam memoratam Eſtenſem; quam vbi Elias Reuſnerius in Regum Vngariæ ex Regibus Pannoniæ ſtirpe annuit fuiſſe filiam ipſius Beatricis Eſtenſis; in Genealogia deinde Regum Aragoniæ dicit matrem eiuſdem Ioleſiæ, Andreæ Vngariæ Regis filiæ, vxoriſque Iacobi Regis Aragoniæ, extitiſſe Ioleſiam Imperatricem Byzantinam, quod ſibi videtur apertè contradicere. Eius formalia verba

Difficultas ex Elia Reuſnerio.

ba in Andrea II.Rege Vngariæ ſunt iſtæ. Ex Beatrice Aldubrandini Marchionis Eſtenſis filia vxore altera.

Holeſia vxor Iacobi Regis Aragoniæ	Stephanus poſthumus in Italia natus, &c.

II In Rege poſtea Aragoniæ Iacobo, cognomento Eſpugnatore, cui tribuit duas vxores legitimas, Eleonoram memoratam, & Ioleſiam, ſic ait. *Liberi eius ex Ioleſia, filia Andreæ Regis Vngariæ, & Ioleſia Imperatricis Byſantinæ vxor altera*, Petrus III. &c. Igitur aut neceſſe eſt fateri, Beatricem Eſtenſem vel prius, vel poſtea Imperatricem Byzantinam extitiſſe, aut in manifeſtam contradictionem lapſum eſſe Eliam. Sed de hoc alibi. Habuit etiam Iacobus Rex tertiam coniugem Tereſiam, Ioannis Bidauræ filiam, ex qua orti duo Principes, Petrus Dominus Caſtri Ayerbæ, & Iacobus, Dominus Caſtri Xericæ in Regno Valentiæ.

III Si alta ſerie Regiam Aragonenſium Proſapiam, vnde Sancta Eliſabetha emerſit, perueſtigabimus, innumeras coronas tam regales, quam auguſtales reperiremus apud hiſtoricos, ad quos pro illarum pleno intellectu miſſum facio Lectorem. Stemma paternum Petri III.Regis (qui ex Conſtantia Manfredi Regis Siciliæ filia genuit Alphonſum III.Regem cælibem, item & tertio Federicū Siciliæ Regē, cui vxor Leonora, Caroli Regis Siciliæ filia, item 4 Petrum, qui vitam priuatam duxit, & quinto S.Eliſabetham noſtram, ac ſexto Violantam, coniugem primam Roberti Regis Neapolis) ſecundo natus, Iacobus Rex Siciliæ ad poſteros tranſmiſit: Procreauit namque Iacobus ex Blanca, Caroli Regis Neapolitani genita, altera coniuge, relicta iam priore Maria Alphonſi x.Regis Caſtellæ filia, decem liberos, quorum Alphonſus IV.Rex, cognomento Benignus, hæres, & ſucceſſor, duas vxores habuit, Tyreſiam, & Leonoram. Tyreſia per Petrum IV.Regem eius filium, & hæredem, qui quatuor coniuges duxit, tranſtulit ſucceſſionem, ac regimen ad Alphonſum V.cognomento Magnanimum. Nam Ioannes Petri IV.filius ex quarta vxore Sibylla Forciana, & in Regno Aragoniæ, & Principatu Barchinonæ ſucceſſor, etſi duabus copulatus coniugibus, ſcilicet Matthææ, Arminiacenſis Comitis filiæ, & Violantæ, à Duce Ebaris genitæ, Ioanna, quam genuit ex priori coniuge, nupſit Matthæo Foxæ Comiti, Iacobus deinde ex poſteriori procreatus obiit puer, & Violanta, ex eadem edita, nupſit Ludouico Andegauenſi Regi Neapolis.

Propagatio Genealogica Petri 3. Reg. Aragon S.Eliſabethę Luſitanæ parentis.

IV Pariter Martinus eiuſdem Petri IV.Regis filius per tertiam coniugem Leonoram Petri Siculorum Regis filiam habuit ſolum Federicum, qui puer obijt. Leonora igitur, eiuſdem Petri IV. filia ex Sibylla Forciana prædicta quarta vxore, ſuccedens paternæ hæredi-

In Rege Martino genus Regum Aragon. extinctū

reditati, propagauit ſobolem, atque Regibus Caſtilianis hæreditatem tranſtulit. Quandoquidem locata Ioanni I. Regi Legionis, & Caſtellæ, genuit Henricum III. Caſtellæ Regem, patrem Ioannis, ac XVII. Regem Aragonum, & Siciliæ, cognomento Honeſtum, à quo ſecundo natus Ioannes Rex Nauarræ, & Aragoniæ annis 20. & Alphonſus V. memoratus Magnanimus Rex XVIII. Aragoniæ, & Neapolis annis 42. Cui ſucceſſit in Regem XX. eius filius Ferdinandus V. Rex Catholicus ann. 37. cui vxor Iſabella Caſtellæ, & Legionis Regina, filia verò Ioanna Philippi I. Pulchri Auſtriaci coniux, per quam omnem Monarchiam in vtroque Orbe Auſtria gens adepta eſt.

Sed fœcundior, ac felicior propagatio Regũ Luſitanorũ per S. Reginã Eliſab.

V At longè fœcundior, ac felicior propagatio Regum Luſitanorum per religioſiſſimam, ac ſanctiſſimam Reginam Eliſabetham noſtram, *à qua meritò*, vt aſſerit ille, *ferè omnes deſcendunt Chriſtiani orbis Principes*. Cum Dionyſio enim, Alphonſi III. (Regis Luſitaniæ filio, Alphonſi Regis II. nepote, Sanctii II. pronepote, Alphonſi I. abnepote, & Henrici Ducis Lotharingi atnepote) genuit ante Conſtantiam, Ferdinandi IV. Regis Caſtellæ vxorem, Alphonſum IV. Regem Luſitaniæ. Ex quo deinde communicata iterum Luſitana proles, habens S. Eliſabethã propagatricem, tranſijt ad Auſtriam ſtirpem per Iſabellam, Ioannis II. Regis Luſitaniæ primogenitam, ac Caroli V. Imperatoris Auguſti conſortem. Sic paternum S. Eliſabethæ genus per Ioannam Ferdinandi Caroli filiam dedit duo Capita, Auguſtali tiara coronata, Auſtriacæ Domui: Alterum pro Imperio Auſtriaco in Germania, alterum pro Monarchia Hiſpanica. In Hiſpania Carolum V. ei dedit, ſibi filium, patrem Philippi II. auum Philippi III. proauum Philippi IV. abauum Principis Hiſpaniarum, & Indiarum ſuperſtitis.

S. Regina Eliſab. Domus Auſtriacæ; fecundatrix.

VI In Germania dedit illi Ferdinãdum I. Cæſarem, ac per eum quatuor alios Imperatores. Iuncta deindè eiuſdem Eliſabethæ poſteritas Carolo V. Imperatori, duplici modo communicauit Sobolem paternam, copulauitque ſimul ſtirpem Luſitanam, & ad Monarchas Hiſpaniæ feliciter propagauit.

VII Nec tamen Reſpublica Chriſtiana paterna ac regia S. Eliſabethæ progenie ſpoliata fuit. Etenim nonnulla germina adhuc ſuppullulant, tum in Hiſpaniæ Regnis, tum etiam in noſtro Regno Neapolis. Stirps Regum Aragoniorum in Regnis Hiſpaniæ ſoboleſcit in dies in Domo Eminentiſſimi S. R. E. Cardinalis Aragoniæ, hic Romæ nunc ad negotia Regis Catholici pertractanda commorantis. Item etiam ſoboleſcit in Regno noſtro, Auitoque ſtemmate floret, trahens originem ſuam à Rege expugnatore Iacobo S. Eliſabethæ noſtræ auo paterno. Ex eius enim poſteritate per tertiam Coniugem Tyreſiam auitus ſanguis, tot Principibus, ac

coronis ſerenus, alteram è latere ſtirpem relinquens, hæc deinde, auſpicatis traducibus nobilitate, ac Pietate in Deum, & Seraphicum Patriarcham Franciſcum, creuit, ac Regnum noſtrum illuſtrauit. Vidit iam ſæculum noſtrum, paucisſimis abhinc annis extinctum, ab ea mirificè prodire D. Gaſparem de Aragona, Regiæ Aragoniorum ſtirpis ex Barcinonis, & Prouinciæ Comitibus Regulum de Ayerbe, Principem Caſſani, Marchionem Cryptæ Auræ; Comitem Simetij.

Principũ de Caſſano deductio.

VIII Locuplex quidem huic magno viro, ſobole, prudentia, Sapientia, ac doctrina clariſſimo, hæreditas non alia, quam ipſe ſolus. Nulla vtique maior demonſtratio, ſe oriundum fuiſſe à Regum Aragoniorum Proſapia, quam illa, per quam ſe talem extare nempè poſterum Aragonenſem morum, ac geſtorum ingenuitate vſque ad vltimam ſenectam omnibus patefecit. Regia profectò in eo conuerſatio, ſagacitas, affabilitas, regij pariter & tractus, conſilia, & ſuper omnia Chriſtiana Pietas, ac deuotio: calamo, & lingua notus. Locutione in rebus domeſticis, ac ciuilibus veluti nouum Philoſophiæ miraculum.

D. Gaſparis de Aragona iuſtum encomium.

IX Hierarchiæ Franciſcanæ hæc Aragonia Domus admodum profuit in Prouincia Calabriæ, vbi noſtrorum Patrum Capuccinorū ſtirpem protexit, propugnauitque. Adhuc hanc veritatem loquuntur monumenta de D. Comite Alonſo Aragonio D. Gaſparis Auo qui plurima Monaſteria ibi edificari curauit. Ex eius laterali germine ortum habuit Fr. Bonauentura Aragonius de Catanzaro Capuccinus, vir clari nominis, qui ad Hiſpanos, & Gallos Generalis Viſitatoris officio functus eſt. Superſtes D. Gaſparis hæres D. Philibertus de Aragona, Caſſani Princeps, neque ſuo Parenti, neque Progenitoribus, ac Proauibus ſuis in aliquo degener. Ei vnigenitus, Cælitus datus poſt inceſſabiles Aui, ac parentum ſuorum præces, ſupplicationeſque, ac vota; D. Ioſephus Antonius de Aragona Caſſani Princeps. Viuit gratioſus, ac generoſæ Indolis puer annos quatuordecim vix complens, totus D. Antonii tutelę ſacer, ſicut totus D. Antonii intercesſione donatus à ſuperis, ac Deo, & Patriarchæ Franciſco deditus, & debitor.

P. Bonau. de Aragona Capucc.

X Naſcitur ergo S. Eliſabetha Aragonia Portugalliæ Regina, Anno 1271. anno ſuæ ætatis 8. cæpit recitare Diuinum Officium, quem morem vſque ad vitæ finem nunquam reliquit. Anno 11. vix completo deſponſata fuit Regi Portugalliæ Dyoniſio. Ann. 1282. Defuncto viro ſuo ann. 1325. protinus habitum D. Claræ aſſumpſit, ſed ab alijs præpedita coacta eſt ſimplex tertii Ordinis Minorum inſtitutum ſeruare. Anno 1336. poſt vitam Seraphicis meritis plenam, ac Seraphicè 65. ætatis anno expletam obiit die Iouis menſis Iulii 4. In expeditione Capituli Generalis noſtri Ro-

Nonnulla ad illa de S. Eliſabetha perquire in ſequenti facie propè finem.

mæ ann. 1625. peracti die 25. Maii, feſto Sanctiſſimæ Trinitatis, Translationis S. P. Franciſci, ac S. Vrbani Papæ, & Martyris ſacra, ſummo Orbis, & Vrbis applauſu incredibili hominum frequentia tum ob annum Sanctum Iubilæi, tum etiam multorum Capitulorum Generalium celebrationem apparatu ſacro, & verè regio relata eſt in numerum Sanctorum S. Eliſabetha. Eius corpus integrum in regio, ac religioſiſsimo ab ipſa condito S. Claræ Conimbricenſi Conuentu Prou. Portugalliæ, magna miraculorum gloria honorificè aſſeruatur, & colitur. Sacra Congregatio decernit anno eodem die 24. Nouemb. S. Eliſabetham profeſſam Tertii Ordinis S. Franciſci, & pro tali in Miſſa, & in officio habendam, & celebrandam. Idem declarauit anno ſequenti Rom. Pontif. Vrbanus VIII. per Breue ſub datum Romæ die 21. Aprilis 1626. De ea in officio proprio ad libitum encomia egregiora verſiculo illo in reſponſoriis 1. nocturni. *Virginalem ſtatum, coniugalem & vidualem in offenſo pede cucurrit*, mirabili ſynopſi clauduntur.

Iubilei anno 1625. ab Vrbino VIII. canonizatur.

XI In oratione tam officii, quam idem doctiſsimus Pontifex Vrbanus compoſuit, & decantauit inter cæteras S. Eliſabethæ dotes *bellici furoris ſedandi prærogatiua* decoratam fuiſſe, omnis Eccleſia in quam bellicus Turcarum furor adeò formidabiliter, atque oſtinato marte irrumpit, S. Eliſabethæ orationibus & interceſsionibus maximè indiget.

Bellici furoris ſedandi in S. Eliſabetha prærogatiua ſingularis.

SYNOPSIS GENEALOGICA

De Genere S. Eliſabethæ Aragoniæ, Luſitanæ Reginæ.

Famil. 1. Arag ex Nauarræ Regibus.

XII RANIMIRVS Sancii Maioris Nauarræ Regis Filius omnium calculis Aragonorum Rex 1. numeratur. Obijt 1058. Vxor Eremiſenda, alio nomine Gerbirga, Ameniaci, & Bigorrę Comitis filia.

|

Sanctius Magnus, & Magnanimus Rex Aragoniæ. Obiit 1094 Vxor Felicia.

|

Ranimirus II. Rex, Monachus Benedictinus Pontificis diſpenſatione Alphonſo Regi Aragoniæ ſibi Fratri ſucceſsit. Alphonſus vero Vrracæ Alphonſi IV. Legionis, & Caſtellæ Regis filiæ maritus, iam ſucceſſerat Petro ſibi Fratri primogenito, Regi Aragoniæ ſed antea Riburgorſiæ & Montiſoniæ. Qui ex coniuge Agnete Petrum, & Iſabellam tenella ætate extinctas procreauit. Obiitque *atais* 1108. Alphonſus verò 1126. Ranimirus 1147. Vxor N. Comitis Peitei filia.

Pe-

|

Famil. 2. ex Comit. Barcinon.

Petronella Regina Aragoniæ *R*aymundo Berengario Barcinonenſi Comiti elocata, *A*ragoniæ Regnum ad ipſum tranſtulit. Obiit Rex Raymundus IV. Barcinon. Comes 1196. vxor Sanctia, *A*lphonſi Caſtellæ Imperatoris filia.

|

Alphonſus II. Rex *A*ragon. & Comes Barcinon. obiit 1196. vxor Sanctia *A*lphonſi Caſtellæ Imperatoris filia.

|

Petrus II. Rex Aragon. & Comes Barcinon. obiit 1213. vxor Maria, filia Gulielmi Comitis Montis Peſſulani, neptis Imperatoris Bizantini.

|

Iacobus cognomento Expugnator, Rex Aragoniæ. Obiit 1276. vxores eius tres.

1 *Leonora* Alphõſi IX. Reg. Caſtellæ ob conſanguinitate repudiata, ex qua Alphonſus puer extinctus.

2 *Ioleſia* filia Andreæ Regis Vngariæ, ac ſoror paterna Sanctæ Eliſabethæ Reginæ Vngariæ.

3 *Tyreſia* Ioannis Bidauri filia, ex qua

|

Petrus III. Patris in Aragoniæ Valentiæ Regnis, Principatuque Barcinonæ ſucceſſor. Obiit 1286. Vxor B. Conſtantia Manfredi Siciliæ Regis filia, per quam Siciliæ Regnum cõſorti Petro translatum: ac Sancta Eliſabetha noſtra Regina Portugalliæ feliciter procreata.

Iacobus Rex Balearum, hoc eſt Maioricarum.

|

Iacobus Rex Siciliç, extincto Alphonſo III. primogenito, ac Petri III. ſucceſſore, anno 1292. Obiit Iacobus 1327. Eius fratres, primus Fridericus Rex Siciliæ, qui deceſſit 1327. habuitque vxorem Leonoram, Caroli Regis Neapolis filia, cuius proſapia in Regibus Siciliæ. 2. Petrus priatus vixit. 3. S. Eliſabetha noſtra Aragonia. 4. Violanta, cor iux

Petrus Dominus Caſtri Ayerbę. Recta generationũ ſerię patrum ad filios per nouẽ gradus

Iacobus Domin. Xericę in Regno Valentię.

Ex iſta linea deducunt poſteritatẽ Regulorum Aragoniorum vſque ad D. Gaſparem de Aragona memoratum, Caſſani Principem in Regno noſtro, cui filius, & hæres

|

D. Philibertus de Aragona Caſſani Princeps. Nepos verò

|

D. Ioſeph Antonius de Aragona, Caſſani Princeps, nobilis puer, ſub

prima Roberti Regis Neapolis. Iacobi coniuges tres, quarum ſecunda *Blanca*, Caroli Regis Neapolis filia, decem liberorum mater.

D. Antonij de Pad. tutela. Hic Princeps gradibus 14. à Philippo IV. Hiſpan. Rege per D. Ioannã Caroli V. matrem tranſuerſaliter diſtat.

I

Alphonſus IV. cognomento Bonus ſecundo natus, nam Iacobus primogenitus ducta Leonora Alphonſi X. Caſtellæ Regis filia intacta, Magiſter Ordinis Sancti Ioannis Hieroſolymitani eſt deſignatus. Obiit Alphonſus 1336. Vxor prima Tyreſia Gulielmi Dantænicii filia.

I

Petrus IV. Ceremonioſus, obiit 1278. Ex prima vxore Maria Nauarræ Regina habuit tres liberos, Conſtantia tertiò edita, fuit vxor Federici II. Imper. Ex Leonora Regina Luſitaniæ nullos produxit. Ex 3. cui deindè ſucceſſit 4. Sybilla Forciana, reliquit ſucceſſores, ſed hi ſine ſucceſſione extincti.

I

Martinus Rex Aragoniæ, extincto fratre Aragoniæ Rege Ioanne anno 1296. ex eius prima coniuge Matthæa Arminiacenſis Comitis filia procreata Ioanna, Matthæo Foxæ Comiti elocata, & ex ſecunda coniuge Violanta editis Iacobo, Gerundæ Delphino, in pueritia defuncto, & Violanta, nupta Ludouico Andegauenſi Regi Neapolis. Obiit Martinus anno 1407. vxor Margarita Protarum Comitis Petri filia, ex qua

I

Martinus Federici Siciliæ Regis filia ducta, ſocero ſine virili prole defuncto, Matrimonii ratione eo in Regno ſucceſſit. Obiit 1409. atais, quia Federicus eius filius puer deceſſit.

I

Familia 3. ex Regibus Hiſpaniæ.

Leonora Martini I. Regis Aragoniæ ſoror tranſtulit Regnum ad Reges Hiſpaniæ: nam fuit conſors Ioannis I. Regis Legionis, & Caſtellæ.

I

Ferdinandus Honeſtus Rex Aragonum, & Siciliæ, cui frater primò natus, Henricus Rex Caſtellæ, ex quo Ioannes ſine ſucceſſione. Obiit Ferdinandus 1416.

I

Alphonſus V. Magnanimus (huic frater ſecundò natus Ioannes Rex Nauarræ, & Aragoniæ annis 20.) Rex Aragoniæ, & Neapolis ann. 42.

I

Ferdinandus V. Rex Catholicus ann. 37. obiit 1516. vxor Iſabella Caſtellæ, & Legionis Regina, Franciſcana extincta 1504.

Ioanna

|

Ioanna vxor Philippi Auſtriaci Regis Hiſpaniæ. Familia 4. ex Auſtriacis.

|

Carolus v.Imperator, Rex Hiſpaniæ, & Aragoniæ.

|

Philippus II. Rex Hiſpaniæ, & Luſitaniæ.

|

Philippus III. Rex Caſtellæ, & Aragoniæ.

|

Philippus IV. Rex Hiſpan æ, & Ind arum, viuit.

GENVS REGVM PORTVGALLENSIVM

Per Sanctam Viduam, ac Reginam Eliſabetham, S.Franciſci Tertiariam propagatum.

XIII DIONISIVS Rex Portugalliæ, filius Alphonſi III. Regis, nepos Alphonſi II.Regis, pronepos Sanctii II. Regis, abnepos Alphonſi I.Regis, atnepos Henrici Ducis Lotaringiæ, coniuxque S.Eliſabethæ Aragoniæ. Obiit ann.1325.

|

Alphonſus IV.Rex obiit ann.1257.Regni 31.

|

Petrus Rex. Obiit an.Chriſti 1367.ſcelerum acerrimus vindex.

|

Ferdinandus Rex exceſſit 1383. Vxor Leonora, quæ poſtmodum nupſit Petro IV.Aragonerum Regi.

|

Ioannes Nothus Rex, obiit 1433. Vxor Philippa Lancaſtria, ſoror Henrici IV.Regis Angliæ.

|

Eduardus Rex obiit 1438. Vxor Leonora filia Ferdinandi Regis Aragonum. Ex qua Alphonſus V. Rex obiens ann. 1481. reliquit Ioannem II.Regem atais; nam vxor eius Iſabella, Ferdinandi Catholici Regis filia, Alphonſum Luſitaniæ Infantem peperit, qui deceſſit ante patrem, cuius obitus ann.1495.

|

Ferdinandus Infans Luſitaniæ, Eduardi ſecundogenitus, Alphonſi V.Regis frater. Vxor Leonora, amita Regina Luſitaniæ.

|

Emanuel Rex Luſitaniæ, obiit 1521. Prima vxor Iſabella, Ferdinandi Caſtellæ Regis filia, cui filius Michael obiit bimus anno 1500. Secunda vxor (tertia fuit Leonora, Caroli Quinti Cæſaris

germana, quæ poſtea vidua nupſit Franciſco Galliarum Regi, genuitq; Mariam, quæ obiit virgo) Maria, Iſabellæ ſoror, Caſtellæ Regina. Ex hac I

Ioannes III. Rex obiit 1557. Vxor Catharina ſoror germana Caroli V. Emmanuel Ioannes Princeps huius filius ante patrem mortuus 1554. Ex hoc per Ioannam Caroli V. filiam.

I

Sebaſtianus Poſthumus Rex Portugalliæ, à Rege Feſa in Africa cæſus ann. 1578. I

Henricus Cardinalis, poſtea Rex Luſitaniæ, patruus Sebaſtiani, necnon & Antonii Pſeudoregi; nati ex concubina Ludouici fratris, qui Antonius irrito ſucceſſu multa contra Philippum II. pro Luſitaniæ regno machinatus eſt. Obiit Henricus Card. ætais 1580.

I

Philippus II. Monarcha Hiſpaniæ, Rex Portugalliæ, per Iſabellam coniugem primogenitam Emanuelis Regis. Sororemque Eduardi Principis Luſitaniæ, patris duarum filiarum, Mariæ vxoris *Alexandri* Farneſii Ducis Parmæ, defunctæ 1577. & Catharinę, quæ elocata Duci Brigantino, peperit *Annã*. Nonnulla alia de S.El. in fine 3. faciei. III

S.Brigitta vidua Sueca, ex Tertio Ordine S.Franciſci, & ſui Ordinis Fundatrix, regio ſanguine clara.

XIV Etiam hæc Princeps (quæ adulta nupſit inuita Vlfo, Neriicæ Principi, cum quo ſanctiſſimè vixit) Romana nuncupatur. Nam fundato eius nomine Ordine, in quo & ipſa profeſſionem emiſit, viſitatiſque Terra Sancta, Liminibus Apoſtolorum Petri, & Pauli, aliiſque diuerſis locis pro ſua pietate, pluimiſque diuinis reuelationibus illuſtrata, Romam reuerſa beatæ vitæ curſum expleuit die 23. Iulii 1373. Vt Seraphici B.Franciſci filia voluit, iuſſitque, vt corpus ſuum in Eccleſia Monaſterij D. Claræ S. Laurentii *Paniſperna*, humaretur. Sed anno elapſo translatum eſt in Suetiam, nihil ibi ex eo remanente, niſi altera ex illius ſcapulis. Illuſtrem in vita, & poſt mortem miraculis, Bonifacius Nonus in Sanctarum numerum adſcripſit. Vide Vadin. tom. 3. ad an. 1318. §. 10 & tom. 4. an. 1391. n. 6. & plures alios, qui poſt ipſum ſcripſere...

Eius coniux. Obitus 1373. Romæ. Sepultura.

XV Controuerſiam de obitu S.Birgittæ, intra ne, an extra Cœnobium S. Claræ apud D.Laurentium Paniſpernæ de Vrbe ſuper montem Viminalem, inter Eſquilinum, & Quirinalem, abſtulit Romanus Pontifex Bonifacius Nonus in Bulla canonizationis, illis verbis. *Cupientes igitur, vt Eccleſia Monaſterij S. Laurentij in Paniſperna de Vrbe Ordinis S.Claræ, in quo Beata Birgitta aliquibus diebus dum vitam gereret in humanis deuotè permanſit, ac debitum*

Lis de obitu S.Birgittæ.

bitum naturæ perſoluit, & eius corpus ſepultum extitit, & in quo poſtmodum plurimis miraculis claruit; & multa ex eius reliquijs deuotiſſimè venerantur à chriſtifidelibus, &c. Vide Vadin. cit. to. 3. ad ann. 1318. ſub n. 42. vbi etiam ſub num. immediato 43. hæc alia ſcribit. Tranſlato ſanctiſſimæ fœminæ corpore ad Monaſterium S. Saluatoris de Vuatſteno Lincompen. Diœceſis, quod ipſa de ſuis facultatibus conſtruxerat, remanſerat penes has Clariſſas *Brachiũ ſiniſtrum* cum aliis eiuſdem exuuiis, quas digno cultui venerantur fideles. Et tom. 4. ad an. 1391. num. 6. Canonizauit, inquit, hoc anno Bonifacius Nonus magna ſolemnitate in Templo S. Petri Sanctam Birgittam Viduam Suecam, vitæ ſanctitate, miraculorum gloria, & rerum cæleſtium reuelationibus illuſtrem, de noſtro inſtituto optimè meritam, cui viciſſim vices noſtri rependunt plurimis obſequiis. In noſtratum ſororum Clariſſarum Monaſterio Paniſpernæ vitam terminauit, &c.

Abſtulit Bonif. ix.

Brachiũ eius ſiniſtr. apud Clar. Paniſpernæ.

IV.

S. Franciſca Matrona Romana Illuſtri genere Heroina, ac Matronarum oblatarum egregia Fundatrix.

ORitur Romæ nobili proſapia 1384. nubit Ludouico de Pontianis clariſſimo viro, coniugalis caſtitatis dilectrix vnica, ac ſingularis. Vidua effecta ann. 1436. Monaſterium intrauit. Societatem enim, ſeu Congregationem Mulierum nobilium inſtituerat, quibus dederat S. Benedicti regulam ſub regimine Patrum Montis Oliueti apud S. Mariam nouam commorantium, quod inſtitutum Eugenius IV. approbarat. Orbata deindè marito illud ſtatim amplexa eſt. Fuit ex Tertio Ordine B. Franciſci, patremque ſpiritualem habuit nomine Bartholomæum. Tandem multis cumulata meritis, obiit demum Martii 1440. Canonizauit eã Paul. V. an. 1608. Vide Martyrol. Franciſc. die 9. Martii.

Eius ortus an. 1384.

Obiit 1440.

Aliæ Beatæ, ac celebres Mulieres Tertiariæ omni ſanctitate, ac Religione pollentes.

V.

XVI *B. Iacoba* de ſeptem ſoliis Romana, S. Franciſci diſcipula, ac celebris, famoſaque Matrona, quæ meruit poſt mortem pedes B. Patris, & Patriarchæ ſacris ſtigmatibus cruentatos amplecti, & oſculari. De ſeptem ſoliis non à ſtirpe nuncupata, cum hæc ſtirps in Vrbe haud adhuc reperta à nullo ſit, ſed fortè à regione iuxta cliuum Scauri. Vide Vadin. 1226. num. 28. Obiit Aſſiſij, inde enim nunquam diſcedere voluit, donec ibi feliciter obdormiret in Domino anno 1239. Clara eſt adhuc eius ſepulchri memoria in Eccleſia Minorum Conuent. in ipſo Eccleſiæ muro propè ſuggeſtum.

Obitus eius Aſſiſii 1239.

ſtum. Vading. tom. 1. annal. 1212. n. 34. & an. 1226. num. 26. 27. 28. item an. 1229. n. 29. & an. 1235. n. 24. & 1239. n. 14. & alibi.

VI.

XVII *B. Ludouica* Romana de Albertonibus, ſanguine quidem illuſtris, ſed morum integritate, & miraculorum copia clarior. Vidua Tertii Ordinis. Corpus eius crate ferrea aliquanto eleuata manet in hac Eccleſia noſtra S. Franciſci Transtyberim Reformatorum in Sacello D. Annæ, vbi diu, noctuque lampas accenſa eſt. Ciacconii Additionator in Clem. VII. Papa, qui eius Epitaphium, & carmina in perpolito lapide inciſa in hunc modum refert,

Proſapia illuſtris Albertonum.

Iacet hìc B. Ludouica filia Stephani Petri Matthæi de Albertonibus, Vxor Iacobi, & Socrus D. Nicolai Muti. Vixit ann. 60. Animam Altiſſimo Creatori ſuo reddidit die vltima Ianuarij 1530.

Ex quo colligitur, natam fuiſſe hanc ingenuam, ſanctamque Matronam, pro qua ſingulis annis in hac noſtra Eccleſia eius conſanguinei feſtum celebrant ann. Dom. 1470. ſub Paulo II. Obiiſſeque ſub Clem. VII. Carmina ſic ſe habent.

Obijt 1470.

Cælitum conſors frueris, quibus, otia poſce
Ludouica tuis, noſque tuere malis.
Da modò te facilem, ſanctiſſima, Numine dextro,
Quo miracla facis tot pia, & affer opem.

Sacellum nuper inſtauratum, ornatumque eſt à Balthaſare Palutio Albertonio, Raſinæ Marchione, & cineres ipſius felicis Viduæ in priori tumulo repoſiti. Vrbani Papæ VIII. nutu, Ioanni Garſiæ Millino Cardinali, Vicario Pontificio, viuæ vocis oraculo explicato. Illic etiam inſcriptiones hæ ſequentes vti recẽtiores appoſitæ.

Quod S. P. Q. R. Ludouicam Petri Matthæi de Albertonibus Rom. ſingulari pietate proſecuturus, vltimum Ianuarij diem, quò feliciſſimè conuolauit in Cælum, per Curiam Capitolinam, annua, à Iudicijs, ceſſatione celebrari: atque hoc Sacellum ſolemni pompa, vt mos eſt, à Romano Magiſtratu conſueta liberalitate adiri, Senatus conſulto multis ab hinc annis iuſſerit: Balthaſar Palutius

de

de Albertonibus grati animi monumentum poſuit, anno Iubilæi 1625.

VII.

B.Blancha Regina Franciæ, S.Ludouici Regis,& B.Iſabellæ matris,Alphonſi VIII.Regis Caſtiliæ filia,Alphonſi IX.cognata ex ſorore Berengaria, ex qua etiam Ferdinandi III.in quo duo Regna Caſtellæ, & Legionis iuncta,matertera, forma corporis egregia, dotibus animi heroica, nupta Ludouico Regi Franciæ VIII. qui deceſſit anno 1226. Inter quamplurimos, qui aſſerunt, hanc Regiam Tertiariam raræ fuiſſe ſanctitatis, atque omninò Sanctam,eſt Ioannes de Columna Ord.Prædicatorum in Mari hiſtoriar. Obiit iuxta meliorem calculationem 1252. Vide MS. apud Martyrolog. Franc.die 30.Nouemb.in quo requieuit in Domino, vbi de tranſitu Dominæ Blanchæ: de Translatione corporis; de fletu, & planctu ſuper mortem eius: de ſanctitate, & honeſtate vitæ, & pluribus aliis extat carmen vetuſtum ad eius Tumulum: S.V. Roſarii hæc Franciſcana Heroïna dicata.

Ex te Caſtella radians,vt in æthere ſtella
Prodijt hæc Blancha,quam luget natio Franca.
Rex Pater Alphōſus,Ludouicus Rex ſibi ſpōſus. Inſcriptio ad eius tumulū.
Quo viduata regens agit,vt viget requie gens:
Hinc peregrinante nato, benè rexit vt ante.
Tandem ſe Chriſto cœtu donauit in iſto,
Cuius tuta malis viguit gens Franca ſub alis,
Tanta prius, talis iacet puer hic Monialis.

Ad huius mulieris fortis obitum, hæc ſubdit Vadingus tom.2. an. 1252.ſub num.1. *Obijt hoc anno Candida,vulgari nomine Blanca, Francorum Regina,S Ludouici Regis Mater, mulier ſui temporis præſtantiſſima.* Et pauló poſt ſub num 2. Quid enim non meretur apud exteros, & apud domeſticos prudentiſſimæ fœminæ ſanctitudo? Omninò ſanctam fuiſſe, & miraculis claruiſſe, teſtantur vetuſti auctores, Ioannes de Columna Ordinis Prædicatorum in Mari Hiſtoriarum, & Didacus da Valeria in Hiſtoria Gallorum, quibus ſubſcribit noſter Marianus. Hæc ille, qui ſtatim annectit. Script. vetérum teſtimonia de B.Blāchæ ſanctitate,& miraculis.

Præclarum habet de ea elogium Gaudifridus de Belloloco, Cōfeſſarius S.Ludouici Ordinis Patrum Prædicatorum c.4.in vita,quā compilauit eiuſdem Sancti, quod hic placuit inſerere. *Domina Blancha Regina vera extitit dilecta Domini, & amabilis Deo, & hominibus vtilis, & accepta. Sub ſancta nutritura, atque ſalutari doctrina* Gaudifridi Ord. Præd & Confeſſ. S. Regis Ludouici elogium

doctrina tam pia Matris cæpit Ludouicus noſter egregiæ indolis, & optimæ ſpei puer exiſtere, & de die in diem in virum perfectum ſimul creſcere, & quærere Dominum & facere, quod rectum & placitum erat in conſpectu Domini. Verè conuerſus ad Dominum in toto corde, tota anima, totaque virtute tamquam bonæ arboris bonus fructus. Siquidem cum regnare cæpiſſet, & non haberet, niſi circiter 12. annos, quam ſtrenuè, quam induſtriè, quam iuſtè, quã potenter, dicta Mater adminiſtrauerit, & cuſtodierit, & defenſauerit iura Regni ſui? Sed meritis innocentiæ ipſius, & ſolerti prouidentia Matris eius (quæ tota Virago ſemper extitit, & fæmineæ cogitationi ac ſexui maſculinum animum iugiter inſerebat) perturbatores Regni ſemper confuſi ſuccubuerunt, &c.

S. Regis Ludou. Sanctitas ex Matris ſanctitate.

Teſtimoniũ eiuſdem ſanctiſsimi filii de matris ſanctitate habemus ex verbis ipſius, qui audiens matris obitum, hæc feciſſe idem autor Bellolocus refert, ipſo preſente, & adhuc cum eo in tranſmarinas oras commorante.

Subiuncto modicum cum ſingultu, & lacrymis Reginæ obitu tam damnoſo, tamquam plangendo Rex Catholicus eiulans alta voce, & in lacrymas reſolutus coram altari genua flexit, & manibus iunctis, ac deuotiſſimè plorans ait; Gratias tibi ago Domine Deus, qui dilectiſsimam matrem, ac dominam, quamdiu bonitati tuæ placuit, mihi commodaſti. Et nunc, Domine, per corporalem mortem eam tibi ſecundum ſuum beneplacitum accepiſti. Verum eſt Domine, quod ego nuper eam ſuper omnes mortales creaturas, prout benè meruerat, diligebam: ſed ex quo beneplacitum eſt ante te ſit nomen Domini benedictum in ſæcula Amen. Poſt hæc dicta, &c. Vide Vadingum ibidem.

Teſtimonium filii de matris ſanctitate.

VIII.

XVIII *B. Ioanna* Regina Caſtellæ, Religioſiſſima Mulier Henrico II. Caſtellæ coniux. & Ioannis I. Genitrix. Deceſſit die Iunii 28. cuius funus Toleti, vbi Henricus Rex eius maritus ſepultus erat, apparatu celebre, ſed & populi lacrymis, deſiderioque celeberrimum illatum eſt. Fæminam fuiſſe ſanctiſſimam, & in pauperes munificam, vndè illi *Egenorum Matris* cognomen, & in vita, ac morte habitum S. Claræ geſtaſſe ſcribunt Garibayus lib. 15. de rebus Hiſpan. c. 21. Mariana ibidem lib. 18. cap. 4. Vadin. tom. 4. ad ann. 1381. n. 2. & alii.

IX.

XIX *B. Catharina*, Boſnæ Regina Sereniſſima, ac pientiſſima Mulier. Quæ cum Vidua eſſet, Regnumque Boſnæ vi, & armis Turca inuaſiſſet, *R*omam veniens, à Sixto IV. Franciſcano benignè & humaniſſimè, vt par erat, recepta fuit; cui & pinguiſſimam annonam pro neceſſaria ſui conditione aſſignauit. Patientiæ, Caſtitatis,

atque

atque Pietatis fuit ſingularis. Tanta verò fulſit humilitate, vt tertii Ordinis inſignia geſſerit, & moriens ſepeliri voluit in Conuētu Fratrum Minorum S. Mariæ de Aracæli. Condita iacet in ea Eccleſia ante maius altare ſub lapide marmoreo iuſſu, & opera præfatj Pontificis anno 1478. quo ipſa obierat die Octobris 25. Vadiig. tom. 2. ann. 1251. num 60. & tom. 6. 1458. num. 34. & tom. 7. ann. 1478. nu. 62. Paterna Sixti iv. erga hanc Reginâ Clementia. Eius ſepultura. Dies obitus.

X.

XX *B. Euphroſina* alias Euphraſia Biturgiæ in Vmbria Tertiaria, ac S. Conradi vxor, heroica humilitate, Seraphica contemplatione, ac prophetico ſpiritu meruit à Domino exornati. Mortuo Marito, Monaſterium Tertiariarum apud Burgum S. Sepulchri ingreſſa eſt, vbi ſpiritus feruore virtuti ac perfectioni operam dedit, vt breui totius vitæ monaſticæ normam ſibi compararit. Obiit circiter ann. 1484. illius meminerunt Auctores multi apud Martyrol. 15. Sept. Fuit S. Conradi Placentini coniux.

XI.

XXI *B. Roſa*, Virgo Viterbienſis, huic pariter Hierarchiæ noſtræ faciei, Liliorum candore cælitus conſperſæ, roſæum colorem, diuina fragrantia eff'antem, ad maiorem venuſtatem immiſcet. Virtutibus, & miraculis præclara euaſit per Italiam, præcipuè in Tuſcia huius mundiſſimę Heroinæ, ac Tertiariæ memoria. Plures de ea extant legendæ M. S. & excuſæ, ſed incertis auctoribus. Vltimam ſcripſit Hieronymus Victorius Canonicus Viterbienſis, qui ait, mortuam eſſe de menſe Apr li, ſed aguntur de ea ſollemnia, & canitur miſſa propria Viterbii 4. Sept. quo die à primo ſepulchro celebriter tranſlata eſt ab Alexandro iv. ad ædem ſanctimonialium Damianitarum, quæ ea de re Eccleſia S. *R*oſæ denominatur. Vide 4 Sept. Martyrolog. *R*omanum, Baronium ibidem in annotatione, & alios plurimos ſcriptores. Obiit ann. 1252. vel 1253. tempore Innocentii iv. quod latè probat Vadingus. Vide Martyrolog. Franc. vbi de Carolo viii. Galliarum *R*ege Chriſtianiſſimo qui in reditu ſuo ab expeditione Neapolitana Viterbium adiens in die Pentecoſt. viſitauit corpus ipſius S. *R*oſæ Virg. Vide additiones ad Monſtrelctum volum. 3. ad ann. 1495. fol. 225. Eius vitæ, & miraculorum ſcriptores. Dies feſtus. Obitus.

XII.

XXII *B. Delphina* Aptæ ex Phocenſi Galliæ Prouincia Virgo, & Vidua Tertiaria, genere ſanctitate & miraculorum gloria, illuſtriſsima Heroina. S. Elzeario autem Ariani Comiti deſponſata, perpetuum cum eo duxit cœlibatum, iura interim coniugii minimè ſpernens, per ſpatium 26. annorum. Ita vt nonnunquam S. Elzeario. & S. Delphina, vna dormientibus in eodem lecto viſus ſit Chriſtus aſtitiſſe, eoſque benedixiſſe; quod carmine cecinit: Hęc fuit vxor S. Elzearii. Eius ortus. Nuptiæ connubium, & virginitas.

cinit Bidermanus lib. 2. Epigrammat. 76.

Ad pacti *Delphina* thori cum pergeret vmbram,
Certa vel *innupto Virgo* manere *toro*.
Iamque oculos caſto cepiſſent claudere *ſomno* (Carmen de Virginitate Delphinæ in toro connubiali.)
Hinc de ſponſa ſuos *Virgo*, *Vir* indè ſuos,
Arcanum ſubiit *proles pulcherrima* lectum,
Virgineo proles quæ fuit orta *ſinu*:
Et placitè *ſponſamque* inter *ſponſumque* recedit
Cum geminis *Virgo tertia* Virginibus.
Inſcius obſtupuit ſua gaudia *lectus*, & ipſum
Delicias nequiit ferre *cubile* ſuas.
Viſa nec eſt *ſponſus* vlla altera gratior *vmbra*,
Horula nec breuior ducta *ſoporis* erat.
Optent *formoſam* laſciua cubilia *prolem*,
Pulchrior in *thalamo virgine* viſa fuit.
Cur fugit ergo *meum proles*, ais, iſta grabatum?
Sterne torum *ſimilem*, qui cupis hanc *ſobolem*.

Orbata itaque viro Sancto ann. 1323. eundem caſtimoniæ amorem ſeruauit: ita vt Virgo puriſsima obierit, admirandis virtutibus inſignita, quam Christus multis decorauit miraculis. Moritur 1360. 26. Nouemb. in ortu Solis. ſepeliturque Aptæ in Eccleſia Fratrum Minorum iuxta virum ſuum D. Elzearium. De ea agunt quotquot res geſtas S. Elzearii literæ commendarunt. Vide Vading. & multos alios auctores, quos citat Martyrol. Franc. die 26. Nouemb. (Eius obitus.)

Beatæ Mulieres Clauſtrales Tertij Ordinis S. *Franciſci*.

I NOn eſt opus hic immorari in texendo Catalago illarum Beatarum, ac ſanctiſsimarum Mulierum, tam Virginum, quam Viduarum, quæ ex tertio ordine, quem B. Franciſcus immediatè inſtituerat, principio emerſere, at poſtmodum ſub trium votorum ligamine in clauſuris degentes ſe conſtrinxere. Sunt enim & in hoc cætu ſine numero celebres Fæminæ, vt apud ſcriptores liquidò apparet. Nobilis harum Clauſtralium Dux, & Antefignana Italiam cognoſcit Patriam. Vbi pariter ab initio & tertius Ordo à B. Franciſco fundatus & Clariſſarum Religio. (Ordo Clauſtralium 3. or in Italia fundatus.)

De tali Primiceria, quam deindè & viri probatiſsimi ſequuti ſunt, diximus obiter in priori facie, vbi de Tertii Ordinis ſobole: Ea ibi conſcripta enucleatius modo in preſenti Synopſi nunc obſeruanda.

I.

II *B. Angelina* ex nobili ſtirpe Montis Martii cuius & Comes B. Re-

*R*eginaldus Ord. Præd. & ipſa Angelina Titiniani, Corbariç atque Ciuitallæ in Aprutio Comitiſſa, ob mortem viri ſui eiuſdem Ciuit. Dynaſtæ, illuſtriſsima, ac piiſsima Virgo, atque coniux à Termis, Inſtitutrix ac fundatrix Mulierum Clauſtralium Tertii Ordis de Obſeruantia S. Franciſci extitit. Hæc inclyta Heroina, collecta illuſtrium iuuencularum manu, Fulginei, quæ Vmbriæ ciuitas eſt, Monaſterium ſub titulo S. Annæ ſibi conſtruxit anno 1397. & illud cum comitibus ingreſſa, tribus Religionis votis, caſtitatis ſcilicet & obedientiæ, atque paupertatis, emiſit. Vbi ieiuniis, orationibus, & aliis pœnitentiæ exercitiis intenta, ſub obedientia Fratrum Minorum, ad mortem vſque ſanctiſsimè perſeuerauit: & piiſsimo huic viuendi modo Tertiariarum incluſarum, ac ſimul viuentium illuſtriſsimum dedit principium. Cuius quidem exemplo, quam plurimæ aliæ deuotiſsimæ Virgines permotæ, ſpretis totius Mundi illecebris, atque in medium prolatis propriis facultatibus, breuiſsimi temporis ſpatio, in diuerſis Italiæ partibus octo Monaſteria ędificari curarunt: in quibus ſub habitu, atque legibus dicti Tertii Ordinis Sancti P. Franciſci Deo deſeruirent. Ab his ſacra ſororum Tertiariarū Religio initium ſumpſit, quam Martinus v. & Eugenius iv. Pontifices Maximi, Statutis, atque Apoſtolicis Conſtitutionibus, & conceſsionibus quamplurimis illuſtrarunt, & condecorarunt.

Illius fundatrix. & propagatrix.

1 Monaſteriū ab ea Fulginii conſtructum

III Cum verò ad exemplum prædictarum ſororum, & fœminarum quam plurimi quoque viri in diuerſis partibus aliqua Cænobia erexiſſent, ibidemque ſub habitu, & norma præfati Tertii Ordinis S.Franciſci, triplici Religionis voto emiſſo, religioſam vitam ducerent, & ſupra modum multiplicarentur; Sixtus iv. anno 1471. ad petitionem R. Patris Fratris Ioannis, ſiuè Zannetti ab Vtino Miniſtri Generalis, & omnium Miniſtrorum Prouincialium Ordinis Minorum, per vniuerſum Orbem conſtitutorum, ipſis Miniſtris, Generali, & Prouincialibus confirmauit auctoritatem, cōceſſam eiſdem ab Innocentio Papa iv. viſitandi, regularibus diſciplinis inſtruendi, & reformandi Fratres de Tertio Ordine in Italia, & Regno Siciliæ, & per vniuerſum orbem exiſtentes: eamdemque poteſtatem, & auctoritatem ſupra, & in prædictos Fratres Tertii Ordinis vbique exiſtentes, conceſsit, & Patribus, & Generali, & Prouincialibus Miniſtris, & Vicariis Prouincialibus de Obſeruantia nuncupatis.

Martyrolog. Franc 25. Decemb.

Sixtus iv. R. Pont.

In Italia hæc autoritas reſtricta eſt.

IV Iulius II. ann. 1507. confirmauit Conſtitutiones Sixti iv. de nouo ſubiecit omnes Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, vbique locorum per vniuerſum Orbem conſiſtentes, ſub obedientia & correctione Generalis, & Prouincialium Miniſtrorum Fratrum Conuentualium, & de Obſeruantia; Ita quod eos viſitare, & corrigere poſsent iuxta formam prædictarum literarum Sixti iv. & gra-

Iulius II confirmauit conſtitutiones Sixti iv.

nes ſuper his imponit cenſuras prædictis Tertiariis, niſi cum effectu paruerint.

Idem Iulius II. ann. 1509. de nouo approbauit eaſdem Sixti IV. literas, reuocando quæcumque in contrarium conceſſa, per aliud breue incip. ſimiliter, Exponi nobis. &c.

Leo x. confirmauit hanc 1521. Ord Claustralium.

Leo x. huiuſmodi Tertiariorum Ordinem ann. 1521. confirmauit, propriamque regulam ab ea quam Nicolaus IV. confirmauerat, diſsimilem, ipſis & ſucceſſoribus Fratribus Tertii Ordinis obſeruandam tradidit.

Pius v. ann. 1568. propter negligentiam ſuperiorum, & Miniſtrorum Fratrum Tertij Ordinis, in communem dicti Ordinis ſalutem, officia Miniſtri, & Viſitatoris eiuſdem Ordinis perpetuò extinxit, & aboleuit, & vt vtiliorum Rectorum opera dirigetur, omnes domos, Monaſteria; loca virorum, & mulierum; Cuſtodias, & Prouincias per vniuerſum orbem conſtitutas; Fratreſque & ſorores Tertij Ordinis Generali, & Prouincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum prout in eorum Prouincijs conſiſtunt, ſuppoſuit; vt Miniſter Generalis in toto Ordine, Prouincialis verò Ordinis Minorum de Obſeruantia in ſuis Prouinciis, liberam habeant auctoritatem ſuper Fratres, Sorores, domos, monaſteria & loca Tertii Ordinis tam in capite, quam in membris viſitandi, corrigendi, &c.

Priuilegia, & gratiæ odini huic à Gregor. XIII. conceſſæ.

V Gregorius Papa XIII. anno 1575. ad petitionem R.P. Chriſtophori de Capitefontium Miniſtri Generalis Ordinis Minorum, omnes gratias, & priuilegia conceſſa Fratribus Minorum de Obſeruantia, conceſſit Fratribus & Sororibus Tertii Ordinis in Congregatione, ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione, & eorumdem ſuperiorum Ordinis Minorum Regularis Obſeruantiæ obedientia degentibus.

Sixtus v. moderatus eſt conſtit. Pij v.

Sixtus v. anno 1586. moderatur Conſtitutionem Pii v. & Fratribus Tertii Ordinis conceſſit, vt poſſint eligere ſingulo quoque triennio in Capitulo Generali viſitatorem Generalem, Miniſtros, & alios officiales, non tamen Commiſſarium Generalem; Sed viſitator eligendus infra duos menſes, à die ſuæ electionis computãdos, confirmationem electionis à Miniſtro Generali de Obſeruantia petere omninò teneatur, qua petita, & non obtenta, idem Viſitator Tertii Ordinis Apoſtolica auctoritate confirmatus cenſeatur. Et dictus Miniſter de Obſeruantia per ſeipſum tantum vna cum duobus aliis ſui Ordinis profeſſoribus, poſſit ſingulo quadriennio, poſt viſitationem, à Viſitatore huiuſmodi Tertii Ordinis factam, & non ante, Tertium Ordinem, ac Fratres, Domos, loca, res, & bona prædicta viſitare; eaque tam in capite, quam in membris, prout opportunum fuerit, iuxta regularia ſtatuta ipſius Ordinis corrigere, & moderari.

Vide ſuperius vltima reuocatio ad fauorem 3. Ord.

VI Extra Italiam, & maximè in Prouinciis apud Germanos, ac præcipuè ad Belgas hic piarum Mulierum Ordo ſub variis nuncupationibus venit. Quod aduertit Gonzaga ad 3. p. vbi de Prouincia Flandrica, in qua tempore illo (& noſtro quoque maiori augumento) in quinque genera moniales, ſororeſque Franciſcanę diſtinguebantur. Primum genus S. Claræ de prima Regula. Secundum Monialium de Annunciatione. Tertium Griſearum, à colore griſeo, ſiue cinericio ita appellatarum, iſtæ ſunt pauperes mendicantes, & Diuinum Officium facientes ſicut & nos. Quartum genus eſt hoſpitalium, quæ hoſpitio recipiunt aduenas, & peregrinos in ſuis Xenodochiis, & Hoſpitalibus, & etiam miniſtrant infirmis in Ciuitatibus, & Pagis. Quintum eſt Sororum de Cella, quia in cellis, & domibus ſeruiunt infirmis, & peſte laborantibus. Moniales terti Ord in Flãdris quinque generibus diſtinctæ.

VII Quotquot ſcripſerunt Auctores de B. Angelina Corbaria, inter quos Vadingus tom. 4. ad ann. 1377. quo nata eſt Cælo, & alibi, reperies eam apud Arturum die Decembris 25. Natali Filii Dei conſecrato. De ea per ſynopſim more Eccleſiaſtico, quem tenent Martyrolog. ita idem Auctor. Fulginii in Valle Spoletana B. Angelinæ Corbariæ de Termis Virginis, quæ cum illuſtriſſima eſſet exorta proſapia, ſæculo renuncians, ac diuitiarum iactantia, opibuſque contemptis, Tertiariarum habitum, orbata marito, ſuſcepit: & prima omnium tria vota monaſtica profeſſa, *Sacræ Tertiariarum Religioni initium dedit*. Quæ poſtea multarum prærogatiua virtutum inſignis miraculis in vita, & poſt mortem hucuſque coruſcat. Hæc ille. Ortus B. Angelinæ 1376 Dies obitus 25. Decemb.

B. Angelinæ ſtirpem *de Monte Marte* ad illuſtrem domũ Comitum recentiorum de Corbaria, inter quos Comes Petrus Alphonſus, Præfectus Cubiculi Eminentiſſimi Domini Cardinali de Columna, Vir doctus, ac pius, pertinet. Superſtes, qui & ſtemmatis propagator, eius frater, Carolus Comes Corbariæ. Sed de hac re alibi ad meliorem occaſionem. Fuſè nouiſſimè, ſed idiomate Italico ſcripſit de BB. Comitibus Montis Martis, Guidone S. Romualdi Abbatis diſcipulo, Regionaldo Ordinis Prædicatorum, & Angelina noſtra (deque huius illuſtri genere, tum paterno, tum etiam materno, opibus, oppidis, ditionibus locuplete) P. D. Thadæus Terzi, Abbas Camaldulenſis Bononiæ. Familia de Mõte Marte.

B. Angelina obijt (inquit idem Arturus ibidem) non 14. Iulij, vt vult Iacobillus, ſed in die Natalis Domini, prout Chriſtus ſibi apparens in feſto S. Thomæ Apoſtoli, prædixerat ann. 1459. vt ipſe Iacobillus tandem fatetur in vita B. Margaritæ Sulmonenſis prima Septembris. Marcus Vlyſſipponen. lib. 1. ſcribit, eius ſacrum Corpus conditum fuiſſe apud Eccleſiam Fratrum Minorum Fulgineo. B Ang. obitus.

Fuit ex ſtirpe Montis Martis.

vbi vita illius admiranda depingitur, & ſacræ eius Reliquiæ condigno honore venerantur, cui adſtipulatur Iacobillus, qui etiam aſſerit, huius inclytæ Virginis coniugatæ Stirpem Montis Martis prædictæ Soboli Dominorum Comitum, Caroli, & Petri Alphonſi iuxta antiquiſſima, ac probatiſſima monumenta iure meritò referri debere. Barezzus (quem ſequitur Valerius lib. 4. cap. 17. de SS. Fœmin. Ordinis Minorum, ſed perperam) vult, ſepulturam nactam eſſe Angelinam in Monaſterio S. Annæ, ibidem à ſe extructo, illicq; ingenti populorum deuotione coli. Tandem præfatus Dominus Thadæus Abbas eam obijſſe ann. Dom. 1435. die Iulii 14. ætatis ſuæ 58. fatetur.

II.

Inſtatur pro Beatificat.

B. Ioanna à Cruce Virgo Tertiaria, nata 1481. in Diœceſi Toletana, obijt 1534. die Maii 3. iuxta Cubam Pagum. Ob miras eius virtutes Abbatiſſa electa, oratione, patientia, paupertate, ac vitæ auſteritate maximè floruit. Quam Dominus ſpiritu prophetico, dono linguarum, & gratia miraculorum in vita, & poſt obitum copioſiſſimè exornauit. Eius cauſa pro beatificatione, expedita eſt in Sacra Rota. Vide Auctores apud Martyrol. noſtrum die præfato Maii 3.

III.

B. Vrraca Rodriguez Vidua, Tertiaria Bezerra, ex Oppido Vlmeto oriunda, nobiliſſimaque. Extincto viro ſuo ſibi cariſſimo, cum opulentiſſima eſſet, audiens in Eccleſia illud Euangelicum, Si *vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus,* tamquam ea ſibi dicta fuiſſent, veluti altera D. Franciſci imitatrix, ſtatim omnia executioni mandauit. Hinc ſumpto Tertiariarum Franciſcanarum habitu, propriam domum in Monaſterium erexit, vbi ſimul cum aliis tribus pediſſequis ſub anno 1491. ſimul cum quinq; tū ex fratre, tum ex ſorore neptibus ingreſſa eſt, inibique ſanctiſſimè vixit. Tandem poſt cumulata virtutibus, diem clauſit extremum, & in eodem Monaſterio Sanctæ Crucis Vlmeti, à ſe extructo (quod eſt 33. Prou. Conceptionis) ſepulta eſt. Artur. die Iunii 29.

Diſpergit omnia bona pauperibus.

Fit Tertiaria clauſtralis.

Moritur ſanctè, 1491.

IV.

B. Violanta à Corduba, nobiliſſimo ſanguine nata, ſed nobilior quidē extitit familiæ, Chriſti Paſſionis Domin. memoria tota ſauciata. Cum fundaſſet Monaſterium Tertii Ord. S. Veronicæ de Murcia circa ann. 1576. iamque brauium in Chriſto, quod fideliter decurriſſet, acceptura, nonagenaria, & ampliori ætate confracta, cæleſtem patriam abiit eodem ann. 1576. cuius cellula fumigabat ab odore ſuauitatis admirandæ. Martyrol. Franc. 18. Maii.

Obitus eius odore fragrans.

FRO-

PROTESTATIO AVCTORIS

Circa Beatos Viros Franciſcanos, nondum à Sede Apoſtolica declaratos.

TRia hominum genera, pietate, ſanctitate, & miraculis celebrium apud Scriptores ſacros comperimus. Primum genus eſt eorum, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut Patrum virorum Sanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinariorum coluntur. Hos autem *Sanctos*, & *Beatos* dici, & haberi ab omnibus poſſe, & debere, nemini dubium eſt. Primum genus Sanctorum, vel Beatorum.

Secundum genus eſt eorum, qui etſi ſupra memorata Sanctitatis, vel Beatitudinis argumenta, ſeu auctoritatē nondum habuerint; attamen Sanctitatis, aut Martyrii, & miraculorum famam ſæpè etiam maximam conſtantiſſimè, & latiſſimè diffuſam habent. Et licet hi citra Sedis Apoſtolicæ auctoritatem publica veneratione ab Eccleſia non ſint colendi, nihilominus meritò eorum memoriam exteris palàm facere, & à periculo interitus eos vindicare indubitanter poſſumus ad exemplum multorum auctorum grauiorum, quos citat auctor Martyrolog. Franc. ſub §.7. art. 2. in prologo, vbi aſſignat huius rei rationem. Secundum genus.

Tertium genus eſt eorum, quorum nomen, & pietas, ac ſanctitas non tam latè, neque ſic eximiè innotuit, ſed interdum infra vnius, verbi gratia, Conuentus, vel Monaſterii, aut viciniæ fines quodammodo hactenus latuit: ita multi olim etiam modeſtiæ congruere cenſebant, non ſuas tantum, ſed etiam ſuorum laudes, & præclarè geſta ſilentio præmere. Quorum etſi non ſit tantum ſanctitatis lumen, neque miraculorum frequentia, aut euidentia, vt probabile ſit, aliquando ad publicam vſque venerationem in Eccleſia militante eleuandos eſſe; attamen propter aliqua eximia charitatis, patientiæ, caſtitatis, vel humilitatis, aut aliarum virtutum, quæ in eis excelluerunt, exempla, vtile etiam eſt, eorum memoria non interire, maximè vbi ita natura comparatum videtur, vt quo quiſque Sanctorum, aut proborum hominum nobis patria, genere, aut ratione vitæ, ac profeſſionis nobis coniunctior Tertium genus.

eſt,

eſt, eo lubentius, & iucundius virtutum eius laudes audiamus, & frequentius æmulemur.

Declarat Au ctor mentem ſuam.

Quod autem vel ſecundi, vel tertii generis homines *Sanctos* ſubinde, vel *Beatos*, aut *Beata* memoriæ elocauerim in iſto meo libro, & maximè in hac poſteriori Hierarchiæ Franciſcanæ facie, id exemplo grauium aliorum hiſtoricorum feci. *Neque per hoc vllo modo inſinuare intendo, publico cultu ab Eccleſia eos eſſe afficiendos, aut præripere iudicium* Sanctæ *Sedis, cui me, & mea omnia ſubmitto. Itaq; licet appellationem BEATI, vel MARTYRIS, aut huiuſmodi ſubiunxerim, nequaquam in ſtricta, & propria acceptatione, fũdata in approbatione Canonica, & Eccleſiaſtica, quæ deſeruit ad communem cultum, & inuocationem, ſumenda eſt: Sed eam tantum ſanctitatem in his à nobis commendari ſciant vniuerſi, quæ ex eorum virtute, & morum excellentia, ceu miraculorum probata fama, proficiſcitur.*

Paupertas portat in humeris Ieſum.

Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe Eccle. cap. 1. Vbi Interpres noſter ſuper Gen. 49. ad illa verba, *ſuppoſuit humerũ ſuũ, &c.* ea cum his coniungens, ita explicat · *Paupertas ergo portat in humeris ſuis Dei filium, ipſum Ieſum portat, cum pio amore ipſius omne, quod ei accidit patienter ſupportat. Humilitas verò ad pectus, & in brachijs ipſum portat*. Cant. 1. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus inter vbera mea cõmorabitur.* Et ipſe ſtatim multa cũ gratia, veluti ipſius Ieſus perpetuus geſtator, *In hoc*, ait, *diminutiuo*, faſciculus, *Humilitas*, in myrrha, *dominicæ paſſionis amaritudo deſignatur. Cor eſt inter vbera, quaſi dicat humilis ſponſa. Porto dilectum meum in corde Ieſum Chriſtum, faſciculum myrrhæ, id eſt humilem Crucifixum, vt ſim humilis corde, & cruci cum ipſo affixa corde. Paupertas ergo, & humilitas* (concludit pauper, & humilis Ieſu portitor in Dom. infra oct. Natiu. ſerm. de Chriſto in templo à Virgine præſentato) *deferunt Chriſtum ad templum, id eſt quoad vſq; veniat ad cæleſtis Hieruſalem Templum.*

Humilitas ad pectus, & in brachijs.

Quare Chriſtus faſciculus myrrhæ.

Triplex ſanctorum, beatorum, ſeruorum Dei genus tali paupertate, & humilitate in Franciſcana Hierarchia decoratum geſtator Chriſti euadens eo modo, quo Doctor noſter interpretatur, illud idem eſt, de quo in Clementina, de verbor. ſignific. cap. *Exiui de Paradiſo, dixi rigabo hortum plantationum.* Ibi enim poſt nonnulla ſequens Pontifex campi, & Chriſti Agricolæ Eccleſiæ metaphoram, loquenſque de myrrha, de qua ſponſus *Meſſui myrrham cum aromatibus meis*, hæc ſubdit in ſpecie de horto Fratrum Minorum. *Verus noſter Salomon in ſolo militantis Eccleſiæ hortu voluptatis inter cæteros, quemdam fecit à procelloſis mundi fluctibus elongatum, in quo quietius, ac ſecurius vacaretur contemplandis, obſeruandiſque huiuſmodi operibus exemplaris. In hunc intrauit*

Hortus ſpecialis Fratrũ Minorum.

ipſe,

ipſe, vt rigaret ipſum fœcundis aquis ſpiritualis gratiæ, & doctrinæ. Hic hortus ſiquidem eſt FRATRVM MINORVM SANCTA RELIGIO, *quæ muris Regularis Obſeruantiæ firmiter vndique circumcluſa, intra ſe ſolo contenta Deo, adornatur abundè nouellis plantationibus filiorum. Ad hunc veniens dilectus Dei filius mortificantis pœnitentiæ myrrham metit cum aromatibus, quæ ſuauitate miræ vniuerſis odorem attrahentis ſanctimoniæ circumfundunt.* HAEC EST ILLA CAELESTIS VITA, FORMA, ET REGVLA, *quam deſcripſit ille* CONFESSOR CHRISTI EXIMIVS S. FRANCISCVS, *ac ſeruanda ſuis filijs verbo docuit pariter, & exemplo, &c.*

Abundans myrrha in tali horto.

DISTINCTIO VIII.

Hierarchiæ Franciſcanæ Leonis quadrifacies multo ſudore conſperſa, imò etiam ſanguine pro ſchiſmaticis, vt ad vnionem veræ Eccleſiæ ſpontè concurrerent.

I ASIA ab Apoſtolis Chriſti ſemen Euangelij ſuſcepit. Sed decurſu temporis Mahumetana, ſaracenaque ſpurcitia, & infidelitas, ſchiſmata, hæreſes inundantes (populis, & Chriſtianorum reliquiis hinc inde diſperſis) vix ſemina primæ, & orthodoxæ fidei temporibus S. Franciſci dereliquerant. Præter Græcos in ſchiſmate non minorem gradum tenuerunt Armeni, quorum patria à Cappadocia vſque ad Caſpium mare protenſa, multas Regiones obtinet. Hi etſi Catholici primum, varijs tamen erroribus adducti in ſchiſma tandem deſciuerunt, & ab Eccleſia Catholica deficientes, ſibi caput præfixerunt Primatem particularem, quem *Catholicum* appellitant, & cui velut Summo Pontifici parent.

Græci, & Armeni ſchiſmatici.

II *Aethiopia* demum ſub Imperatore Abyſſinorum Præſteanne degens, quamuis veneno hæreſum inſperſa, ſub Patriarcha tamen Alexandrino ſchiſmatica reputatur: etſi enim Chriſtiano nomine, & Philippi Apoſtoli conuerſione gaudens, etiam ſingularem ad Chriſtum, & *Romanum* (vt aiunt) *Patriarcham* reuerentiam habeat, nihilominus illi vt capiti non adhærent, ſed diſſectam Eccleſiam ſibi formant ſub Imperatore ſuo: De quorum Aethiopum, & Abyſſinorum cœremonijs, & erroribus hiſtoriæ conſulendæ. Scribunt autem ſexaginta duos Reges nomine Chriſtiano gloriari, & iſti imperio ſchiſmatico ſchiſmaticos ſubdi.

Aethiopes inter ſchiſmaticos reputātur.

Illa ergo ſunt prima capita ſchiſmaticorum, quibus ſecundum diuer-

Acetiã Georgiani, Iacobitæ, Ruſſi, &c.

diuerſas Regiones, & dominia permixti ſunt *Georgiani*, *Iacobitæ*, *Ruſſi*, *Bulgari*, *Nubiani*, *Rutheni*, &c. qui cum infidelitate, hæreſibus, & ſchiſmate permixti ſint, certæ ſectæ aſſignari non poſſunt, de illis tamen mixtim aliqua interſeremus.

Labor, ſudor, & profectus Fratrum Minorum in Græcorum reductione ad Eccleſiam Romanam.

Auſpicata Græcorũ reductio ad vnionem Romanæ Eccl.

III Frequentiſſimos quidem labores ſuſceperunt FF. Minores pro Græcorum reductione à principio Ordinis, & quidem tantæ molis fuerunt reductiones illæ, vt pluribus ſæculis in illis laboratum fuerit. Primum igitur horum laborum, & fructuum, Deo dirigente, hoc ſanctum auſpicium habuit. Ad annum enim 1232. Religionis Minorum 25. contigit quinque Fratres Minores prædicationis gratia venire in Orientem, qui dum è Turcarum manibus (à quibus verbera, vincula, & carceres paſſi erant) Dei auxilio ſe eripiunt, Nicæam, quæ eſt Aſiæ, & Bithyniæ metropolis, vbi & generale Cõcilium Nicænum contra Arium celebratum eſt, poſt multa incommoda peruenerunt, hoſpitio charitatiuo *à Germano Cõſtantinopolitano Patriarcha* benignè excepti.

IV Cum autem in familiari colloquio ſuper ſchiſmate, quo iã pridem Græci laborabant, anſam loquendi Patriarcha præbuiſſet, magna fiducia, & ſancto feruore de vnione ad Matrem Eccleſiam Romanam reſtituenda Fratres illi diſſerentes, animum Patriarchæ tanta energia penetrarunt, vt eorum vita, & exemplis pariter motus, vehemens deſiderium vnionis conciperet, & ex templo paratum nuncium ad Pontificem Romanum cum ipſis Fratribus Romam mitteret, ſcriptis grauiſſimis literis ad Gregorium IX. & Collegium Cardinalium, quarum exemplaria habet noſter Vading. ad ann. præfatum num. 34. Et hæc fuit occaſio Gregor. IX. hanc vnionem vrgendi tum per epiſtolas, tum ad ann. ſequentem 1234. per viros doctiſſimos: duos ex Ordine Prædicatorum *Hugonem*, & *Petrum*. Necnon duos ex Ordine Minorum *Haymonem Anglicũ*, qui poſtea fuit Miniſter Generalis, & *Rodulphum*, quos tamquam *Apocriſarios S. Sedis Apoſtolicæ* ad præfatum Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum, & Imperatorem Græcorum, ac Prælatos deſtinauit, vt cum eis seriò, & efficaciter de vnione agerent.

Ad hoc miſſi Prædicat. & Minores.

Qualiter excepti.

V Qui quidem honorificè excepti tum à Patriarcha cum cœtu Eccleſiaſticorum, tum ab Imperatore tamquam S. Sedis Legati, ſua quidem modeſtia Legatorum honores reſpuerunt, cum ſub ſimplici *Apocriſariorum* nomine ſe miſſos aſſererent. De vnione tamen efficaciter tractare cæperunt. Et ſolemniter habitis publicis collationibus in Palatio Imperiali, duos articulos primò propoſue-

poſuerunt. Alterum: De *Proceſſione Spiritus Sancti à Patre, & Filio*. Alterum: De *Conſecratione Eucharistica in pane Azymo*. Quos, Græcis contranitentibus apertè, tum ex Scriptura, tum ex ipſis Patribus Græcis iuxta Eccleſiæ Latinæ profeſſionem doctiſſimè probarunt, & per modum *profeſſionis communis fidei* à ſe ſignatæ, Patriarchæ, & Imperatori, ac toti Cœtui legendam exhibuerunt.

Articuli difficultatis propoſiti. & diſputati.

VI Verum Patriarcha cum ſe claritate doctrinæ præmi videret, ad dilationes confugiens, negotium huius vnionis communicandum duxit Confratribus ſuis Patriarchis, *Hieroſolymitano, Antiocheno, & Alexandrino*: quod tandem poſt multas altercationes factum eſt, congregata Synodo ad Ciuitatem Nymphæ ad portum Euximum, vbi iterum *Apocriſarij* omnes neruos intenderunt, vt Græcos conuincerent. Verum re adhuc immatura, tumultu excitato, vnione infecta, coacti ſunt recedere: Patriarcha quidem, & Imperatore vnionem deſiderantibus, ſi Antiochenus, & alij maiori vi, & velut ſeditione commota non obſtitiſſent. Latiſſimè hæc omnia deducunt, & doctiſſimas Apocriſariorum Diſſertationes, & Concluſiones referunt Annales ad ann. præfatum 1234. num. 8. & ſeq. quæ curioſo Lectori non diſplicebunt.

Coguntur recedere.

VII Nec propter hæc ceſſauit zelus conceptus reducēdi Græcos ad Eccleſiæ Matris vnionem. Secundò itaque ad ann. 1247. Innoc. IV. reſumens arduum illud negotium *F. Laurentium* Ord. Minorum Legatum ſuum in Orientem per *Graciam, Armeniam, Iconium, Turchiam* mittens: Illum etiam ad Græcos omnes tam in Regno *Cypri*, quam in Patriarchatu *Antiocheno, & Hieroſolymitano* deſtinauit, ei commendans ſingulariter, vt in reductione *Græcorum* labores à ſuis anteceſſoribus relictos reſumeret. Et quia Latini Græcis moleſti fuerant, monuit, vt omnes infeſtationes, à Latinis Græcis illatas omninò ſedaret, ac pro illis ſatisfieri prouideret (vt conſtat ex literis Pontificis, datis Lugduni *Nonis Iunij Pontific. anno* 4. Item ex datis ibidem *7. Idus Auguſti Pontific. ann.* 5.) In hoc igitur negotio dum dictus Fr. Laurentius ſtrenuè laborat, eo quidem fructu, vt Imperator, ac Patriarcha iam inclinarentur, nec abhorrerent vnionem. Innoc. IV. de his certior factus, vt maiori cum auctoritate res perficeretur ann. 1249. ſolemni legatione ad vnionem concludendam mandauit B. Ioannem Parmenſem totius Ordinis S. Franciſci Generalem Miniſtrum, quem etiam ſub titulo *Angeli Pacis* ſcriptis ad Imperatorem, & Patriarcham Epiſtolis inſigniter commendauit.

Negotiū denuò reſumpſerunt.

Quam gratè acceptus Io. Parmenſis.

VIII Quanta verò cum reuerentia dictus Pater Generalis, à Græcis, vt verè *Angelus Pacis* exceptus ſit, teſtantur Epiſtolæ, ad ſummum Pontificem eius rei nuntiæ ab Oriente tranſmiſſæ: quas vt accepit, referente Petro Rodulphio, magna lætitia, & volupta-

te perfuſus eſt ſummus Pontifex cum tota Curia, itaut ſeipſum capere non poſſet, dixitque multis adſtantibus: *Dilatatum*, inquit, *eſt cor noſtrum pragaudio vehementi, audito quod prudens Gracia nouo ſuperioris irradiata ſyderis fulgore, gratanter accepit Fratrem Ioannem, &c.* Nec mirum, cum (vt S. Antoninus, & alii) Græci tanta in viro Dei ſanctitatis, & diuinæ ſapientiæ ſigna viderent, vt non iam putarent hominem quempiam prudentem, & eruditum videre, ſed ex antiquis Patribus, & Doctoribus vnum, ſiue aliquem ex Chriſti diſcipulis: quæ omnia effectus ſecuti docuerunt.

Tres vniones Eccleſiæ Græcorum cum Latina.

Reductioneſque Armenorum, Iacobitarum, & aliorum ſchiſmaticorum Orientalium per Fratres Minores.

I PRima vnio contigit in Concilio Lugdunenſi ex occaſione prædictæ Legationis P. Ioannis Parmenſis ſub Gregorio x. ad an. 1274. tardioribus quidem paſſibus, ſed exitu felici.

Quinam FF. Min. allaboraucrint.

Diſpoſuerat ſanè & velut concluſerat futuram hanc vnionem ſub beneplacito Summi Pontificis, & Eccleſiæ Latinæ *B. Ioannes de Parma cum Ioanne Ducas*, Imperatore Græcorum in Aſia, & *Manuele* Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, ac aliis Prælatis Orientis, ſuper qua Imperator, & Patriarca legationes honorificas ad Pontificem inſtituerant: Et *Apocriſarij* in itinere ſpoliatis, ipſe B. Ioannes de Parma articulos vnionis Romam detulerat, & à Cōcilio Cardinalium (etſi in nonnullis conditionibus parum conſonos) approbari procurauerat. Verum morte Innoc. IV. ſuperueniente, dum negotium proſequitur Alexander IV. ad ann. 1256. etiam è viuis ſublatus eſt.

Artic. vnionis Romam perducti.

II Et cum iterum tractatum vrgeret *Michael Paleologus*, & Vrbanus IV. illum per Fratres Minores à S. Bonauentura ſelectos proſequitur, etiam fatis cedit, ſede Apoſtolica per tres annos vacante: donec Gregorius X. electus, & per literas congratulatorias ab Imperatore *Paleologo* ſalutatus in dicto Concilio Lugdunenſi per Fratres Minores vnionis concluſionē vrſit. Præcipui illi fuerunt. Fr. Hieronymus Aſculanus, qui Cardinalis factus, ad Pontificatum aſſumptus eſt. Et Frater Bonagratia Dalmata, qui ad ann. 1274. cum Plenipotētiariis, & ſex viris primariis, *Germano* olim Patriarcha Conſtantinopolitano Imperatoris cōſanguineo, *Georgio Acropolita*,

S. Bonau.

Fr. Hieron. Aſculanus

Fr. Bonagratia Dalmata.

politæ, Magno Logotheta, cum Metropolita Niceno, & Primate Bythiniæ, ac Nicolao Imperii Camerario, & altero ex Aula Imperatoris præcipuo Lugdunum peruenerunt.

III Qui omnes à Concilii Lugdunenſis Patribus ſummo honore, ſumma omnium exultatione cum vniuerſi populi applauſu ſunt excepti. Et lectis coram vniuerſo Concilio literis, tam Imperatoris, quam omnium Metropolitarum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Græciæ, qui in vnam ſententiam ſuper vnione cum ſuis Synodis conuenerunt, & re bene in Concilio conſulta. Primum quidem in Feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli aſſiſtentibus Græcis ſolemnis Miſſa cantata eſt, & propoſita fidei norma, quam Græci deberent profiteri: poſtea in octaua Apoſtolorum ad ſextam Iulii profeſſionem fidei, & obedientiam ad Romanam Eccleſiam cum recognitione Primatus Græci emiſerunt, & inter alios nomine Imperatoris, & eius filii, Magnus Logotheta ſingulariter fidem, & obedientiam eſt profeſſus. Sicque vnio Græcorum cum Eccleſia Latina, in qua tam frequenter, & tamdiu laborauerunt FF Minores totius Eccleſiæ gaudio concluſa eſt. Ad hanc porrò in Concilio concludendam, multum contulerunt *S. Bonauentura, & Vicedominus de Vicedominis* Cardinales ex Ordine Minorum aſſumpti, qui Pontifici in omnibus aſſiſtebant. Vnde & primam Concionem habuit *S. Bonauentura* propoſito themate *Baruch 5. Exurge Hieruſalem, ſta in excelſo, & circumſpice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab oriente Sole vſque ad occidentem*: qui in eodem Concilio magna omnium conſternatione ſanctiſſimè obiit.

Summo honore in Lugdun. Concil. excepti.

Profeſſio fidei Græcorũ.

IV Secunda vnio Eccleſiæ Græcæ cum Latina in perſona Imperatoris contigit. Prior enim vnio memorata aliquo tempore viuente *Michaele* Paleologo, & Andronico eius filio inualuit. Verum iterum Græci ad ſua ſchiſmata relapſi ſunt: nec propter hoc defecit zelus ſummorum Pontificum. Nam & ad ann. 1343. *Fr. Gartia Arnaldi* ex Ordine Minorum à nobiliſſima *Ioanna* Imperatrice Græcorum, quæ maritum *Ioannem Cantacuzenum* Imperatorem ad vnionem cum Latina Eccleſia ſollicitabat, Romam miſſus iterum apud Ioannem XXII. de vnione actum eſt, & de miſſione *F. Gerardi Odonis* Miniſtri Generalis, ſed cum mors ſubſequens dicti Patris legationem iſtam ſuſpendiſſet, dilata eſt legatio vſque ad ann. 1349. quo poſtulante Ioanne Cantacuzeno Imperatore, miſſi ſunt à Pontifice *F. Gulielmus Maurocchius* Franciſcanus, & *F. Gaſpertus* Dominicanus, Epiſcopi, vt niterentur, ad vnionem, & concordiam, Eccleſiam Græcam cum Latina iterum reducere; eſtque tunc ab Imperatore propoſita celebratio Synodi, in loco aliquo maritimo, contermino Eccleſiæ vtriuſque. Sed ſcriptis ab

Denuò FF. Min. laborãt ad aliã vnionem faciendam.

Dilatetur legatio ad an. 1349.

vtraque parte literis, res dilata eſt vſque ad tempora Innoc. VI. ad ann. 1356. quo *Ioannes Paleologus* Imperator, pulſo *Ioanne Cantacuzeno*, denuò reſumpſit poſtulationem vnionis, miſſa ſcripto fidei confeſſione, quam in ordine ad vnionem reparandam intendebat premittere.

Græci relapſi iterum reducuntur opera FF. Minor.

V Ad quem pariter remiſſi ſunt ex Ordine Minorum *Fr. Petrus Paſtenſis* Epiſcopus, & *F. Gulielmus Siſopolitanus*, vt ab illo dictam confeſſionem fidei publicè reciperent: quam ipſe Ioannes Paleologus à FF. Minoribus perſuaſus Romā perſonaliter veniens ad ann. 1369. ſub Vrbano V. coram quatuor Cardinalibus, ab eo deputatis Commiſſariis, publicè in Eccleſia Apoſtolorum Petri, & Pauli, tamquam vniuerſi orbis theatro, præſente *Paulo Patriarcha Conſtantinopolitano*, abiurato ſchiſmate ex formula Romanæ Eccleſiæ emiſit, idiomate tamen Græco. Hoc ipſo actu vniuerſos ſibi ſubditos Eccleſiæ Latinæ reuniens, & coniungens. Interpretabatur autem præmiſſo Iure iurando profeſſionem Imperatoris, & aliorum Græcorum, qui abiurato ſimiliter ſchiſmate eadem verba iurabant, *F. Antonius Athenienſis* Minorita, vertens profeſſionem græcam in latinam. Cuius profeſſionis publicæ inſtrumenta in Archiuio Montis Adriani in poſterorum memoriam reſeruantur.

Verſio profeſſionis Græca in Latinā

VI Hanc igitur profeſſionem tenebat *Ioannes Paleologus* Imperator: verum effectum vnionis in populo ſuo non ſatis vigilanter promouebat, ſed Græci promiſcuè in ſuis erroribus deliteſcebant. Vnde iterum Gregor. XI. deputatis duobus Nunciis, altero Ordinis Prædicatorum, altero Ordinis Minorum, miſit ad *Paleologum* pro vnione promiſſa in populo ſtabilienda, eò maximè, quod qui Latinis nomen dabant, ab aliis Græcis moleſtias paterentur. In qua re non modicam operam impenderunt præfati Nuncii; quamuis poſtea Græci ſua inſtabilitate iterum ad ſchiſmata ſua redierunt.

VII Tertia vnio totius Eccleſiæ Græcæ cum Latina ad Concilium Florentinum referenda eſt ex Annalibus 1437. num. 2. & 3. Non enim quieuit Mater Concordiæ, & Pacis Romana Eccleſia, donec iterum tota Eccleſia Græca reuniretur, quæ ſolemnis vnio facta, & conclamata eſt in Concilio Florentino ſub Eugenio II. ad ann. 1439. Ad quam non modicam impenderunt operam FF. Minores, maximè *R. P. Gulielmus de Caſali* Miniſter Generalis, cui cum decem Patribus ad hoc electis doctrinales concurſus ad hanc vnionem neceſſarios Pontifex demandauerat. Diſpoſuerat etiam ad iter in Europam aggrediēdum in Concilium Generale Græcorum Imperatorem *F. Bartholomæus de Talo* vir doctiſſimus, & piiſſimus, & *Albertus de Sartiano* ad hoc ab Eugenio IV. miſſi, qui ſimul cum Imperatore in Italiam ſunt reuerſi.

Iterū per Minores reuniū tur in Conc. Florent.

Inter-

VIII Interfuit huic Concilio Florentino *S. Bernardinus Senenſis*, colloquiis priuatis, & publicis prædicationibus Græcos ad vnionem exortans. De quo illud mirabile fertur: *Quod* cum Græcum idioma non calleret, in feruore ſpiritus Deum deprecatus, vt qui Apoſtolis linguarum donum ad conuerſionem gentium diſtribuerat, Græcis ſaltem eorum, quæ dicturus erat, intelligentiam præberet. Auditus eſt à Græcis Græcè de Catholica fide, prædicans tanta quidem energia, vt non ſolum tamquam *Natiuus Græcus* audiretur, ſed & corda Græcorum mirabiliter penetraret, ſiue Deo linguam mouente, ſiue in auribus miraculum operante, eo modo quo Hieroſolymis vnuſquiſque eodem momento linguam, in qua natus fuerat, Apoſtolos audiebat. Sic Græci in hoc Concilio ad vnionem redierunt.

S. Bernardinus in Conc. Florentin. quid fecerit.

IX In hoc etiam Concilio reducti ſunt Armeni, ad quos ante biennium Eugenius IV miſerat ex Minoribus *FF. Franciſcum, & Ludouicum Bononienſes*, necnon *F. Iacobum de Primanditijs* Vicarium Generalem Obſeruantium, vt illos ad Concilium Generale inuitarent. Quod tanta efficacia effectum eſt, vt comite *B. Ioanne Capiſtrano* (qui ex Oriente quo mandatus fuerat à Pontifice, reuertebatur) iter ad Concilium maturauerint, & in fide Catholica inſtructi, ipſam fidem publicè confeſſi fuerint, & ſe Matri Eccleſiæ Romanæ in perfecta obedientia vnierint. Et hi quidem poſtremò Manipuli Armenorum Ordini Franciſcano debebantur; quippe quorum opera iam Armenia ad fidem reducta ſæpius fuerat, tum per eos, quos *Pater Bonagratia* Generalis ad illos 1284. miſerat, tum per P. Ioannem de Monte Coruino ſub Nicolao IV. vt conſtat ex Epiſt. 50. Regeſti Vaticani, tum per eos, quos P. Raymundus Gaufredi ad poſtulationem Regis Armeniæ iterum deſtinauerat ad ann. 1290. ob amplam meſſem eorum, qui ad Chriſtianam fidē accedebant. De quibus videantur Annales Minorum ad citatos annos.

Reducti Armeni etiam in hoc Conc.

Armenia ſæpius reducta ad fidem per FF. Minores.

X Nec modica apud Deum, & Eccleſiam Franciſcanę Religionis gloria fuit, quod, vt refert Piſanus conf. 8. S. Antoninus tit 24. c. 9. §. 13. Hieron. Platus l. 2. de Bono ſtatu Relig. cap. 26. (*Ioannes* Armeniæ Rex concepta ad S. Franciſum, & eius Fratres, mira pietate relicto ſuo Nepoti *Leoni* immenſo Regno, cui ſ[...]berant viginti quatuor Reges diademate coronati, Ordinem S. Franciſci ingrauerit, & in eo profeſſionem emiſerit, *eligens abiectus eſſe in Domo Domini*, & Baltheo Regali diſſoluto, paupertatis funiculo pręcinctus Deo ſeruire, qui tot Regibus imperauerat. Et ne feruore aliquo peregrino, aut nouitio, vel animi puſillanimitate id feciſſe putetur, audiatur heroicum factum. Cum poſtea Turcæ in Armeniam irrupuiſſent, nec illis Leo Nepos, cui Regnum dimiſerat, reſiſte-

Ioannes Rex Armen. fuit F. Minor.

Eius heroica factum.

reſiſtere poſſet: *Ioannes* Dei, & fidei cauſam agi videns, ampliori feruore, non Ordinem aſſumptum dimiſit, ſed armis, & lorica nouo more ſuper Tunica Franciſcana indutus, magna ſtrage hoſtes fidei è finibus Armeniæ eiecit, & ſanguinem profundens, Deo Athletam ſuum coronare volente, in pugna glorioſè occubuit. Latius Annal. ad ann. 1294. n. 11.

Iacobitæ reducuntur ad Rom. Eccleſ. per FF. Min.

XI Porrò tanta fuit ſollicitudo Paſtoralis Eugenij IV. in Concilio Florentino, vt ſtatim vnione Græcorum, & Armenorum perfecta de reducendis Aethiopibus, & Indis Orientalibus ad Eccleſiæ gremium ante Concilij Florentini finem cogitauerit. Et de facto *B. Albertum Sartianum*, qui cum Græcis redierat, vnà cum aliquot FF. Minoribus ad Patriarchas illarum Regionum, & Cophtos (Chriſtiani ſunt circumciſi, vulgò dicti Chriſtiani præcincturę) necnon & ad Thomam Indorum, & Presbyterum Ioann. Aethiopum Imperatores datis literis miſit, ſi quo modo ad Eccleſiæ Romanæ vnionem illos reducere poſſet. Nec inutilis illa Miſſio fuit Eccleſiæ Dei: etſi enim iter proſecutus ad Cyrum vſque, à Sultano Babyloniæ impeditus fuerit, ne ad Aethiopes, & Indos progrederetur, tamen ex ſociis ſuis aliquos non ſine fructu miſit, & ipſe ingentem Iacobitarum gentem, durante adhuc Florentino Concilio, per ſuos Commiſſarios ad gremium Eccleſiæ, & vnionem, ac recognitionem Matris Eccleſiæ Romanæ reduxit; ſuper quibus videat ſtudioſus Lector Annales ad ann. 1441. n. 2.

Gens Iacobitarum pluri-ma ad Eccl. gremium.

Acta Fratrum Minorum circa aliarum Nationum reductionem, Ac ſocietas Peregrinantium propter Chriſtum.

I NAtiones Orientales, infectas partim ſchiſmate, partim Infidelitate Paganica, partim Hæreſibus fuiſſe, ſat ſuperque in ſuperioribus ex Hiſtoriis conſtat. Ad quas omnes FF. Minores à principio miſſi iuxta conditionem illarum, vel populorum, qui permixti erant, multam operam præſtiterunt. Alios à ſchiſmate ad obedientiam Romanæ Eccleſiæ reducentes. Alios à Paganiſmo ad fidem, & ſanctum Baptiſma conuertentes. Alios ab Hæreſum erroribus prædicatione, & exemplo extrahentes. Vndè eſt illa Bulla ſollemnis Alexandri IV. ad ann. 1258. quæ incipit, vt alias diximus in 2. facie.

Ad varias nationes Minores miſſi.

II *Dilectis Fratribus de Ordine Minorum in terris Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum Cumanorum, Aethiopum, Syrorum, Vberorum, Alanorum, Gazarorum, Gotthorum, Zicchorum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Meſcelmorum, Tartarorum, Hungarorum, Maioris Hungariæ, Chriſtianorum,*

capti-

captiuorum apud Turcas, aliarumque Infidelium Nationum Orientis, ſeù quarumcumque partium proficiſcentibus &c. cum hora iam vndecima &c. Data Viterbii 12. Kal. Maii Pontif. anno 4. in quibus Pontifex neceſſariam authoritatem ad prædicta FF. Minoribus elargitur. Ex quibus certum eſt *Bulgaros, Iacobitas, Georgianos* à ſchiſmate, & erroribus aliquoties opera FF. Minorum fuiſſe reductos: ſuper quibus videri poſſunt Annal. ad ann. 1245. n. 14. 1247. n. 9. & 10. 1312. nu. 1. 1354. nu. 1. 1372. nu. 31. & 32. 1374. num. 6. 1442. num. 10. ſed & Abyſſinorum Imperat. *Presbyterum Ioannem* Schiſmaticum, Minores Legationē obuiſſe, conſtat ex Annalibus ad ann. 1441. & 1480. nu. 9. Eorum profectus.

III Præclara porrò fuit reductio Maronitarum per B. M. P. Griphonem, natione Belgam Flandrum, S. Theologiæ in Academia Pariſienſi aliquando Profeſſorem, qui zelo fidei accenſus, ad ann. 1430. deuotionis cauſa ad loca Redemptionis noſtræ Hieroſolymam proficiſcens, dum Nationum circum circa habitantium, & vndequaque aduentantium errores notauit, totis ſeptem annis ſe ad addiſcendum Græcum, & Arabicum idioma contulit (quamuis Theologus Magnus, & Theologiæ Magiſter, & Profeſſor) quibus perfectiſſimè acquiſitis, Maronitas aggreſſus, illos à ſuis erroribus expurgatos ad obedientiam S.R.E reduxit, & reſiſtentem eorum Principem ipſorum conuerſioni, ac reductioni, miraculo famoſiſſimo in feſto Aſſumptionis B. V. conuicit. Dum enim eo concionante Sol ad occaſum pergeret ad Principem conuerſus, ei ſi credere vellet retrogradationem Solis obtulit, & coram toto Auditorio conſpiciente effecit, vt Sol ad orientem regrederetur. Vnde conuerſo Principe, & Gente vniuerſa (quæ totum ambitum Montis Libani per ſeptingenta millia paſſuum obtinet, & per Patriarchatum Anthiochenum, Cypri Inſulam, & Ciuitates Damaſci, & Aleppi diſpergitur) eos ad obedientiam Romanæ Eccleſiæ reduxit. P. Gripho Flander qualis. Tendit Hieroſolymam. Reducit ad Eccleſ. Rom. Maronitas miraculo raro.

IV Quod quidem miraculum perpetua ſollennitate quotannis ab illis recolitur. Porrò excolendæ huic Nationi dictus *Pater Gripho Flander* totis viginti quinque annis inſudauit, & ſecundò Romam ante Calixtum III. huius Nationis ſalute veniens conſecratus eſt ab eo Epiſcopus, ac *Maronitarum Patriarcha*, de quo Annales ad ann. 1475. & latè Marcus Vlyſſipon. 3. p. Chron. l. 3. cap. 38. Vuilotus in Athenis virorum orthodoxorum. Qui tandem in extrema ſenectute ad aliorum conuerſionē progrediens, in itinere lenta morte conficitur ad ann 1475. Poſt labores 25. annorū à Papa conſecratur Epiſ. Moritur.

Quadruplex Leonis Hierarchici Fratrum Minorum Facies ad quadruplex ſæculum directa, terribilem, proficuamque ſe prodit in Hæreticos.

Minor. Ordo fundatus in fide cathol.

Fr. Minor debet eſſe paratus ad martyr.

Martyres Frãciſcani.

I ORdinem ſub fidei Catholicæ Romanæ vexillo S.Franciſcum inſtituiſſe, Regula ipſa cap.2. in receptione Nouitiorum, manifeſtè declarat, dum primam conditionem ingredientis ad Ordinem ponit, vt Miniſtri candidatos *examinent de fide Catholica, & Eccleſiaſticis ſacramentis*. Nec vllos admittant niſi *Hæc* (inquit) *omnia credant, & velint ea fideliter confiteri, & vſque ad finem firmiter obſeruare*, etiam (vt explicat S.Bonau.) *vſque ad Martyrij teſtimonium, & ſanguinis effuſionem*: Itaut pro fide Catholica vltra mille quingentos Martyres Franciſcani ex nunc numerentur, qui ſanguine ſuo Eccleſiæ militantis agrum fæcundarunt.

Minores dati contra hæreticos.

II Et hæc fuit vna ex primis cauſis, cur hic Minorum exercitus ſub Franciſco Duce ſit conſcriptus, vt contra Hæreticorum furias Eccleſiam Dei defenderet. Vndè & de eo canit Eccleſia: *Franciſcus vir Catholicus, & totus Apoſtolicus Eccleſiæ teneri fidem Romanæ docuit*; Qui & in ſuo Teſtamento ſanxit, vt ſi aliquis ex ſuis in ſuſpicionem hæreſis deuenire contingeret, *& non eſſet Catholicus*, vinculis conſtrictus Cardinali Protectori ſiſteretur. Et antiqui Hiſtorici narrant, duos illos celeberrimos Ordines Prædicatorum, & Minorum dictatoribus *Dominico*, & *Franciſco* contra Hæreticos primò directos. *Prædicatores* quidem contra *Albigenſes. Minores* autem contra *Vvaldenſ.* ſiuè *Pauperes de Lugduno, & Humilium* ſectam, quaſi ex natura ſtatus.

Item & Prædicatores.

II Vnde *Abbas Veſpergenſis, & Ciacconus ſuperius in principio poſterioris faciei adducti ad ann.*1212.*ſub Innoc.*III. *Contra bas*, inquit ille, *ſectas SS. PP. Dominicus Prædicatorum, & Franciſcus Minorum Ordines, per hæc tempora fundarunt: Franciſcus quidem contra pauperes de Lugduno: Dominicus contra Albigenſes, quorum oppugnationem communicata opera ſuſceperunt, &c.* Et Carolus Sigonius de Regno Italiæ: *Circa hæc tempora*, ait, *quæ terris hominum flagitijs, diris populorum inimicitijs, ac nefandis hæreſibus, propè fuerunt infamia, hoc vno boni Dei beneficio floruerunt viri aliquot præſtantes: Dominicus Calagoritanus Oxomenſis Diœceſis in Hiſpania, & Franciſcus Ioannes* ante conuerſionem ſuam dictus Aſſiſias in Italia per hoc tempus *aſperitate vitæ, rerum humanarum contemptu, & Verbi Diuini prædicatione hominum in ſe ora, & oculos vertere incæperunt*.

Appo-

IV Appoſitè autem Ordo Minorum pauperibus de Lugduno oppoſitus eſt: quia ſub titulo Euangelicæ Paupertatis *VValdo Lugdunenſis Ciuis* eorum Auctore, venditis omnibus bonis, eorumque pretio in pauperes erogato, ementito nomine Euangelicæ Paupertatis ſuas hæreſes perniciofiſſimas fundauerat, & Eccleſiæ Sacramenta, cæremonias ſacras, & obſeruationes omnes diſſipare conatus fuerat, carni per omnia adhærens, & indulgens. Cui hæreſi vita,& Regula FF.Minorum maximè opponebantur. Vniuerſis porrò hæreſibus Ordo Franciſcanus ſe, vbi licuit, oppoſuit, & in hunc diem fertiliſſima meſſe ſe opponit, ita vt vix manipulos diſtinguere poſſimus,cum omni tēpore in vniuerſo Orbe indefeſſi operarii in hæreſum extirpatione ſemper laborauerint, & vſq;modo laborent. Nihilominus ſelectos aliquos manipulos dabimus ex ſingulis ſæculis vſque ad hæc tempora collectos.

Appoſitè Ordo Min. appoſitus VValdenſibus.

Contra omnes hæreticos ſe oppoſuit.

Prior facies ad hæreticorum conuerſionem primi ſæculi multa inſpectione directa.

V INter perfectos primi ſæculi Ordinis Minorum excelluerunt illi, quos circa ann.Chriſti 1225.multa meſſe collegit *S.Antonius Paduanus*, tum in Gallia circa Tholoſates, tum in Italia Arimini,Romaniolæ Oppido, in quibus Hæreſiarcha ille *Guialdo* cum ſuis,verbis, & prædicatione ſancti Viri conuictus, tandem eius pertinacia, ac durities perfracta fuit,cum ad imperium S.Antonii Mulus per plures dies ex induſtria ab hæreticis abſque pabulo detentus, & famelicus corā toto populo in publico foro Chriſtum in Hoſtia Euchariſtica adorare iuſſus,eū adorauit,& pabulum Auenæ ſibi propoſitum, fame premente, reſpuit. Quo quidem miraculo, & Hæreſiarcha ille abiurata perfidia, cum parentela, & aſſeclis ad veram fidem conuerſus eſt, ædificata Eccleſia inſigni in honorem S.Petri; de quo Petrus Roſſettus antiquus Auctor verſus hos reliquit.

Cōuertit hæreſiarcham S. Ant.Pat. miraculosè.

—Sacris laudem ſe fontibus ipſum,
Et natos iubet, & pariter cum coniuge natas
Luſtrari, totamque domus ſeruire Tonanti,&c.
Sumptibus immenſis Petro ſublimia Templa
Condidit, &c.

Hæreſiarche conuerſus extruit Eccleſ.

VI *Boniuillum* etiam Hæreſiarcham,per triginta annos hæreſes ſuas commendantem ad meliorem mentem reduxit, & Eccleſiæ Catholicæ Romanæ reſtituit. Nec prodigioſum illud miraculum ſilentio prætereundum eſt,de quo *Speculum ſociorum S.Frāciſci.p.2,c.25.* Dum Arimini hæreticis illum audire amplius nolentibus, ad alueum fluminis, quod Ciuitati adlabitur; Sanctus omnes

S.Anton. de Pad. prædicat piſcibus,

Tt

nes prouocans. Ibi piſcibus vndequaque confluentibus, & miro ordine, ac geſtibus concurrentibus prædicauit verbum Dei, cui piſces velut rationabilia animalia applaudentes, tamdiu illum audierunt, donec benedictione viri Dei accepta, velut feſtiuo gaudio recederent. Tanta porrò fuit virtus huius miraculi, vt ſtupentes hæretici, illum deinceps efficacius audirent, & ſectarii plurimi fidei Romanæ nomen darent.

Malleus hæreticorum dictus.

VII Ex diuerſis verò ſimilibus actibus, & continua hæreticorum inſectatione S. Antonius *Indefeſſus hæreticorum malleus* antonomaſticè vocatus eſt. Cuius mallei virtutem expertus eſt ad ann. Chriſti 1231. Ecelinus Tyrannus, qui copijs à Friderico II. acceptis, in Tranſpadana Italia Tyrannidem ſuam per annos circiter viginti exercuerat, & quem vti *Eccleſiæ hoſtem, tortorem Chriſtianorum, interfectorum ſexaginta Fratrum Minorum*, & aliorum plurimorum fidelium, pro hæretico Alexander IV. condemnauerat. Ad quem cum veniſſet *Antonius Paduanus*, & ei verbis acerrimis ſententiam Dei imminere comminatus fuiſſet, vno velut ictu mallei *Ecelinus* percuſſus, ad pedes Sancti procubuit, zona ad collum ſuſpenſa, veniam peccatorum poſtulauit, emendationem promiſit ad meliorem vitam, & Eccleſiæ obedientiam redijt. Dicebat enim ſuis, diuinum quemdam fulgorem in B. Viri vultu ſe vidiſſe, cuius vibratione putabat ſe in Tartarum demergendum.

Ecelinũ Tyrannum humiliat.

VIII Et hoc quidem toto ſæculo anno Chriſti 1200. ab initio naſcentis Ordinis variè pugnatum eſt à FF. Minoribus contra hæreticos, qui maximè ſub Innoc. IV. & Alexandro IV. non tantum partes Orientis, ſed etiam Italiam, & Germaniam penetrabant, quibus extirpandis prædicationes, & doctrinæ ſacræ non ſufficiebant, niſi etiam pœnæ, & iudicia adhiberentur. Ad quorum extirpationem præter verbi ſacri præcones aſſumpſit Innocent. IV. ex Ordine Minorum Inquiſitores hæreticæ prauitatis, qui tam in Vrbe, Patrimonio B. Petri, & alijs Terris Eccleſiæ, Ducatu Spoletano &c. quam in Regno Apuliæ, Tuſcia, Marchia, Teruiſana, & Sclauonia in hæreticos inquirerent, & pœnas à Friderico Imper. contra Patarenos, & alios hæreticos decretas imponi curarent, vt conſtat ex varijs literis, quas Annales ad ann. Chriſti 1254. referunt. Quam eandem ſollicitudinem ſecutus Alexander IV. ad annum ſequentẽ ex iiſdem FF. Minoribus Inquiſitores ad inſtantiam Ludouici Regis in Galliam miſit, ac demum alios ad ann. 1258. in Bohemiam, & partes Orientis multiplicauit. Ita vt & gladio Verbi Dei, & alijs etiam externis compulſionibus FF. Minores hæreſes profligarent, nec eos vſquam conſiſtere permitterent.

Minores hæreticæ prauitatis inquiſitores inſtituti.

Poſte-

Poſterior Facies in ſecundo ſæculo 1300. *aliorum illius temporis hæreticorum conuerſionem aſpicit.*

IX NEc in altero ſæculo 1300. ab his operibus ceſſarunt Fratres Minores, maximè exurgentibus ſub titulo pietatis, & vitæ euangelicæ *Fraticellis*, quos *Fratres de paupere vita, Bizochos,* ſiue *Beguinos,* ac *Begardos* appellabant, quos Ioannes XXII. per Bullam, quæ incip. *Sancta Romana Eccleſ.Tit.de Religioſis domib.*in extrau. communibus condemnauit. Contra quos tam in Italia, & Siciliæ Inſula, quam in Comitatibus Narbonenſi, & Tholoſano, ac aliis Prouinciis ciſmarinis, & vltramarinis, FF.Minores impenſi ſunt ea potiſſimum ratione, quod plurimi illorum de *Ordine Tertio* Pœnitentiũ mentirentur, & alia munia ſibi affingerent, quæ Ordinem Fratrum Minorum contingebant. Vnde Annales ad ann.1331.*Strenuè,*inquit Auctor,*in hac re laborarunt Minoritæ, quibus inuiſum erat nomen Fraticellorum de paupere vita, & odioſiſſima ſecta, quæ ſe fictis velaminibus populi,auram, & affectũ captura ex parte, ſaltem Franciſcanam ſimulabat.* Eorum errores fideliter refert Epiſcopus Siluenſis Aluarus Pelagius de Plantu Eccleſiæ l.2.c.55. ex quo Annal.ad ann.1317 n.32.Sed circa hanc materiam fusè diſputabitur in Raynald. in tertia facie principali. FF.Minor. ſe opponunt Fraticellis.

Tertia Facies ſæculi III. 1400. *in Hæreticorum conuerſione.*

X ET hos igitur multis annis inſectatus eſt Ordo,donec repullulantibus illis, tandem tertio Ordinis ſæculo ad an.1499. celeberrima illa Orbis Lumina *B.Ioannes de Capiſtrano*(qui quarto contra Fraticellos à Pontificibus miſſus fuerat)& *B.Iacobus Picenus à Marchia* eorum reliquias, partim ad pœnitentiam reduxerunt, partim flammis, & extremo ſupplicio perdi permiſerunt, mandante id Nicolao V.Pontifice. BB.Io.Capi. ſtr.& Iacob.à Marchia contra hæretic.

Nec circa hos ceſſauit zelus illorum, quibus maximam meſſem Deus in Germania, & Oriente præparauerat. Et vt vnius B.Ioannis Capiſtrani manipulos,quos alii adnotauerunt, recenſeam: Ex ipſius Epiſtola ad Vniuerſitatem Viennenſem hæc accipe. *Poſtquam Morauiam ſum ingreſſus, vt debui, contra Bohemorum damnatas hæreſes egi, nec aliquo timore vnquam à prædicationis officio deſtiti,&c. Quo factum eſt, vt non ſolum multi Barones, Nobiles, ſed & Sacerdotes ad pluſquam quatuor millia meis in manibus Huſſitarum errores abiurauerint, præter multos alios conuerſos, qui ſub ipſorum Baronum conuerſorum dominio degunt.* B.Io.Capiſt. Huſſitas conuertit.

XI Et quidem inter conuerſos refertur *Camerarius Morauiæ*

Beneſcio Morauiæ Camerarius cóuerſus.

nomine *Beneſcio*, qui coram vniuerſa multitudine, præſente Epiſcopo Nicopolenſi Epiſcopi Olmucenſis ſuffraganeo, in platea publica Brunæ genuflexus abiurauit in manibus ſancti Viri omnes Bohemorum, & Huſſitarum, ac alios quoſcumque errores, facta tactis ſacris Euangeliis profeſſione fidei Romanæ Eccleſiæ: quem in eorumdem errorum abiuratione, & fidei profeſſione ſecuta eſt Vxor, & conſanguinei, ac vniuerſa familia copioſiſſima.

XII Cui Baroni adiungendus eſt alius, de quo Aeneas Siluius in ſua Europa cap. 23. ſic ſcribit. *In hac*, inquit, *Prouincia Morauiæ Barones ferè omnes Huſſitarum labe infecti ſunt. Hic cum verbum Dei prædicaret Ioannes Capiſtranus, & in errores Huſſitarum inueheretur, Baroni non parui nominis, quem Ezerna berũ vocant, ſecuta conuerſio eſt, qui relicta priori perfidia, cum duobus millibus ſubditorum veritatem Romanæ Sedis amplexus eſt*, &c. Sed & accipe breuem manipulorum in Morauia collectorum cathalogum ex Annalibus ad ann. 1451. n. 21. *Brunæ haſit vſque ad 15. Auguſti, & ſuis ſodalibus habitaculum poſuit ſub nomine Sancti Bernardini, reconciliauitque vltra mille ſexcentas perſonas. Die 16. in Viſcea aliquot abſoluit. Die 18. peruenit Olomutium, vbi vſq; ad quintum Septembris permanſit, ingentemque aliquot millium multitudinem ad Eccleſiæ vnionem reduxit. Regreſſus Brunam in Vigilia Natiuitatis Virgineæ, copioſam meſſem in horrea Domini coaceruauit vſque ad diem S. Franciſci. Die ſequenti Octob. 5. in Villa Draſoph, &c. & die decimo, & ſequentibus in Egburga alios coadunauit. A die 18. in Comaro, præſente Domino Vlrico Principe Catholicorum Patrono, multos nobiles, populares innumeros ad viam veritatis reduxit; donec Egram peruenit 7. Decembris in Vigilia Conceptionis B. Mariæ V. vbi vſque ad initium Februarij anni ſequentis magno Catholicorum incremento perſeuerauit. In Friberch die 24 Februarij, & in Ciuitate Miſſiuenſi à die 18. Martij, & à 25. eiuſdem menſis vſq; ad principium Iunij in Ciuitate Portenſi Regni Bohemiæ miro fructu eundem laborem ſubijſſe comperio, multis millibus ad caſtra Catholicorum tranſmiſſis, & fidelium gregi aggregatis.* Morauia hodie penè in deſolationem à Turca redacta, Vngaria ſuperior deperdita, fortalitium enim ad confinia, cui nomen *Neyhauſel*, vbi ſex noſtri Reformati in hoſpitio commorabantur, die Auguſti 13. à magno Viſir obſeſſum, die Septembris 24. ad eius manus venit. Hoſtium ad excidia noſtra ab Imperatore barbaro iam apertum. Quid prætendat, ad quid inhiat Chriſtianis Principibus res comperta. Othomanus in conquirendis, & ſubiugandis Imperiis iam ex lõgo tempore aſſuetus, quemadmodum & Procerum torpor, ac ſciſſuræ ſibi nutiſſimæ, atque ad id ſibi auſpicatiſſimæ.

Ingens animarum fructus in Morauia.

Tanta

XIII Tanta porrò fuit Fratrum Minorum in conuertendis hæreticis iſtis temporibus virtus, vt *Thomas Epiſcopus Farenſis*, & in Regno Boſnæ Apoſtolicæ Sedis Legatus,in Epiſt.quam ad B.Ioannem Capiſtranum dedit Faræ 19.Februarii ann.1451.eum inuitans, vt Faram veniret, & Fratres ſuos laborantes contra hæreticos adiuuaret, ſic ſcribit: *Hoc*,inquit, *mirabile dico Paternitati veſtræ, & valde notandum, quod in locis occupatis per hæreticos, ſtatim vt Fratres ſunt, euaneſcunt hæretici ſicut cera à facie ignis, etſi tot eſſent Fratres boni, vt occuparent loca principalia Regni indubiè non manerent, nec inuenirentur hæretici*. Hæc ille. Plurimum fructus in Boſnæ.

Quarta Facies quarti ſæculi 1500. *ad modernos hæreticos firma acie intuetur*.

XIV ET hoc ſæculo ab anno 1500.Dei tremendo iudicio vſquequaque hæreſum fumus velut aperto puteo inferni Eccleſiam Dei obſcurauit, & hæretici velut locuſtæ vndequaque ex eodem puteo ebullierunt. Et quidem ad ann.1517.ſurrexit *Martinus Lutherus*,ex cuius ſchola ſurrexerunt *Lutherani* in vndecim claſſes diuiſi, *Semi-Lutherani* vndecim ſimiliter caudis diſſecti, *Anti-Lutherani* 56.ſortes conſtituentes. Ex quo etiam tres immundi ſpiritus, ſiue Bufones (referente *Staphylo*) Mundum inuaſerunt, & animas Chriſti ſanguine redemptas in dies depaſcuntur, *Anabaptiſtæ*, nimirum *Sacramentarij*,& *Confeſſioniſtæ*, qui iterum Hydram Lernæam multitudne capitum quotidie naſcentium ſuperant. *Lutherum* ſecutus eſt *Ioannes Caluinus* ad ann.1534.eiuſdē malitiæ, & venenoſæ multiplicationis perfidum caput, qui nō minori, ſi non maiori infectione mundum infecit. Lutheranor. ſecta.

Contra hos,FF.Minores, doctrina, verbo, ſanguine dimicarunt, & in hanc vſque horam dimicant non ſine vberrimis fructibus. Et quidem primus, qui contra *Lutherum* acerrimè verbo, ſcriptoque pugnauit, fuit *F. Gaſparus Saſgerus*, aliàs *Schatagerus*, Prouinciæ Argentinæ,qui ſe indefeſſum Lutheri Antagoniſtā,verbo,& ſcripto probauit,& varios libros cōtra peſtiferas eius hæreſes ſcripſit: Quique à plena Sacræ Scripturæ cognitione,& ab opere eiuſdem tituli in lucem emiſſo,*Scrutinium Scripturæ* eſt appellatus.Floruit Monaſterii in Bauaria tempore Caroli V. exoriente hæreſi Lutherana. De quo *Vvillotus* noſter in Athenis orthodoxorum virorum. Circa eadem tempora florebat quidam *Ioannes Naſus* Germanus,verus etiam Lutheranorum hoſtis, qui Orbi manifeſtauit, *Centurias inſignium mendaciorum Lutheranorum*. Minores in Lutherum,& Caluinum. Gaſpar Schatagerus. Ioan. Naſus.

XV Et circa ann.Domini 1535.*F.Ioannes à Dauentria* Belga Minorita, Prouinciæ Coloniæ,toto ſuo tēpore habitus eſt omnium Ioan.à Dauētria.

hære-

hæreticorum impugnator acerrimus, qui tam in priuatis, quam in publicis concertationibus nunquam ceſſauit illos laceſſere ſpecialiter Lutheranos, & Anabaptiſtas. Vnde edidit *enegeſim abſolutiſſimam errorum, qui ſunt in confeſſione Lutherana, & contra Anabaptiſtas.*

Fr. Conradus Clingius. Suppeditarunt ſanè Germanicæ Prouinciæ innumeros contra Lutherum, & eius ſerpentinos fœtus Athletas, inter quos *Frater Conradus Clingius* Eccleſiaſtes Erfurdienſis, qui cum ſua eloquentia in concionibus continuis, errantes reducerer, fideles conſeruaret, tandem eo ob infirmitates corporis lecto decumbente, hæreticis mendaciter ſpargentibus, quod ea, quæ publicè prædicauerat, reuocaſſet, vt calumniis obuiam iret præclarum illud opus, quod omnia loca communia Catholicæ doctrinæ contra ſacrilegas hæreſes, earumque fallacia argumenta continet, multò Catholicorum ſolatio, & hæreticorum confuſione edidit.

Belgæ contra eos. XVI Nec Belgium quamuis afflictiſſimum à Geuſijs Iconoclaſtis, & Caluiniſtis, caruit ſuis ex Ordine Fratrum Minorum Defenſoribus, & copioſo contra hæreticam prauitatem exercitu. Etſi enim odio innato contra illos, Conuentus eorum funditus deſtruxerint, ad mortem Fratres quæſierint, vel ad minus exilio mulctarint. Non defuerunt tamen qui vbi datum non eſt publicos ſuggeſtus aſcendere, domi, & foris illos exagitarunt, & ſcriptis conuincerunt; & vbi per arma Catholici Regis licuit ad Loca, & Ciuitates remeare, qui multitudinem errantium iterum ad Matris Eccleſiæ gremium reduxerunt: qui quia primario pro conſeruandis Catholicis laborabant, & velut ſecundariò pro errantibus reducendis illorum opera recenſet Marcant. in titulo Opitulationum pro conſeruatione fidelium, infra ſuo loco.

Prouin. Germaniæ inferioris in eodem. XVII Interim extra controuerſiam eſt, Prouinciam Germaniæ inferioris, quæ ratione antiquorum Conuentuum Holandiam, & vicinas Prouincias charitate chriſtiana à tempore graſſantis hæreſeos non reliquit, dum Catholicos conſeruat, per ſuos Miſſionarios in dies plurimos. Errones hæreticos ad viam veritatis, & fidem Catholicam reducere. Et en tibi pro exemplo ex Regiſtro quodã authẽtico probatio ſufficiens. Ab an. 1611. quod P. Anonym. Holandiam ingreſſus eſt vſque ad 11. Iunii 1622. ex hæreticis ad fidem ſolus conuertit centum octoginta ſeptem, &c. Et ex fide dignis relationibus poſteriorum annorum ab ann. 1653. vſque ad an. 1656. præter reconciliatos referuntur in Holandia à noſtris ab hæreſi conuerſi 165. emiſiſſe profeſſionem publicam fidei inter manus Fratrum noſtrorum.

Prou. Colon. XVIII Vberrimos etiam fructus Prouincia Coloniæ exhibet, & eo maiores, quod cum Catholicis, & Acatholicis Germaniæ mi-

miſceatur, maior ſit meſſis occaſio. Certè dedit quidam, etſi tacito nomine, *Lucernam fidei per FF. Minores Regularis, ac ſtrictioris Obſeruantiæ in Palatinatu, & nonnullis Prouinciis Germaniæ accenſam*, in qua ampla, & authentica teſtimonia exhibentur Principum, Regiminum, Archiſatrapiarum, Satrapiarum ampliſſimarum, oppidorum, &c. Quibus conuerſiones totius populi ab hæreſi data fide adſcribuntur FF. Minoribus, & conuerſiones plurium Miniſtrorum deſcribuntur. Ex hoc tempore teſtimonia authentica Marc. allata ſunt plurimarum conuerſionum, quæ Dei gratia per FF. Minores adhuc hoc tempore fiunt, ita vt intra paucorum annorum terminum 217. numerentur, qui publicè profeſſionem fidei emiſerunt: quæ Tomum particularem requirunt, & libenter ei, qui conuerſiones eas publicas facere voluerit, exhibebit idẽ Auct.

XIX Nec vtraque Prouincia Flandriæ ſuis caret fructibus. Cum enim Comitatus Flandriæ ab hæreticis, & Iconoclaſtis circa ann. 1577. occupatus eſſet, pro fide FF. Minores decertantes exilia, & martyria paſſi ſunt, & ceſſantibus armis in reductione hæreticorum cum alijs tam ſtrenuè laborarunt, vt Deo ſit gloria, ita reſtitutus ſit ager ille Eccleſiæ Catholicæ, vt nonniſi modicum zizaniæ inter fertiliſſimas ſegetes reperiatur; quo & dum expectatur meſſis, laborantium opere in triticum ſæpè reuertitur. Et in vicinis locis hæreſi infectis non rarò qui electi ſunt, ad ſanam mentem ponderatore ſpirituum prouidente redeunt. Conuerſiones ſingulares referremus, ſi tempora, & circumſtantiæ permitterent: indulgendum adhuc ſecretò quamdiu aliqui viuunt. Prouinciæ Flandriæ.

XX Antiqua etiam Prouincia Flandriæ, quæ vſque Luxemburgum extenditur, & ad Gallias in diuerſis locis alluit, ex hæreticorum conuerſione ſuos fructus habet, nec deſunt nominati Athletæ, quos quia adhuc ſuperſtites ſunt, modo honeſto ſimiliter ſilentio prætermus: eorum interim opera impreſſa poſteris perſonas notas facient. Hactenus Marcant. Pugiles in hæret. ex Prouinc. Flandr.

DISTIN-

DISTINCTIO IX.

Leonis Quadruplex Hierarchiæ Fratrum Minorum Facies Ad totius Eccleſiaſticæ Monarchiæ bonum præcipuis obtutibus conſpicit Chriſtum paſſum. Chriſtum ſacramentatum. Chriſtum Ieſu nomine exaltatum. Chriſtum ab Immaculata Virgine conceptum & genitum.

Renouatio Dominicæ Paſſ. Minoribus concredita.

I CHRISTVS *Deus & homo paſſus ſub Pontio Pilato, Crucifixus, mortuus, & ſepultus* Leoninę faciei Hierarch. noſtræ ſingulari reſpectu obiicitur. Ordini Minorum concredita fuiſſe à Deo ſpeciali Priuilegio Renouationem Dominicæ Paſsionis in Eccleſia Militante tot argumenta ſenſibiliter, ac viſibiliter ab eius exordio id comprobauere, quot fuerunt vulnera, ab ipſo Chriſto in corpore B. Franciſci impreſſa. Duæ cauſæ renouationis vulnerum Chriſti in Franciſco ſolent communiter afferri. Altera velut literalis eſt ad errorem nonnullorum, & dubia in Eccleſia obnaſcentia circa Chriſti Domini Paſſionem, & vulnera tollenda. Altera Moralis, & myſtica ad affectus Paſſionis in cordibus Fidelium renouandos. Vtramque cauſam affert Lucas Tudenſis S. Franciſci contemporaneus, cuius opera Tom. 13. bibliothecæ SS. Patrum referuntur *lib. 2. contra Albigenſes cap. 11.* Licet primò poſteriorem, deindè priorem cauſam afferat. Videcum apud Vading. tom. 1. & alios.

Cauſam moralem, & myſticam ſancta, & Catholica agnoſcit Eccleſia, & Sancti Pontifices eam ſuis Diplomatibus Hymnis, & Proſa celebrarunt. Lege Bullam Alexandri VI. quæ incipit: *Benigna opera diuinæ voluntatis* &c.

Cornelij à Lapide explicatio de clauis B. Fran. diluitur.

II Vbi etiam inuenies modi vulnerum explicationem, & quantum Deus Eccleſiæ ſuæ per illa Paſſionis Inſignia prodeſſe voluerit. Dum verò audis Cornelium à Lapide in cap. 6. Epiſt. ad Galatas, ita de Clauis B. Franciſci loquentem, *Erant hi Claui non è ferro, ſed è carne mortua calli inſtar clauorum* &c. *Qui ſanctum virum ita cruciabant, vt vix incedere poſſet; ſicut nos torquent in inceſſu calli pedum è carne mortificata*, non ſatis prouidè eum locutum eſſe, conclude. Caro illa ſacrorum ſtigmatum nec callus fuit, nec calli figuram habuit, nec caro clauorum mortua,

tua, aut mortificata, ſed viua, & viuaciſſima, quæ claui figuram, colorem, & duritiem referret.

Viderunt namque (teſtatur Pontifex Alexander IV. citatus ibidem) *oculi fideliter intuentes, & contemplantium digiti palpauerunt, quod in manibus eius, & pedibus expreſſa vndique ſimilitudo clauorum, de ſubiecto propria carnis, vel de materia noua creationis excreuit* &c. Quæ longè diuerſa ſunt ab ea quæ aſſerit Cornelius.

III. Eandem cauſam moralem eleganter declarauit S. Antoninus in ſua ſumma hiſtorica Tit. 24. c. 1. §. 3. qui poſtquam probauerit prærogatiuam ſingularem ſtigmatum in B. Franciſco, eiuſq; ſublimitatẽ in ordinib. Sãctorum ſuper Cherubinos, & Seraphinós, demum aliam cauſam impulſiuam in totius Eccleſiæ bonum his verbis addit. *Vndè ſicut Dominus Ieſus* (vt ait S. Bernardus) *ante Patrem oſtendens latus, & vulnera ſua, quæ ſuſtinuit in Paſſione ſua pro hominibus, inclinat eum ad pietatem erga nos. Ita & B. Franciſcus oſtendens ſtigmata ſibi impreſſa Dominicæ Paſſionis, habet inducere & Patrem, & filium ſuum ad miſericordiam, & clementiam erga Peccatores. Et ideo quilibet cum deuotione ad eum recurrere debet, vt faciat ei Deum propitium, & perducat ad Regna Cælorum.* Hæc S. Antoninus. Hinc haud ſpeciali Dei Prouidentiæ influxu effectum eſt, vt loca Dominicæ Paſſionis in cuſtodiam Fratrum Minorum authoritate Eccleſiæ, & Principum ſingulariter ſint depoſita, & concredita. Sed de his alibi in 2. facie principali ſcripſimus.

Cauſa moralis ſtigmat. B. Fran.

Loca Paſsionis Chriſti Minor. tradita.

IV. CHRISTVS SACRAMENTATVS ſub Panis & Vini accidentibus, aut vt ſacrificium, aut vt ſacramentum, ſecundæ Hierarchiæ noſtræ faciei fit quoque obiectum valdè præcipuum. Quanta deuotione à principio S. Hierarcha, ac Patriarcha Franciſcus in *Auguſtiſſimum* Euchariſtiæ ſacramentum accenſus fuerit, teſtantur verba S. Bonau. cap. 9. Vitæ eius. Teſtantur pariter illa eius ſumma Humilitas per quam ſe ab Ordine ſacerdotali putauit indignum. Illa ſingularis reuerentia ad Sacerdotes, quam teſtamentaria ſincrapha dum moreretur conſignauit. Illa trina admonitio ad Clericos quoad Sanctam Euchariſtiam. Vide Epiſtolam encicliam ſcriptã ab eo ad eoſdem *de reuerentia Corporis Domini, & de munditia Altaris,* eſtque in tom. 1. opuſc. 13. In qua plurima inculcat ad eandem rem ſacerdotibus. Sexque graues abuſus reprobat.

Minorum cultus præcipuus erga Euchariſt.

1 Circa vilitatem Vaſorum, vt Calicis, Patenæ.

2 In immunditia, & abiectione Corporalium, Pallarum, & Linteaminum Altaris, quando conſecratur. Vndè ſedulus vir ſummo ſtudio attendebat (prout D. Claræ impoſuerat) vt fierent cor-

B. Franc. ſex reprobat abuſus erga Euchar.

poralia delicata, & munda, & purificatoria, quæ poſtmodum ipſe ſuis manibus Sacerdotibus ſecularibus diſtribuebat.

3 In in honeſta diſpoſitione loci, in quo aſſeruatur.

4 In irreuerentia, & incompoſitione eorum, quæ requiruntur ad honorabilem ſacrarum ſpecierum deportationem, cum proceſſionaliter vel ad infirmos defertur.

5 In indigna ſumptione illius.

6 In indiſcreto miniſterio, cum diſtribuitur.

Quæ omnia ſingularem ſpirant deuotionem ad cultum tremendi illius ſacramenti, & ſacrificii, nec abſque fructu tum in Ordinem, tum in Eccleſiam vniuerſam deriuata ſunt.

Tom B. Fràc. vita deuotionem ſpirabat erga Euchar.

V Tantam quidem ſpirabat vita S. Patris in SS. Euchariſtiam deuotionem, vt etiam Animalcula, illi familiaria, velut à Doctore illam haurirent: Cuius en tibi in Ouicula quæ ei fuerat oblata, viuum ex S. *Bonau. c.*8. *Vita* exemplum. *Monebat*, ait, *vir Dei ouiculam, vt laudibus diuinis intenderet* &c. *Ouis autem quaſi viri Dei pietatem aduerteret* &c. *Cum eleuaretur ſacratiſſimum Chriſti corpus inter Miſſarum ſollemnia, flexis curuabatur poplitibus, tamquam ſi reuerens pecus de irreuerentia indeuotos argueret, Chriſtoque deuotos ad ſacramenti reuerentiam inuitaret.*

Honor erga Euchar. maximè in extremis commẽdauit ſuis.

Ritus ad miſſam, & officia ex Minorib.

VI Sanè quia in ſuo Teſtamento tanta energia S. Pater hæc *ſanctiſſima myſteria* voluerat *ſuper omnia honorari, & venerari & (* non obſtante altiſſima paupertate *) in locis pretioſis collocari:* Hinc factum eſt, vt ordo ſingulariſſimè ſemper attenderit, vt magna deuotione ſacra hæc Myſteria celebrarentur, & magno honore conſeruarentur. Vndè & Summus Pontifex illa reuerentia, quæ à FF. Minoribus in Miſſarum ſollemniis obſeruabatur, incitatus, mandauit venerabili viro F. Haymoni Anglico, ſexto à S. Franciſco Generali ann. 1239 electo, vt *Miſſarum*, & aliorum *officiorum Cæremonias, & Ritus* concinnaret in publicum totius Eccleſiæ vſum & obſeruantiam. Quod quidem diligentiſſima opera perfecit, quæ etiam authoritate Apoſtolica vniuerſæ Eccleſiæ Romanæ communicata ſunt.

Miſſarum cæremoniale,

VII Tunc enim ab illo prodiit illud Cæremoniale Miſſarum, quod incipit: *Indutus Planeta Sacerdos*, quodque in hanc horam Miſſalibus proponitur, & aliæ Correctiones tum in Miſſalibus, tum in Breuiariis ſubſecutæ ſunt, quas ordo quidem primò acceptauit: vt conſtat ex Epiſtola B. Ioannis Parmenſis Miniſtri Generalis, ad Prouinciam Tuſciæ ſcripta (quam referunt Annales ad ann. 1249. n.2.) In qua mandat obſeruari Ordinarium Miſſalis, & Breuiarii *à F. Haymone, ſanctæ* (ait) *recordationis Prædeceſſore meo pio correctum ſtudio, & per Sedem Apoſtolicam confirmatum, & approbatum per Generale Capitulum.* Quod ſimiliter in totam Eccleſiam

Roma-

Romanam introductum fuit, & nouo, & ſingulari Decreto demandatum per Nicolaum III. ad ann. 1277. vt teſtatur *Rodulphus à Riuo* Decanus Tungrenſis *lib. de Can. obſ. propoſ.* 22. *Tom.* II. *Biblior. SS. Patrum Editionis* Colonienſis. Et Iacobus Pamelius ad Mirrologum de Eccl. obſer.

VIII Hinc ſemper in hunc diem creuit in Ordine, & ab Ordine propagata eſt per vniuerſum ſancta ad Diuiniſſimum Sacramẽtum deuotio, radicata in exemplis, & admonitionibus S. Patris. Vnde in ſpeculo vitæ eius c.48. refertur. Quod ſuis Fratribus per Mundum euntibus præcepiſſet; vt in Prouinciis, in quibus morabantur, de reuerentia ad hoc Sacramentum ſummè ſolliciti eſſent, & admonerent Sacerdotes, & Clericos, vt Corpus Chriſti digno, & honeſto loco reponerent, & quod ſi hoc ipſi negligerent, Fratres ſupplerent. Imò voluit (vt ibidem dicitur) aliquando Fratres aliquos mittere per diuerſas Prouincias, qui ſecum deferrent multas Pyxides mundas, & pulchras, vt vbicumque inuenirent Corpus Dominicum, nõ honeſtè repoſitum, in illis honorificè collocarent. Deuotio ad Euchar. cultum maximè à Minoribus propagata.

IX Alios etiam mittere volebat per Prouincias cum ferreis inſtrumentis ad conficiendas hoſtias mundas, & nitidas. Singulariter autem notatur, quod cum dimitteret Fratres ſuos ad diuerſas Orbis Regiones, ipſe Sanctus Pater elegerit *Franciam: Quia*, inquiebat, *ibi exhibetur reuerentia Corpori Chriſti, quod mihi ſupramodum placet*. Hanc venerationem imbiberat B. Virgo Clara, quæ miſerta pauperum Eccleſiarum, in quibus ſacrum Domini Corpus in vilibus conſecrabatur, vel aſſeruabatur, propriis manibus Corporalia illis præparabat. Vnde c.18. Vitæ de ea ſcribitur. *In illa infirmitate, qua eam grabato affixerat, faciebat ſe erigi, & fulcimentis appoſitis ſuſtentari, & ſedens filabat delicatiſſimos pannos, de quibus vltra quinquaginta paria corporalium faciens; & ea ſericis, vel purpureis thecis includens, per plana, & montana Aſſiſij varijs Eccleſijs deſtinabat*. Quam piam liberalitatem ſuis filiabus in exemplum reliquit. Vnde & à Domino meruit, præcedente, ſeu delata ante eam *Pixide Eburnea*, in qua repoſitum erat Corpus Chriſti, *Saracenos*, Monaſterium eius inuadentes, virtute Sacramenti huius deturbare, & in fugam compellere. Mittebat ſuos Franc. ad conficiendas hoſtias, & alia pro miniſterio fidei. B. Clara eius diſcipula efficiebat corporalia.

X Rex Seraphicus, ac Franciſcanus Ludouicus IX. didicit ſub regimine Minorum, ac deinde ſub habitu Franciſcano Tertii Ordinis iſtam chriſtianam, & catholicam pietatem, & reuerentiam erga Euchariſtiam. Quare ano. 1255. cum pius Rex Cypro appropinquaret, nauis, qua vehebatur, oborta tempeſtate, bis rupibus illiſa eſt, & omninò peritura credebatur. Actum de vita ſua putant omnes, præſentemque viris intentant omnia mortem. Ludouicus verò ad Deum confugiens, flexis genibus ante digniſſimum Deuotio erga Euchariſt. S. Regis Ludouici IX.

Ob hanc deuotionem liberatus à naufragio.

Euchariſtiæ Sacramentum, quod Legati Apoſtolici conſenſu in naui repoſitum fuerat, intentiſſimè Deum orauit, vt ab imminenti naufragio diſcrimine eriperet nauem. Audiuit orantem Deus; & ſedata tempeſtate, ſine vllo diſpendio, nauis littori appulſa eſt incolumis. Omnium vna fuit ſententia, S.Ludouici precibus inſtans mortis periculum eos euaſiſſe; Ionuillæus, Gaufrid.de Bello loco cap.29.& 30.Leſſareus, Clicthouæus, & Papinus ſerm.de S.Ludouico.P.Matthæus lib.3.pag.205.& ſeq.qui lib.4. pag.484. addit ab eo hunc morem proceſſiſſe; quo pace publica canitur in Eccleſiis, tempore ſacrificii ad eleuationem Euachariſtiæ ille verſiculus,

O ſalutaris Hoſtia,
Quæ Cæli pandis oſtium, &c.

Dedit operã ſuper inſtitutionem feſti Corp. Chriſti

XI. Alii attribuunt huius moris exordium Ludouico XI.vel potius XII.vt fert Arturus die Auguſti 25.§.34. Ipſe S. Ludouicus IX. dedit operam, vt Bulla Vrbani IV. (ſub quo incepit feſtum Corporis Chriſti, & D.Thomas Aquinas compoſuit officium, & miſſam, in qua poſita fuit ſequentia *Lauda Syon Saluatorem*, &c. à D. Bonauentura edita) ſuper inſtitutione Feſti Corporis Chriſti coſeſtim publicaretur, ſeruareturque ea ſolemnitas per totam Galliam. Vide Arturum ibid.

Singularis deuotio Rodulphi I.Imp erga Euchar.

XII. Ita pariter à principio, vt aliàs diximus, ſingularem deuotionem erga Euchariſtiam Rodulph.I. Imperatoris, antequam Cæſar fieret, per quam mox omnis eius felicitas, & Domus ſuæ Auſtriacæ Germanicæ, Hiſpanicæ, inſeruit, fouit, auxitque eius pectori Confeſſarius ſuus Minorita *Fr.Henricus Algouus*, factus deinde Epiſcopus Aquileiæ, poſtea Maguntiæ, & Septemuir. Demum pro comperto habent hiſtoriæ, Proceſſiones, & Confraternitates Corporis Chriſti, maximè in infirmorum communicatione, vocato ad ſonum campanæ populo; conciones, & ſolemnitates per totam octauam feſti ipſius, & de cantanda Miſſa Corporis Chriſti ſingulis annis, & proceſſione facienda in omni tertia Dominica mẽſis in Eccleſiis Parochialibus, à Fratribus Minoribus incepiſſe, Duce, & Anteſignano B.Gherubino de Vrbe Spoleti, qui hac de re Hoſtia, & Calice in manu dextera ſolet appingi. Vide Auctorem Chronicorum par.3.lib.7.c.2. Martyrolog. Franciſc.die 4. Auguſti; vbi breui hæc de eo conſignat. B.Cherubinus Theologia, ac iure Canonico excelluit: in concionibus, ac diſputationibus publicis eloquentia, dicendi facundia, ingenuique ſubtilitate præſtabat.

Proceſſiones, confraternitates, conciones, & ſimil. in hac re à Minoritis.

B. Cherubini geſta, maximè circa cultum Euchar.

XIII Tanto autem ſpiritus feruore concionabatur, vt totam ferme Italiam reformauerit. Nam vitia extirpabat, prauos mores abigebat, rixas, & odia conciliabat, peccatores ad pœnitentiam alliciebat, pios verò ad perfectionem inuitabat. Hilari, ac gratioſa conuerſatione maximè decorabatur, humilitate, pietateque

polle-

pollebat, præcipuè erga Diuiniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Miraculis permultis, & ſpiritu prophetico fuit illuſtratus: ſæpè etiã Chriſti viſitatione eſt recreatus, aliorumque ſanctorum contubernio vſus, maximè S. Hieronymi Eccleſiæ Doctoris, qui ſibi ſecreta cæleſtia tanta familiaritatè reſerabat, vt teſtimonio B. Bernardini *Feltren.* velùti amicus ad amicum, ſimul colloquerentur. An. 1645 Romæ concionem habuit in exequiis Ludouici de *Albreto*, Regio Gallorum ſanguine nati, Cardinal s Tit. SS Petri, & Marcellini, in æde Conuentus Aracæli ſepulti, cum habitu Franciſcano: quem Collegii Purpuratorum Patrum *delicias*, & *amorem* vocabat Cardinalis Papienſis; quemque à pietate omnium virtutum genere vniuerſi huius temporis Scriptores commendant.

D Hieron ſibi familiaris.

Obiit anno 1484. in Conuentu S Pauli extra Spoletum. Moxque corpus eius eſt delatum ad S. Mariam de Angelis propè Aſſiſium; vbi ſepulturam accepit, prout ipſe ante obitum ſuum expetierat. Porrò illius anima ab Angelis, & ipſo D. Hieronymo viſa eſt in Cælum duci: in cuius obuiam apparuerunt ſexaginta ſex mille animæ, quæ illius opera, ac feruentiſſimis ſuis concionibus ſaluatæ erant. Agunt de eo multi Scriptores apud Vading. tom. 6. pluribus in locis.

Eius anima Hieron comite in Cælũ tranſiuit.

XIV CHRISTVS, NOMINE IESV EXALTATVS, ad Leonis Hierarchiæ noſtræ faciem pertinet. Sufficere profectò debuiſſet doctrina D. Pauli, electi à Deo, vt nomen eius portaret cunctis gentibus *ad adorationem Nominis Ieſu*, ſiue mentaliter conceptum, ſiue pronunciatum, *ſiue ſcriptum*, *ſiue pictum*, *ſiue ſculptum* fuiſſet. Nihilominus cum non foret conſuetudine in Eccleſia introductum, vt *Pictum*, vel *ſculptum* adorandum proponeretur, hanc *Gloriam Adorationis ſui Nominis in ſculptura, pictura, ſiue imagine*, reſeruarat Chriſtus Dominus ſingulari prouidentia Ordini S. Franciſci, vt qui ſuarum Plagarum, ſiue *ſtigmatum* in Paſſionis amariſſimæ memoriam *Communicationem ſingularem* in Sancti Patriarchæ carne impreſſam mundo renouandam reſeruauerat: Adorationis *Nominis Ieſu exaltationem in pictura*, ſiue *ſculptura* in Reformatione Ordinis eiuſdem Præconi ſuo *S. Bernardino* initia prima reſeruaret.

Exaltatio nominis Ieſu peculiari quodam modo Ordini Min. congrua.

XV Quod quidem mirabiliter, & non ſine multis contradictionibus contigit, vt inde glorioſior victoria appareret. Sicut autem in Conſecratione Eccleſiæ S. Saluatoris Romæ primum *Imago Saluatoris* in pariete picta publicè Populo Romano veneranda apparuit: Ita *Nomen Ieſu* in imagine, ſiue pictura expreſſum mundo adorandum primo populo Chriſtiano publicè *a S. Bernardino* expoſitum fuit. Hiſtoriam breuibus perſtringo.

Imago Saluatoris Romæ pariete depicta primò apparuit.

Circa annum 1420. S. Bernardinus iam totam fermè Italiam,

vtpotè

vtpotè Venetos, Mediolanenſes, Genuenſes, Veronenſes, Mantuanos, Placentinos, Parmenſes, & Ducatum Mediolanenſem, parteſque Aemiliæ prædicatione verbi Dei, miro fructu, innumerabilium peccatorum conuerſione, & virtutum ſegete illuſtrauerat, ac hæreticos confutauerat. Inter alios quemdam Maufredum Vercellenſem (virum aliàs venerabilem, peritum, & timentem Deum) conuicit, quia falſis reuelationibus, & viſionibus deceptus, inſtantem aduentum Antichriſti prædicabat, multum populum ad ſe attrahebat, eos ad auſteritates varias excitabat, & Romam ducens, ibi eis martyrium, & victoriam contra Antichriſtum promittebat, &c. Hinc poſtquam verbo, & ſcripto Bernadinus deluſum publicè oſtendiſſet; ad propagationem *cultus Sanctiſſimi Nominis Ieſu* diuino ſpiritu inflammatus, ſe conuertit, eò maximè quò illud *nomen, quod eſt ſuper omne nomen* experiretur, non ſolum non coli, ſed in iuramentis execratoriis blaſphemè aſſumi.

D. Bernardini progreſſus per totã Italiam.

Maufredum Vercellenſẽ conuicit.

Propugnatio) ni Nom. Ieſu toeut intendit.

XVI Cœpit igitur Tabellam, in qua *nomen Ieſu* ſculptum, & literis aureis depictum, ac ſolis radiis circumcinctum erat, poſt quamlibet conc onem populo ſpectandam, & adorandam proponere, quam flexis genibus populus adorabat. Cœpit & extraordinaria eloquentia, & virtute *ſanctiſſimi nominis* excellentiam, & virtutes populo declarare; & miro feruore honorem diuiniſſimi Nominis propagare, &c.

Tabella pictã publicè oſtẽdit.

Quæ autem deindè ob rem hanc veluti nouam D. Bernardino acciderint circa eius perſecutiones, doctrinam, huiuſque examen, atque defenſionem, à B. Ioanne à Capiſtrano eius diſcipulo deſumptam, & poſt totalem victoriam, & triumphum (firma Catholicæ fidei, & veritatis Columna Romani Pontificis Martini v. cauſam fauente) apud Vadingum noſtrum in Annal. tom. 6. & 7. fusè ſcribuntur.

Omnes eius perſecutiones ſuperatæ

Origo ergo publici cultus *nominis Ieſu*, ſiue picti, ſiue ſculpti, ſiue ſcripti, approbante Romana Eccleſia, à S. Bernardino ex Ordine Franciſcano obortus eſt. Ab eo enim tempore *Altaribus, Templorum foribus, Domorum frontibus, Cubiculis, &c. Sanctiſſimum nomen Ieſu* affigi cœpit, eiuſque cultus propagari. Vnde, vt referunt Annales ad ann. 1427. quo anno controuerſia illa diſſoluta eſt, Florentini ad finem ſupplicationis Cleri Romani, & illo præſente, erexerunt Romæ in platea Sanctæ Crucis pergrandem lapidem, inſculpto in illo egregiis characteribus *Ieſu Nomine* in huius trophæi perpetuum monumentum. Et iuſſu Pontificis S. Bernardinus octoginta continuis diebus in Baſilica Vaticana prædicauit, ac poſtea in aliis Eccleſiis Romanis, Domino ſermones eius, ac *nominis Ieſu* honorem confirmante, ſequentibus ſignis. Ita factum eſt, vt in *nomine Ieſu* Dæmonia illa, quæ tempeſtatem contra Virum

Origo cultus nominis Ieſu à Minoribus in Eccleſia.

rum

rum Sanctum excitauerant, eiicerentur, & ſerpentes inuidiæ, ac odii tollerentur, & ſi quid mortiferum ex peruerſa doctrina aliqui bibiſſent, non eis noceret.

XVII Narrat porro Annaliſta, aduerſarios, corrupto muneribus quodam Michaele Plebano, Mediolanenſi fidei in vrbe Promotore, cauſam hanc coram Eugenio IV. reſuſcitare voluiſſe. Verum non minori dedecore eundem cauſa cecidiſſe, & qui erat inter illos præcipuus, Dei iudicio ſubitanea & improuiſa morte extinctum fuiſſe. Vndè & 2. Victoriæ Trophæum, cui & tertium quoque ſucceſſit. Cum enim Bononiæ affixam ſummo Altari apud S. Petronium Tabellam, in qua impreſſum erat Venerandum *Nomen Ieſu* literis aureis quidam æmulus iuſſiſſet auferri, eiuſque loco Imaginem Crucifixi erigi: Eugenius IV. de hoc monitus dictam Tabellam iuſſit reſtitui & capiti Crucifixi affigi. Quæ cum ex S. Petronii templo aliquando ad Conuentum S. Pauli in Monte iuxta Bononiam, vna cum Imagine Crucifixi translata eſſet, hanc meruit Epigraphen. *Hæc duo ſigna noſtræ ſalutis inſignia. Imago Crucifixi, & Nomen in quo ſaluiſumus, debito honore à toto Clero huius almæ Ciuitatis Bononienſis ab Eccleſia S. Petronij huc delata ſunt iuſſu Eugenij* IV. *tunc temporis Pontificis Maximi*. Vide Arturum ad 14. Ianuarii in Martyrolog. Franciſcano.

Suſcitato iterum diſſidio iterũ triumphus exurgit

Tabella Nomin. Ieſu reſtituta Bononiæ.

XVIII Quod Sancti Patres antiqui in priuato hauſerant, hoc S. Bernardinus in publico eructauit, & *Potentiſſimi Nominis Ieſu* gloriam in vniuerſum Orbem, Deo operante effudit. Vnde in Ordine Minorum feſtum particolare *Nomini Ieſu* ad 14. Ianuarii primò authoritate S. Sedis Apoſtolicæ inſtitutum eſt, cuius officium compoſuit S. Bernardinus, vt teſtatur in Athenis Orthodoxorum Virorum Vuillotus, quod & addit Bernardinus de Buſtis, donec ſub Clemente VIII. Nouum Officium *Nominis Ieſu* FF. Minoribus indultum eſt, communicatis iis, qui illius celebrationi intereſſent, iiſdem Indulgentiis, quibus gaudent qui diuinis Officiis interſunt in Feſto Corporis Chriſti, & per eius octauam. Quod Officium poſtea in vniuerſam Eccleſiam videmus deriuatum. Magnus certè honor, magnuſque fauor Ordini Minorum, non minor autem prærogatiua S. Bernardino, quem ſui *Sanctiſsimi Nominis* adorandi Præconem propoſuit Chriſtus, vt illius miniſterio perficeretur, quod à ſcriptura vſquequaque prænunciatum erat. Nam vt ipſe Bernardinus aduertit de Circumciſione Domini ſerm. 2. c. 4. Prænunciatum fuerat per omnes ſcripturas *Nomen Domini colendum, laudandum, honorandum ab omni hominum ſtatu*. In omni loco, In omni tempore, In omni opere.

Offic. Nom. Ieſu compoſuit D. Bernardin.

XIX Hinc deindè emerſit in Ordine Prædicatorum ſollemnitas, & Confraternitas *Nominis Ieſu*, ſub quo nomine fundata Ieſuita-

Solemnitas nom. Ieſu in Ord. Præd.

ſuitarum Religio, cuius inclytum ſtrenuumque Inſtitutorem fuiſſe principiò ex tertio Ordine B. Franciſci, Sanctum ſcilicet Ignatium Loiolam, nonnulli opinantur. Iulius Nigronus Ianuenſis Societ. Ieſu *Tit.par.3.de Societate Ieſu eiuſque nomine*, fatetur è tribus exemplaribus, quorum primum valde remotum extitit, ſecundum verò minus remotum, tertium valde ſibi propinquum, alterum in D. Ignatio Martyre, & Epiſcopo Antiochiæ, alterum in B. Ioanne Columbino, Fundatore Ordinis Ieſuatorum in Etruria, tertium in S. Bernardino Senenſi, D. Patriarcham Ignatium Loiolam parentem ſuum motiuum deſumpſiſſe, Societatem ſuam, non Chriſti, non Saluatoris, non Dei &c. ſed Ieſu intitulandi. Ponam eius formalia verba ex num.53. & 54.

Regulare exemplar S. Ignat. Loiolæ D. Bern. Sen.

XX Tertium exemplar B. Ignatio propoſitum arbitror fuiſſe S Bernardinum Senenſem; cuius vitam omnem videtur multum probaſſe, quia coniunxerat & apte temperauerat cum actione contemplationem, ſpiritum cum doctrina, religioſitatem erga Deum cum Zelo animarum. Atque in primis religionem, & affectum erga *Nomen Ieſu* eſt imitatus, etenim S. Bernardinus, vel inſtitutus ab amita Bartholomæa piiſsima fæmina, & huius nominis amantiſsima; vel permotus exemplo S. Franciſci Ducis ſui, qui quoties exprimeret, aut audiret hoc ſalutiferum nomen, iubilo quodam replebatur interius, exteriuſque commouebatur, perinde ac ſi mellifluus ſapor guſtum, aut harmonicus ſonus auditum occupaſſet: multis, ac miris modis hunc affectum patefecit. In concione tabellam verſatilem oſtendebat adorandam populo: in qua *nomen Ieſu* depictum erat. Et poſt pauca. Tantam impreſsit Populis aduerſus hoc ſacrum nomen, vt ſupra domorum ianuas illud vulgò locarent impreſſum in marmore, atque in multis Italiæ Vrbibus adhuc viſitur paſsim. De hoc ipſo nomine multa ſcripſit in operibus ſuis, vt appareat, quam altè inſculptum inſideret in corde.

B. Franc. ad Ieſu nomen totus fiebat mellifluus.

XXI Horum trium Ignatii, Ioannis Columbini, & Bernardini Senenſis potiſsimum exemplo excitatus, quem affectum corde conceperat erga hoc ſacroſanctum nomen, exprompſit in multis rebus. Primum in appellatione Societatis, vt nec Chriſti diceretur, nec Saluatoris, ſed Ieſu. Deinde, vt nuncupationi cœtera reſponderent, quam aptiſsimè iuſsit hoc idem eſſe Teſſeram vexillumque noſtræ militiæ religioſæ; clypei argumentum, quo cunctus ordo vteretur: Signum typi ſignatorii, quo literæ, cæteraque omnia conſignantur. Atque vt Congregationi Caſinenſi eſt pro ſigillo *Pax*. Ordini Minimorum *Charitas*. Fratribus Minoribus brachia S. Franciſci decuſſata & plagis inſignia. *Geminæ Columbæ* bibentes ex eodem calice ſub immonente Stella Camaldulenſibus;

Titulares, & teſſera, & ſigillum.

Soc. Ieſu nomen Ieſu.

Congreg. variæ ſub variis clypeis.

Oblonga

Oblonga Crux Miniſtris Infirmorum. *Crux* ſimilis, cuius collo *ſpinea Corona* circumiecta ſit, Clericis regularibus, atque aliis aliarum rerum ſacrarum ſigna: ſic Ordini noſtro nomen ſanctiſſimum IESV. Hactenus Nigronius, qui non poterat excellentius excellentem viuendi formam Inſtituti ſui, eiuſque tituli epigraphen; atq; ſubſtantiam commendare, quam vitæ, & nomini IESVS. Bernardini per exemplaritatem, veluti ab illo ad vnguem deſumptam, comparare. Vitam enim omnem D. Bernardini inclytus Hierarcha Ignatius dum potiſſimum cõprobauit ſibi, & ſuis, veluti imitationis ideam conſtituit. *Quia*, ait Auctor, *coniunxerat, & aptè temperauerat cum actione contemplationem, ſpiritum cum doctrina, religioſitatem erga Deum cum zelo animarum*. Quod cuncta Societas profitetur, ſub eodem nomine IESV cum Anteſignano, atq; exemplari ſuo Bernardino omnem triumphum, & gloriam erigens, firmanſque.

XXII. CHRISTVS IESVS, ab Immaculata Virgine conceptus ſub reſpectu perreduplicationem, vt aiunt ſcholaſtici, Leonis Hierarchiæ noſtræ faciei ſingulare obiectum eſt. Nam exaltatio honoris B. Mariæ Deiparæ in Conceptione ſua Immaculata, modo, atque argumento valde ſingulari in Humilitate, ac Paupertate Fratrum Minorum illa in horto Eccleſiæ arbor eminentiſſima ſuper omnes Sanctos, Angeloſque extat, de qua Interpres noſter Dom. 6. in ramis palm. *Arbor pulcherrima eſt Virgo Maria; cuius fructus fuerunt humilitas, & paupertas*. At pulcherrima nunquam fuiſſet, ſi aliquando culpæ communis turpitudine macularetur. Mirabilem B. P. N. Franciſci amorem ad Deiparam Matrem explicare volens S. Bonauent. c. 9. vitæ eius, *Matrem*, inquit, *Domini noſtri Ieſu Chriſti indicibili complectebatur amore, eò quod Dominum Maieſtatis Fratrem noſtrum effecerit, & per eam ſimus miſericordiam conſecuti. In ipſa poſt Chriſtum præcipuè fidens eam ſui, ac ſuorum Aduocatam conſtituit, & ad honorem ipſius à Feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli vſque ad Feſtum Aſſumptionis deuotiſſimè ieiunabat*. Nec hic amor abſque piiſſima, & liberali Matris Dei in S. Patriarcham, & eius Ordinem clementia, ac benignitate inualuit. Nam & ipſum cum S. Dominico ad Dei in peccatores iram placandam Mater miſericordiæ in filio ſuo obtulerat: Et ipſe in B. Virginis Eccleſia S. Mariæ de Angelis apud Aſſiſium Ordinis ſui fundamenta iecerat. Quo loco ſub eiuſdem Dei Genitricis vmbra (vt ait idem Sanctus) *Humiliter cœpit, virtuosè profecit, feliciter conſummauit: & illum locum in morte Fratribus tamquam Virgini chariſſimum commendauit*.

Ingens amor B. Franc. ergà Deiparã.

Ac Deip ergà Franciſcũ.

Propagata hæc Franciſci deuotio in filiis.

XXIII. Ex hoc Ordo Franciſcanus tamquam ſingularis Virginis fœtus illi maxima ſemper deuotione adglutinatus eſt; & Diui-

nam Prouidentiam Ordinem iſtum ſelegiſſe,vt Deiparæ Matris honorem promoueret, & exaltaret, heroicæ doctrinæ, & actiones chriſtianæ pietatis ſubſequentes oſtendunt. Vnde & B.Bernardinus de Buſtis ſerm.9.de Conceptione 1.part.refert; Seraphicum virum ſuos monuiſſe Fratres, *Vt omnia Benedictæ Matri Dei priuilegia attribuerent, quæ illius poſſent excellentiæ conuenire, atque eam omnibus laudibus à pura humana creatura à perceptibilibus exaltarent*. Hæc ille.

Aſſertio de Imm. Virg. Concep. inter Minores.

Inter has verò præcipuè eluxit *Immaculatæ Conceptionis Genitricis, Dei inuicta, immobiliſque in hanc horam aſſertio*, quam Fratrum S.Franciſci Cœtu, velut ſacrum à Deo depoſitum hactenus intemeratè conſeruauit, & pietate,doctrina,omnique labore mundo illuſtrem reddidit, collectis vndique tam antiquis monumentis Sanctorum, quam nonnullis illuſtrationibus, quibus Spiritus Sãctus ſuos præuenire dignatus eſt.

XXIV Quanta verò puritate S.Franciſcus Virginem excellere exiſtimarit, docet deuotiſſima ad illam ſalutatio, quæ tom.1.Opuſculorum recenſetur: *Aue*,ait, *Domina ſancta,Regina ſanctiſſima, Dei Genitrix Maria, quæ es perpetua Virgo electa à Sãctiſſimo Patre de Cælo, quam conſecrauit cum Sanctiſſimo Filio, & dilecto, ac Spiritu Sancto Paracleto: In qua eſt,& fuit omnis plenitudo gratiæ, & omne bonum*, &c.Notanda ſingulariter vltima verba: *In qua*, inquit,*eſt,& fuit omnis plenitudo gratiæ*:ergo & iuſtitiæ Originalis, quæ à labe peccati originis immunem redderet. Si *in illa omnis plenitudo gratiæ eſt, & fuit*: ergo nunquam defuit. Si *omnis plenitudo fuit*: ergo non tantum omnem vacuitatem repleuit, ſed & ſuperabundauit. Si denique *omne bonum in illa ſemper fuit*:ergo omne malum ſemper excluſit. Quo argumento vtitur S.Bern. Hom.2.de Laudib.V.Matris: *Alioquin*, inquit, *quomodo eam Angelus gratia plena pronunciaſſet, ſi quippiam rei parum boni, quod ex gratia non eſſet,haberat*.

Argumẽta in fauorem Cõcept.Virg.ex D.Franc.ſententia.

XXV Simili ſanè phraſi vſus fuerat S. Hieronym. de Aſſumpt. Virg.ad Paulam, & Euſtochium, quæ eſt Epiſt. 10. tom.5. *In Mariam*, ait, *totius, quæ in Chriſto eſt plenitudo gratiæ venit, quamquam aliter*. Vbi non diſtinguit plenitudinem gratiæ in Chriſto, & in Virgine,niſi quia in Chriſto eſt principiatiuè velut in fonte, in Virgine participatiuè iuxta participantis capacitatem. *Quoniam* inquit, *quidquid in ea geſtum eſt, totum puritas, & ſimplicitas,totum veritas, & gratia fuit, totum miſericordia & iuſtitia, quæ de Cælo proſpexit, & ideò Immaculata, quia in nullo corrupta*. Hæc fuit S.Patriarchæ pia de Virgine Matre credulitas, quam ſtatim ab initio Ordinis in omnes deriuare ſtuduit. Nam in Capitulo 2.Generali ad an.1219.primum ſtatutum,à toto Capitulo acceptatum, fecit

Magna Frãc. pietas erga Virg. Patria. [illegible]

ſecit: Vt quolibet Sabbato ſolemniter fierent ſacra in honorem Immaculatæ Virginis.

XXVI Hoc ſpiritu imbuti ſunt filii eius: Hanc enim *Immaculatam Conceptionem* prædicauit S.Antonius Paduanus (qui perperam à nonnullis in contrariam ſententiam vocatur) Hic enim abſolutiſſimè in ſerm.fer.5.poſt Domin. Paſſionis ad illa verba Euangelii, *Duo debitores erant vni fæneratori*. *Aduertendum*, inquit, *quod hoc dictum Saluatoris ſolū tenet de illis,qui fuerunt ab huiuſmodi debito præſeruati, de quorum numero fuit B.Virgo.* Et ſerm. Dom.2.Quadrag.vbi de Transfiguratione agens: *B. Virgo*, inquit, *eſt Mons, quia ſicut montes ſuperius ſunt luminoſi, ſic B. Virgo fuit luminoſa puritate, quam cum Angelis participat*. Et Dom. 3. poſt Trinit.exponens illud Ezech.44. *Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, eritque clauſa Principi, Princeps ipſe ſedebit in ea*; docet *Virginem clauſam fuiſſe principi huius mundi*, ideſt, *Diabolo,quia ab omni eius poteſtate libera, vt in illa ſolus Princeps Chriſtus ſederet.* Hanc puritatem docuit, prædicauit D.Anton. de Pad.

XXVI Eandem doctrinam cum profeſſione Minoritici Ordinis imbibit *Irrefragabilis Doctor Alexander Alenſis*, qui mutata mente,& ſanitati reſtitutus, libellum præclarum edidit de *Conceptione Virginis Immaculata*,accepto pro libri materia loco illo Cāticorum c.4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*. Vnde vſque ad mortem familiaris illi ſemper fuit ſequens ad Beatam Virginem aſpiratio: *Maria Domina mea, tota pulchra es, & formoſa, & macula originalis, aut actualis in te nunquam fuit*. In quibus verbis etiam animam exhalaſſe dicitur.Vide Petrum Mercat.cit.tit.12.§.5. fol.152. Pariter & B. Alex.de Ales

XXVIII Pietatem Seraphici Patris non deſeruit Seraphicus Doctor S.Bonau. Alexandri Alenſis diſcipulus, etſi enim in 3. d. 3. & in *ſpecul. Virginali* viſus ſit inclinari in contractionem debiti Originalis,à quo in primo inſtanti infuſionis Animæ liberata fuerit (quæ omnia conſideratis, & diſtinctis inſtantibus in fauorem Immaculatæ Conceptionis facilè interpretari poſsunt) Nihilominus ipſiuſmet Interpretationem accipe, & eius mentem ex ipſomet metire: Sic autem loquitur ſerm.2.de B.Virg.tom.3.inter ſermones de Sanctis. *Domina* (ait) *noſtra fuit plena gratia præueniente; Gratia, ſcilicet, præſeruatiua contra fœditatem Originalis culpæ; quam contraxiſſet ex corruptione naturæ, niſi ſpeciali gratia præuenta, præſeruataque fuiſſet: ſolus enim filius Virginis fuit ab Originali culpa immunis, & ipſa Mater eius Virgo*. Hæc ille. Ex quo intelligitur; ſi Originali culpæ aliquando dixerit obnoxiam, id de debito Corruptionis Naturæ intelligendum, non verò de Item & S. Bonauent. illi diſcipulus in 3.ſentent.

actuali contractione maculæ à qua Anima in primo ſaltem inſtanti ſuæ creationis præſeruata fuit.

Idem etiam Seraphicus Doctor aliis in locis.

XXIX Sed & audiatur idem Seraphicus & pius Virginis Cultor in *ſpecul.Virginali* ſuper illa verba *Aue Maria: Quod (inquit) puriſsima fuerit per culpæ carentiam, benè inſinuatur cum dicitur* Aue. *Rectè namque ei dicitur* Aue; *quæ ab omni væ culpa immuniſsima fuit, ſicut vtique Matrem Dei decuit*. Et ne quis ſuſpicetur S. Doctorem intelligere de væ culpæ actualis, ſeipſum poſtea exponens: *Ecce* (ait) *chariſsimi ſicut ſupra dictum eſt, ſanctiſsima Virgo Maria propter omnimodam culpæ carentiam, & immunitatem, propter omnimodam vitæ innocentiam, & puritatem, meritò ei in principio* Aue *dicitur: Aue* vtique & abſque *væ*. *Conſiderandum autem eſt, quod triplex eſt væ, à quo immuniſsima fuit iſta, cui dicitur Aue; eſt autem væ culpa, væ miſeria, væ gehennæ. Eſt autem væ culpæ actualis, væ miſeriæ Originalis, væ gehennalis.* Hæc S. Bonau. Quid clarius dicere potuit de B.Matre Virgine, quam non tantum immunem, ſed immuniſſimã, ab omni omnino væ, etiam miſeriæ Originalis declarauit.

Triplex væ apud eundẽ.

XXX Vbi notanda illa verba: *ſicut vtique Matrem Dei decuit*. Et quidem non aliundè decens fuit, vt Virgo Maria immunis eſſet à communi lege, niſi ex eius Maternitate ad quam declarandam Angelus Gabriel incepit ab illa vocula *Aue*. In S.Maria Angelorum Aſſiſij, à quo incepit Ordinis Fratrum Minorum Religio, Virgo ab Angelo annunciata appicta eſt, veluti illius ædiculæ tutelaris, & Patronæ.

B.V. Annunciata eſt Patrona tutelaris Portiunculæ.

Nuncupata deindè S.Maria Angelorum, quia B.Franciſcus concentus Angelorum ibi audire ſolitus. Itaque ab eo loco exordia ſuſcepit Religio noſtra, in quo in appicto Virginis ab Angelo Annunciatæ eicone fundamentale argumentum de eius Immaculata Conceptione, ipſi vt Matri Dei decente, relucebat, vti omnes interpretes communiter explicant.

Semina deuotionis erga Virg. immaculatam in agro Seraphico quomodo creuerit.

XXXI Et hæc quidem erant ſemina veræ in Matrem Dei deuotionis in Agro Seraphici Ordinis à Deo ſeminata, vt in Arborem grandem opportuno tempore aſſurgerent. Hic erat igniculus veluti in puteo abſconditus, qui tandem holocauſtis inſperſus ſole meridiano radiante accendere vniuerſa debebat: quod mirabili modo factum docent Annales.

Doctor Subtilis ad ann. 1304.

Hinc circa ann. 1304. Doctor ſubtilis Scotus notius, & apertius fecit per publicam diſputationem iſtud myſterium, per quod Ordo Minorum valdè illuſtratus eſt, ac multis propterea decoratus beneficiis, & fauoribus à S.Sede Apoſtolica, & ann.1621. ſub ſeruo Dei P.Benigno de Genua totius Ordinis Generali Miniſtro in

Cap.

Cap. Generali intermedio Segouiæ ſollemni, & publico actu, ipſomet P. Generali Præſidente, & quatuor Patribus in veſtibus ſacris aſſiſtentibus côram vniuerſo populo ante Altare Deiparæ omnes Vocales nomine ſuo, & totius Familiæ, ac Ordinis tactis ſacris Euangeliis, Iuramentum, & Iuratum votum fecerunt de tenenda, conſeruanda, & defendenda IMMACVLATA CONCEPTIONE B. Virginis MARIAE, ipſo Pentecoſtes Feſto: quod iuramentum Marcantius, qui hæc ſcribit, præſtitit cum aliis, vt Cuſtos Prouinciæ Flandriæ; vide tit. 12. fundament. 12. §. 6. omnibus ergo manifeſtum, eſt quantum Eccleſia detulerit Ordini Minorum, ob exaltatam *Puriſſimam Virginis Conceptionem*. Ob quam etiam Sixtus IV. in Conſtitutione, quæ incipit: *Cum præcelſa*: vt inquit *de ipſius Immaculatæ Virginis Mariæ Conceptione, gratias, & laudes deferant*, permiſit ab vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus *Officium de Conceptione, à Leonardo de Nogarolis* compoſitum, & cum Miſſa approbatum de Conceptione, & per octauam celebrari.

Congreg. gen. Segouiæ

Auctor officij Concept.

Et illis quidem, ac omnibus, qui officij ſollemnitati intereſſent, eaſdem indulgentias elargitus eſt, quas Vrbanus IV. Officium in feſto Corporis Chriſti celebrantibus, aut illi intereſſentibus conceſſit. Quod Officium, etſi in Ordinario Romano ad communem ritum ſicut in die Natiu. B. Virg. fit reductum, & octaua apud ſæculares ſublata; in Ordine tamen Minorum, cui propagatæ *Immaculatæ Conceptionis* honor attributus eſt, manet auctoritate ſummorum Pontificum in hunc diem confirmatum, & ſpecialibus fauoribus decoratum.

Nam Sixtus IV. diem illum ita celebrem aliquando voluit, vt nec Dominicæ Aduentus cederet, nec infra eius Octauam de aliquo Feſto Diuina celebrarentur. Cuius rationem reddidit: *Quia*, inquit, *fuit ſpecialis Dei effectus in die illa*. Vide Hieron. Sorbo in Compendio, verbo *Conceptio Virginis*. In priori facie cap. 6. per totum. Egimus etiam de Imm. Virg. Concept. ſub metaphora Columnæ in c. 6. prioris feciei.

Patres Societ. Ieſu ſcholam mediam inter Magiſtros, ac Principes D. Thomam, & B. Ioannem Scotum profitentes, inuicti pugiles incredibili conſtantia, ac pietate, ſubtilitate, & doctrina in tuenda originali Virginis Puritate ſubſcribendo ſententiæ Scoti, ſemper extiterunt. Ad id propoſitum poſt emanatum nouiſſimum decretum Alexand. VII. recepit Auctor à Sereniſs. Archiduce Auſtriæ Oenipontano pulcherrimam Mariæ Deiparæ in membranula depictam figuram idoneam materiam ad præſens argumentum, in quo ipſius figuræ ſingulæ partes exprimuntur, ſubijciendum præbuit.

Recepit Auctor hæc imagine an. 1662

In

In B.Virg. ſine labe concepta imagine quadam, Duodecim Stellis ſolitis coronata. Cuius Lunam, ſub illius pedibus de more appictam hinc inde ſuſtentant, alter cornu illius dextrum, alter verò ſiniſtrum

Diuus Franciſcus Aſſiſias.	Diuus Ignatius Cantaber.
Anagramma.	*Anagramma.*
Sic viſus ſuis facs radians.	Curat Ieſu. Abundat ignis.

Diſtichon.

Bina Columna ignis purum ignem ſuſtinet, illum,
Quem contra ire ignem concipit ANNA PARENS.

VTRAQVE SCHOLA
SCOTISTARVM, IESVITARVM

Quò conſtantior, ac fidelior arcanum iſtud in dies profitetur,
Eò propenſior, ac ſolidior
Inconcuſſa ratione eum propugnat.
Fauet prorſus vtrique
Scripturarum, Conciliorum, ac SS. PP. auctoritas.
Fauet & Apoſtolica traditio.
Pariter & cum ea Chriſtiana feſtiuitas,
Per tot ſæcula ad poſteros demandata;
Eccleſiaſtica Dogmata,
Diplomata etiam quamplurima fauent & ipſa.
Cuncta modo
Robore maximo è Montibus altis,
Altiſſima B.Virg. merita præfigurantibus,
Atque ſub auſpicatò Sydere
Firmat manu propria, mittitque
Ad Catholicum filium
Philippum IV. Regem Hiſpaniarum
ALEXANDER VII. CHRISTI VICARIVS.
Anagramma.
Ex his ſic iunctus, plus arridet Mariæ.
Nimirum

Ex Maximis Patriarchis
Franciſco Aſsiſiate, & Ignatio Cantabro.
Altero.
Qui facs radians viſus in ſuis,
Ad ſanguinea Chriſti foramina ab illo
Sibi tradita, & infixa,
Nazareticam, ac miteſcentem Columbam
In tartareum Accipitrem
Admirandum in modum abſcondit, conditque.
Altero.
Qui curat Ieſu, abundatque ignis Apoſtolicus in ſuis,
Pro tuenda Matris Ieſu Puritate,
Ne eius ignominia in Prolem redundaret.

Hierarchia Franciſcana quadrifacies Leonis ad cultum, & ritus in Eccleſia bonum perſpicax.

I NON ſolum Feſtum Immaculatæ Conceptionis, in omni Eccleſia celebratum, ab Ordine noſtro Originem habuit, ac propagationem, verum etiam & nonnulla alia in honorē Deiparæ Matris. Floſculos primos ad eundem Deiparæ honorem per vniuerſam Eccleſiam ſparſit S. Bonauentura, de quo in vita eius cap. 9 legitur ſic. *Auctor maximè fuit, vt in Natalitijs ferijs Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine, caneretur.* Et in lectionibus Breuiarij. *Congregato Generali Capitulo Piſis, eodem Auctore inſtitutum eſt, vt* Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine, *vſque ad Epiphaniam continuaretur, eodem modo, quo infra octauam Natiuitatis Dominicæ. Idem pijſſimus Cultor gloriæ Virginis Matris Ieſu inſtituit, vt Fratres populum hortarentur ad ſalutandum eandem ſigno campanæ, quod poſt Completorium dantur, quod creditum ſit, eandem ea hora ab Angelo ſalutatam.* Itidem vt Fratres populum ad id monerent, diligentiſſimus hortator fuit, & ab illo mos ille in vniuerſam Eccleſiam introductus eſt. Salutationes in honorem B. M. ex D. Bon.

II Sed & in Ordine Minorum feſta nonnulla B. Virginis radices miſerunt, quæ poſtea ab vniuerſa Eccleſia ſunt aſſumpta: ſic Feſtum *Præſentationis B. Mariæ* ab antiquo inter ſollemnitates Ordinis S. Franciſci reſeruatum eſt vſque ad tempora Sixti v. quando omnibus Clericis ad diem 21. Nouembris demandatum fuit, & in Kalendario Romano tempore Clementis VIII. in recogni- Feſtum Præſentat. B. M. in templo.

tione Breuiarij, & Miſſalis Romani feſtum illud repoſitum.

Feſtum Viſitationis.

III Feſtum ſimiliter *Viſitationis* ab Vrbano VI. Papa inſtitutum, & à Bonifacio IX. confirmatum, prima in Ordine Minorum incrementa ſumpſit; Et in Capitulo quidem Generali Toloſano ad ann. 1437. à toto Ordine ſuſceptum, in Capitulo Generali Salmaticenſi ad ann. 1461. etiam cum octaua demandatum fuerat. Quod & inter feſta duplicia maiora computatur in firmamento trium Ordinum p.3. in Ordinationibus Diuini Officii. Cuius quidem Feſti ſollemnitas, ne videretur deficere, renouata eſt pro Belgio in Capit. Prouinciali Iprenſi ann. 1514 cum prius in Capitulo Slucenſi ad ann. 1486. demandatum fuiſſet, vt de ea proprium officium diceretur.

Feſtum deſponſationis.

IV Hinc de Ordine Minorum ad vniuerſalem Eccleſiam tranſijt. Tam vniuerſalis porrò fuit affectus ad Deiparam Virginem in Ordine Minorum, vt & feſtum *Deſponſationis* eius cum Ioſepho ad 8. diem Martii diutiſſimè ex Decretis Capitulorum Generalium celebratum fuerit, & tam ipſius S. *Ioſeph* quam *Ioachim* & *Annæ* Parentum B. Virginis ſollemnitates prius in Religione Frãciſcana celebratæ ſub duplicis maioris ritu fuerint, quam ad Kalendarium Romanum aſſumerentur.

Inſtitutio coronæ B.V.

V Huc etiam pertinet Inſtitutio *Coronæ B. Virginis*, quæ 8. *Pater Noſter* & 72. *Aue Maria* complectitur in honorem annorum 72. quos iuxta opinionẽ S. Ioannis Damaſceni Virgo creditur in hac mortali vita tranſegiſſe: Quæ quidem *Corona* vni deuoto Fratri reuelata, à Summis Pontificibus poſtea approbata eſt, & ſpecialiter à Leone X. ad inſtantiam B. Memoriæ Gabrielis Maria alias Gilberti Nicolai per Bullam quæ incipit: *Exponi nuper fecisti. Datum Romæ die* 14. *Septembris* 1517. *Pontificatus ann.* 5. In qua omnibus illam legentibus, cùm nonnullis aliis Coronis in eadem Bulla expreſſis, Apoſtolicam impartitur Benedictionem. Et quidem Iulius II. Fratribus omnibus legentibus dictam *Coronam* conceſſerat Indulgentiam Plenariam, quam Leo X. ampliauit ad ſorores S. Claræ, Tertij Ordinis, & Annunciationis B. Mariæ, vt refertur in *Comp. Priuileg. V. Indulgentia Plenaria quoad Fratres n.* 7. 9. & 11. In qua Indulgentia communicant Confratres Chordæ. Et hinc iſta *Corona* per vniuerſum orbem vſurpata fuit.

Nonnullæ aliæ coronæ.

Confratern. trium deuotionum B. V.

VI Huc etiam ſpectat Confraternitas iſta ſollemnis *Trium Deuotionum Virginis Matris*, quam authoritate Apoſtolica vbique promulgauit dictus Dei ſeruus Gabriel Maria. Cum enim ex Reuelatione facta cuidam perſonæ deuotiſſimæ cognouiſſet, nihil magis gratum Virgini, quam tria illa exercitia, quæ ipſamet Virgo practicauerat, videlicet: 1. *Obſeruando Euangelicam doctrinam, quam filius annuntiauerat.* 2. *Paſſionem Filij recolendo* ad exem-

Tria præcipua B V exercitia ſpirit.

plum

plum Virginis, quæ loca Paſſionis poſt Reſurectionem Filii ſingulis diebus deuotè viſitabat. 3. *ſumendo, & omni veneratione honorando SS.Eucbariſtiæ ſacramentum*, cui ſingulis diebus Deipara poſt Reſurectionem communicabat.

Ex his compoſita vna fraternitas.

VII Ex his compoſita eſt vna deuotiſſima Confraternitas; cuius Confratres 1. *Auditioni*, & Lectioni Verbi Dei quotidie inſiſtunt, & in Euangelicarum virtutum praxi continuè ſe exercent: 2. *Paſſioni Chriſti* inhærent, & ſingulariter nonnulla pro Chriſto pati dietim aſſueſcunt, ac pacem omnibus annunciant. 3. *Sacra Eucbariſtia* communionem deuotè iuxta commoditatem cuiuslibet frequentant, Eccleſiis pauperculis, & derelictis, de corporalibus mappis,& aliis ad ſacrificium Miſſæ pertinentibus prouident, & quoties ſignum Miſſæ audiunt, vnum *Pater*, & *Aue Maria* pro Sacerdote celebrante legunt, &c. Quæ omnia mirum fructum in vniuerſo, maximè in his Regionibus Ciſmontanis cauſarunt, & vtinam reſuſcitarentur.

Quis auctor huius Cõfraternit.

VIII Hiſtoria & exercitia huius Confraternitatis latè referuntur in Libello quodam,inſcripto, *De tribus Ordinibus Beatiſſimæ V.Mariæ*, qui dedicatus fuit Sereniſſimæ Reginæ Angliæ Catharinæ, per R P.F.Gilbertum Nicolai,Ordinis Vicarium Generalem. De quo in honorem Beatiſſimæ Virginis hæc pauca annotare volui ex quadam eius Epiſtola, ſeu inſtrumento,dato ann.1501.die 14 Iunij tempore Capituli Generalis, Antuerpiæ celebrati. Hic igitur S.Memoriæ Pater (inſinuante ſibi quodam Antuerpienſi Ciue Primario) curauit vnam Confraternitatem erigi in Eccleſia S.Georgii Antuerpienſi, ad quam præſentes, & futuros recepit. Qui etiam receptis confratribus Filiationem Regularis Obſeruantiæ S.Franciſci in vita pariter, & in morte communicauit, & omnia ſuffragia, & bona opera obſeruantiæ; necnon Apoſtolica auctoritate,ſibi facta, omnes indulgentias *Decadum decem Beneplacitorũ*: Necnon *Coronarum* tam *Saluatoris*, complectentes 33. *Pater noſter, & Aue Maria*, quam *B.Mariæ*, conſtantis 72. *Aue Maria* cum *octo Pater*, iuxta conceſſiones Alexandri vi. Iulii ii.Leonis x. Cuius rationem piam addit his verbis: *Quia Obſeruantia Regularis, & Diua Conceptionis Fratres vno ſunt Parente geniti, & eodem ex vtero procreati, ideoque eadem auctoritate gaudere debent.*

Quæ eius ad confratres communicatio.

Confraternitates Virg. doloroſæ.

IX Hic etiam Confraternitates Virginis doloroſæ recenſeri poſſent, qualis ſolemniſſima habetur in Conuentu Antuerpienſi,& paſſim in Prouinciis Belgicis multiplicantur. Hymnum verò pro Virgine doloroſa, *Stabat Mater doloroſa* in tota Eccleſia communis, à B.Iacopone Tudertino Minorita fuit compoſitus, vt dictum eſt in ſecunda facie.

Nec Ordo Annunciationis Deiparæ hic omitti debet, qui ſub

directione B. Memoriæ P. Gilberti Nicolai à Dei famula Ioāna Valeſia inchoatus, Ordini Minorum etiam adſcriptus à Sede Apoſtolica fuit, & ſub eiuſdem regimine Orbem perſuaſit.

Ordo Annūc. Deiparæ.

Sic Ordo Minorum Hortum Virginis Sponſæ SS. Trinitatis excoluit, & ſuo tempore ex eo pro quibuſuis perſonis iuxta vniuſcuiuſque capacitatem vberrimam meſſem in horrea Eccleſiæ intulit.

Offic. Diuina in tota Eccl. Romana.

X Officia diuina diligentia Fratrum Minorum in Eccleſia Romana in ſuo decore conſeruata ſunt, & ſuo nitori reſtituta. Huius rei teſtimonium authenticum refert Rodulphus Decanus Tangrenſis l. de Can. Obſeru. Prop. 22. tom. 11. Bibliothecæ SS. Patrum, ſic loquens: *Sciendum*, ait, *quod Nicolaus Papa III. Natione Romanus, de genere Vrſinorum, qui cæpit anno Dom. 1277. & Palatium apud S. Petrum conſtruxit, fecit in Eccleſijs Vrbis amoueri Antiphonarios, Gradualia, Miſſalia, & alios libros Officij antiquos quinquaginta, & mandauit, vt de cætero Eccleſiæ Vrbis vterentur Libris, & Breuiarijs Fratrum Minorum, quorum Regulam etiam confirmauit. Vnde hodie in Roma omnes libri ſunt noui, & Franciſcani*, &c. Eadem Iacobus Pamelius in præfatione ad Micrologum de Eccleſiaſticis obſeruationibus; & quantumlibet ille ſtudio antiquitatis, vt ſibi videtur retinendæ, factum non approbet, conſuetudo recepta, & auctoritate Pontificis introducta præferenda eſt, quam praxis, & vſus deinceps confirmauit.

Antiphonat. Gradualia, Miſſalia, &c.

Nec tum primum, nec vltimum Eccleſiæ ritum, prout occaſio, aut tempus ferebat, innouauit, aut in aliquibus mutauit: nam non licuiſſe Tridentinum definit. 5. ſeſſ. 21. c. 2. & expediuiſſe hominum mores, & inſtabilis rerum curſus docet, cum aliquando in contemptum, & abuſum trahitur, quod alias venerationem, & cultum præſeferebat, quod variis exemplis demonſtrari poteſt. Id nunc ſubindicare ſufficit, decipi Rodulphum in eo, quod nouitatis officium Franciſcanorum redarguit, demus quod emendatum ab ipſis fuit; porrò S. Rom. Eccleſiæ conformari in diuino officio regula præcipit. Nec immeritò interpretati ſunt eſſe officium proprium S.R. Eccl. quod in Cappella Papæ, & Collegio Cardinalium fuit in vſu, ſicut verè in ijs Eccl. Romana ſubſiſtit, non in alijs Congregationibus quantumlibet Romæ degant. Hoc officium aſſumpſerunt Franciſcani, debitoque ordine, ac ritu ex præcepto Pontificio diſpoſuerunt, non aliquod nouum inuexerunt. Vad. ann. 1244. nu. 2. Quod quidem, ſubdit Marchantius, appoſitè intelligendum eſt. Cum enim FF. Minores ex vi Regulæ teneantur facere *Diuinum officium iuxta ritum R.B.* ſine dubio magna, & ſancta ſemper fuit huius Ordinis curioſitas, & ſolicitudo, vt ordo Romanæ Eccleſiæ in eccleſiaſticis officijs puriſſimè ſeruaretur.

Deceptio Rodulphi.

XVI Vnde quia potius quæ præſcripta ab Eccleſia erant, apud Min-

Minores obſeruabantur, & eorum libri à mendis, & mutationibus vigilantius vindicabantur, ideò ad eorum libros voluit Pontifex pro reſtituenda puritate officiorum diuinorum recurri. Imò Pontifices attendentes piam Fratrum S.Franciſci in Obſeruatione perfecta Officii Romani diligentiam, illis committebant, quæ ſucceſſu temporis reuidenda,& emendanda exiſtimabant. Ita F.Haymoni Miniſtro Generali, tum ſub Gregorio IX. tum ſub Innocentio IV. hæc cura reuidendi Officii Romani demandata fuit. Quod quidem Officium correctionis Fr. Haymonis à Summo Pontif. Innoc. IV. approbatum, vniuerſali Eccleſiæ traditum eſt, & ea ratione, qua S.Sedes pro vero Officio Rom.Eccleſ illud teneri voluit, ad idem obſeruandum FF.Minores mãdato Capituli Generalis aſtricti fuerunt.

Summa FF. Min. cura circa ſacros offitius.

Correptio offic. Eccleſ. Fr.Haymoni demandata.

Ita vt non tam dicendum ſit *Romanam Eccleſiam FF.Minorum officium aſſumpſiſſe*, quam *correctionem, ſiue emendationem*, *ac remiſſionem* de mandato S.Sedis Apoſtolicæ à Minoribus factam, imò ab eadem Sede approbatam fuiſſe, & in Eccleſia vſurpatã,ac deinde à FF.Minoribus officium illud ex vi Regulæ ſuæ vſurpatum eſſe. Et quia Libri FF.Minorum magis cultè,& præcisè exſcripti fuerant, Eccleſiæ autem ſæculares minus curioſè in illis adhuc vtebantur, vt fieri ſolet, ſuis antiquis Libris in correctis, Pontifex voluit, vt Libri correcti FF.Minorum à S.Sede prius approbati pro vniuerſa Eccleſia Romana, tamquam purioris Obſeruantiæ Romanæ aſſumerentur. Hæc patent ex Epiſtola Ioannis Parmenſis, ſcripta ad Miniſtros, & Guardianos Tuſciæ,quæ refertur in Annalibus ad ann. 1249.num.2.

Diuini officii cultus F.Min. Eccl.conformis,ac proficuus.

XII Officium paruum ſub titulo S.Crucis, ſeu de Paſſione Domini D.Bonauent.compoſuit in gratiam S.Ludouici IX.Regis Galliæ, quod à tota Eccleſia recitatur.

Officiũ paruum S.Crucis.

XIII *Glorioſi Principes Terræ*, &c.in ſuffragiis Sanctorum,quæ recitantur ab omnibus ad finem officiorum non exceptuatorum, ab ipſo B.Franciſco incepit in cap.Generali ſecundo Storearum ad ann.1219.ab eo Aſſiſii celebratum. Vide Chronolog.

Glorioſi Principes terræ.

XIV *Dies iræ dies illa*, quæ eſt celebris ſequentia in Miſſa pro Fidelibus Defunctis edidit Frater noſter Picænus Thomas de Celano, licet alii eam tribuere velint Fratri Matthæo Aquaſpartano Cardinali ex Minoritis aſſumpto. In hiſce rebus, & ſimilibus iure gratitudinis rependerunt, quod & ipſi pariter ab Eccleſia Romana in officio S.P.Franciſci receperunt.Hymnus, *Proles de Cælo prodijt*, qui canitur in primis Veſperis diei feſti, & proſa illa olim ſolemnis *Caput Draconis vltimum;* necnon illæ antiphonæ; *Sancte Franciſce propera, veni Pater accelera*,& quæ recitatur defuncto Generali Miniſtro, *Plange turba paupercula*, compoſuit ſummus Pontifex

Dies iræ dies illa.

Gregorius IX. Reſponſorium illud octauum officii, *De Paupertatis borreo*, fecit Otho Candidus, ſeu Blanchus de Alerano ex Marchionibus Montisferrati Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere Tulliano, à Gregorio IX. creatus. Hymnum nocturni, *In cæleſti collegio*, atque alium in ſecundis Veſperis, *Decus morum dux Minorum*, is idem Cardinalis edidit. Antiquam proſam, quæ incipit *Lætabundus*, reſponſorium ſeptimum, *Carnis ſpicam*, & antyph. *Salue Sancte Pater patriæ lux* compoſuit Thomas Capuanus Cardinalis Presbyter, titulo S. Sabinæ, ab Innocentio II. creatus, quem maximè in ſcribendo carmine, & proſa oratione valuiſſe, atque aliquas antyphonas Eccleſiaſticas effeciſſe cōmemorat Ciacconius. Reinerus Capoccius Viterbienſis Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin, qui in S. Franciſci canonizatione orationem habuit de gloria miraculorum, cecinit hymnum *Plaude turba paupercula*, qui cantatur in laudibus

Bonam partē officii S. Fr. ab alienigenis receperunt Franc.

XV. Stephanus de Caſa noua, nonnulli de Foſſa noua, Romanus, Diaconus Cardinalis Sancti Angeli, ab Innoc. III. ordinatus; poſtea Eccleſiæ Camerarius (cuius nepotem equo lapſum, & mortuum, coram eo, & alijs Cardinalibus S. Pater noſter Dominicus ad vitam reuocauit) auctor eſt illius antiphonæ, quæ quotidie canitur, *Cælorum candor ſplenduit*. Itaque plurima pars officii, quod Minoritæ in feſto ſui Inſtitutoris recitant, opus fuit Romani Pontificis Gregor. IX. & prænominatorum Cardinalium. A quibus deinde cæteræ partes ſuperadditæ ſint ex auctoribus Fráciſcanis, quis editor Præfationis in Miſſa S. Franciſci, *Qui venerandum Confeſſorem*; Conſule Vadingum tom. I. ad ann. 1228. ſub num. 78.

Archiconfraternitates Chordæ Seraphicæ, & Confalonis, & Societas ſe flagellantium in Eccleſia.

I Dicebat in perſona Domini Oſea c. 11. ad Iſraelem quem dilexit: *Ego quaſi Nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis, & neſcierunt, quod curarem eos: In funiculis Adæ trabam eos in vinculis Charitatis. Hi ſunt funiculi* beneficientiæ, & amoris, quibus *Chriſtus Nutritius noſter* nos velut faſciis alligatos in brachijs ſuis portauit. *Hi ſunt funiculi* quibus in Paſſione ſua conſtrictus nos ſibi deuinxit, & ne electis deeſſent, per S. Franciſcum, vt Peccatores ad ſe traheret, omnibus Chriſticolis communicari diſpoſuit, verè *funiculi amoris, beneficentiæ, & Charitatis*.

Funiculi charitatis qui.

II Originē Chordæ Franciſcanæ ſic deduco. Viuente Seraphico Patre, deuotio quædā cordibus nonnullorum à Deo inſpirata eſt, vt *Chorda*, qua vir ſanctus cingebatur, virtutem quādam aſſiſtere

Chordæ Fráciſc. antiqua deductio.

conſi-

conſiderent etiam ad morbos curandos. Ita S.Bonauentura c.12. *vitæ.Vir quidam (ait) de Caſtro Plebis Religioſus,ac timens Deum Chordam apud ſe,qua cinctus fuerat S.Pater, habebat. Cumque multitudo virorum ac mulierum in Caſtro illo varijs infirmitatibus laborarent, ibat per infirmantium domos, & intincta chorda in aqua, dabat bibere patientibus, ſic per hunc modum plurimi ſanabantur.*

III His initiis cœpit honos, & reuerentia haberi *funiculo* S. Patris. Vndè Ludouicus Granatenſis Ordinis S.Dominici conc. 4. de S.Francisco, alludens ad ſudaria, & ſemicinctia Pauli Act.19. *Amplificat Lucas* (inquit) *in Actis Apoſtolorum Pauli miracula his verbis:* Virtuteſque, non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli, ita vt ſuper languidos deferrentur à Corpore eius ſudaria & ſemicinctia, & recedebant ab eis languores. *Magnum hoc certè Diuinæ bonitatis & charitatis erga fidelem ſeruum indicium,qui ſic non ipſum modo, ſed ſudaria etiam quibus is manuum ſordes tergebat, hoc tanto honore afficeret. Verum hic aliquid video mirabilius: Non enim ſolam S.Viri Franciſci Chordam* Dominus, *ſed aquam etiam, quæ chordam tetigerat, hac tanta virtute donauit.*

Eius origo & S. P. Franc. fune.

D.Pauli Ap. ſudaria.& ſemicinctia.

Hunc honorem præſagiebat S.Dominicus, qui (vt in ſpeculo vitæ S.Franc.c.35.refertur)Franciſcum aliquando rogauit,vt ei *Chordam*,qua præcinctus erat, ſibi largiri dignaretur, quam cum recuſaret humilis Franciſcus: *vicit tandem fœlix poſtulantis deuotio,& vi charitatis obtentã Chordam S.Dominicus ſub inferiori tunica cinxit, eamque deinceps deuotè portauit.* Sic hæc deuotio in alios deriuata eſt, ita vt vſque ad Reges honor ille funiculi peruenerit; & *S.Franciſcus* (dicente Iob) *Baltheos Regum diſſoluerit, vt fune præcingeret renes eorum.* Cœperunt enim fideles ex deuotione Chordam Ordinis S.Franciſci geſtare, quorum deuotioni applaudentes Summi Pontifices,Chordam geſtantibus Indulgentias conceſſerunt;vt refertur à Sorbo in Comp.V.Indulgentiæ quoad ſæculares 7.

D. Dominicus fune S. Fråc. aliquãdo cinctus.

IV Et hæc quidem præceſſerunt Inſtitutionem *Archiconfraternitatis*, quam Sixtus v. ann.1588.Nonis Maii Pontif.ann.2.ſollemniter in Eccleſia, & ad Altare S.Franciſci Aſſiſii erexit, multiſque Indulgentiis nobilitauit,& per Magiſtrum Conuentualium Generalem vbique terrarum in Eccleſiis Ordinis erigi poſſe indulſit, pari fructu, paribus fauoribus. Et ne fortè minus diuulgaretur ſi ad ſolum Magiſtrum Generalem Conuentualium iſtius *Archiconfraternitatis* erectio reſtricta remaneret, per aliam Bullam idem Sixtus v. anno ſequenti 1587. die 29. Auguſti Pontif. ann. 3. erectionem dictæ *Archiconfraternitatis* communicauit Miniſtro Generali totius Ordinis, obſeruantiæ Regularis, nec non Commiſſario

Anno 1586. Archiconf. Chordæ erecta.

Anno 1587. ampliata.

Gene-

Generali Familiæ in locis ſuis, vbi domus Fratrum Conuentualium non extarent, aut alias à Magiſtro Generali Conuentualium *Archiconfraternitatis* erecta non eſſet.

Eius nobilitas, in quo conſiſtat.

V Nobilitas autem huius *Archiconfraternitatis* in hoc conſiſtit: Quod non tantum in ingreſſu, & in vno die ſollemni deſignato per annum, ac in articulo mortis Indulgentia Plenaria (vt in Confraternitatibus communiter) Chordam legitimè acceptam portantibus conferatur, ſed etiam Proceſſioni Confraternitatis, quæ ſingulis menſibus fieri ſolet, intereſſentibus, eadem plenaria Indulgentia perpetuò conceſſa ſit; Nec non: *Omnes & ſingulæ Indulgentiæ, peccatorum remiſſiones & relaxationes Religioni, & Ordini FF.Minorum huiuſmodi per quoſcumque Romanos Pontifices, ac Sixtum V.conceſſæ, quæ non ſunt hactenus reuocatæ, nec ſub alijs reuocationibus comprahenſæ, authoritate Apoſtolica, & tenore Bullarum, perpetuo approbantur, confirmantur &c. Illaque omnes Archiconfraternitati & Confratribus Chordigerorum, ſub eiſdem modo & forma, quibus illæ Religioni & Fratribus præfatis conceſſæ fuerunt, etiam perpetuò conceduntur, elargiuntur, & communicantur* &c.&, quod gratias illas illuſtriores reddit, conceditur Confratribus: *vt omnes & ſingulas Indulgentias & peccatorum Remiſſiones præfatas per modum ſuffragij pro fidelibus defunctis, qui in Gratia Dei deceſſerint, conſequi, & impertiri valeant*. Ita expreſſè in vtraque Bulla, quæ incipit: *Diuinæ Charitatis altitudo*.

Gratiæ & indulgentiæ Cõfratribus elargitæ.

Quare tã impenſè, ac plenè eis elargitæ.

VI Cur autem Gratias & fauores tantos huic ſodalitati Pontifex indulſerit, 1. quidem in *Altitudinem ſapientiæ, & ſcientiæ* Dei refert, quaſi Chriſtus S.Franciſco illò Pſalmi 138. adgratularetur: *ſemitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti, & omnes vias meas præuidiſti*. Inferens in funiculo Ordinis S.Franciſci *ſemitam & vias miſericordiæ* Dei contineri. 2. *Conſiderantes* (ait Pontifex) *populorum deuotionem, & propenſionem erga tantum virum, & quo deuotionis affectu æmuletur, & paſſim anhælet, plebs omnis geſtamen ſaltem FVNICVLI eius: & quaſi non contenta quod tot tantique vtriuſque ſexus fideles ad Inſtituta Trium Ordinum ipſius ob deuotionem ad tantum Patrem relicto mundo tranſierint: Totam ſe velit in S.Franciſci imitatione, & amore immergere. Idcirco pro aliquali repenſione amoris noſtri erga tantum Patrem &c. In diuini cultus, & piorum operum argumentum, S. Franciſci honorem, ac venerationem, & Animarum Chriſti fidelium, qui Chordam per Fratres dicti Ordinis geſtari ſolitam ex illorum deuotione, & ſuperioribus eiuſdem Ordinis cinctam, & ſuſceptam deferrent, & illa cingentur, ereximus & inſtituimus* &c.

Hæc ſodalitas Chordæ via eſt ad ſalutẽ.

VII Ex quibus manifeſtè patet, deuotionem geſtandi Chordam, diù ante Inſtitutionem Confraternitatis in fidelibus præceſ-

ſiſſe

fiſſe, & præfulſiſſe, & huic erectioni cauſam dediſſe. Et quia non poterant omnes fideles Trium Ordinum Inſtituta ſectari, hanc *ſodalitatem* pro omnium Chriſtifidelium faciliori ad ſalutem via à Pontificibus præparatam fuiſſe. Vndè iterum, ne fortè quod ſuperiores illam cingere debebant, aliquando illa deuotio remota pateretur, in eadem prima Bulla Pontifex indulget, vt ſufficiat *ſi Chorda à Superioribus Ordinis ſit benedicta*. Et in 2. Bulla, data F. Franciſco de Tholoſa Miniſtro Generali Obſeruantiæ. Per *ſuperiores, qui benedicendi Chordam facultatem habent*, vult intelligi Guardianos, & Conuentuum Reſidentes.

VIII Maximus ſanè fauor vniuerſo populo Chriſtiano, Magnus Seraphino Ordini honor, ampliſſima Animarum ſaluandarum porta aperta, vt deuotè geſtato vili funiculo omnibus Indulgentiis, & ſpiritualibus Indultis Ordinis gaudeant, vt verè dici poſſit, *Funiculus coccineus* appenſus ad feneſtram Raab in ſalutem omnium proximorum eius, verè *Funiculus Iacob hæreditatis eius*. Fauor maximus Populo chriſtiano ex eo.

IX Hic verò diſſimulandum non eſt, primas inter laicos *Societates* fidelium ad pia exercitia chriſtianæ deuotionis, Ordini FF. Minorum deberi, & à Seraphico Doctore S. Bonauentura prima initia illis data fuiſſe. Ita Thomas Bozius fidelis ſcriptor l. 9. de ſignis Eccleſiæ, ſigno 25. cap. 5. *Sanctus*, ait, *Bonauent. primus inſtituit, vt è Laicis excitarentur* Sodalitates, *qui ad opera pia conuenirent, preceſque certas quotidie recitarent, ſuoſque Præfectos haberent, perpetuo ſucceſſionis tenore deligendos. Initium verò Inſtituti Sanctiſſimi Romæ factum in Sodalitate, ſiue Archiconfraternitate Confalonis circiter annum propè milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum. Huius exemplo innumeræ in Orbe chriſtiano formatæ ſodalitates, quarum inſtitutio nullum non opus pium perficiendum comprehenditur.* Hæc ille. Celeberrima adhuc permanet illa *Confalonis Confraternitas* apud Italos, & Gallos. Vide etiã in antecedenti facie, vbi de D. Bon. obitu.

X Confraternitas, & Societas ſe flagellantium vſque ad effuſionem ſanguinis (Battentes vocant Itali eius Confratres) initium ſumpſit, & Inſtitutum à D. Antonio de Padua, vt aliàs diximus. Prætereo breuitatis gratia Opitulationes Fratrum Minorum in conſeruandis fidelibus, in fundamento Fidei Catholicæ Romanæ, in vitiis extirpandis, in operibus miſericordiæ, & in aliis, de quibus idem Petrus Marchantius ſatis loco cit. fol. 164. & ſeq. Confraternitas ſe flagellantium ex D. Anton. originem habet.

CON-

Concluſio, & concordantia cunctorum, quæ in hac poſteriori facie exhibentur.

1 PRo Epilogo omnium accipe B. Bartholomæum Piſanum lib.2. fruct.5. & conform.17. & legendam Fabiani Centuria 3 cap.34. Loquens ille de apparitione Animæ Leproſi, miniſterio, & meritis S. P. N. Franciſci ſanati, facta Sancto Viro adhuc viuenti hæc habet. Cum (inquit) B. Pater Franciſcus in loco remoto oraret, Leproſus, cui extraordinariè ſeruierat, iam defunctus, apparuit ei ſpecioſior Sole, & in aere ſubleuatus dixit, &c. *Ego ſum leproſus ille, quem Chriſtus Benedictus, te promerente, ſanauit, & hodie vado ad Regnum beatum, de quo Deo, & tibi gratias ago. Benedicta ſit anima tua, & corpus tuum, & benedicta ſint verba tua, & opera tua, quia per te multæ animæ ſaluabuntur in Mundo. Et ſcias, quod non eſt dies in Mundo, in quo Sancti Angeli, & Sancti, & Sanctæ Dei non referant magnam gratiam Deo de ſanctis fructibus, qui per te, & tuum Ordinem, vndique patrantur per Orbem. Et propterea confortare, & reddere gratias Deo, & ſta cum benedictione Dei*. Hæc ibi

Apparitio B. Fran. celitus immiſſa de leproſo ab eo ſanato.

In Legenda deinde Fabiani ſunt hæc alia. *Omnes ſimul Apoſtoli omni die flectunt genua coram Chriſto dicendo: Precamur Domine altiſſimam tuam miſericordiam, vt Ordinem noſtrum, per Franciſcum renouatum in terra, vſque ad finem digneris conſeruare*. Et reſpondet eis Chriſtus:

Regula Beati Franc. tota Apoſtolica.

HANC REGVLAM PER VOBIS DATAM, PER FRANCISCVM RENOVATAM, VSQVE AD FINEM CONSERVABO.

Hanc Regulam proferens, pandenſque Leo Hierarchicus noſter, in quadrifacie Apoſtolicus, & Euangelicus; at in ſex alarum numero Seraphicus; iam regio greſſus Sanctorum, ac Beatorum nouem Choros Ordinis Minorum, ſub eadem Regula militantes, percurrit. Scilicet Ordines Martyrum, Confeſſorum, Cardinalium in Sancto Bonauentura, omnium Cardinalium decus, & ornamentum. Doctorum, Epiſcoporum, Diaconorum in Hierarcha Franciſco omnium Leuitarum Sanctarum *gaudium, & corona*. Virginum, Viduarum, Coniugatorum.

Sed vlterius noſter Leo progrediens, complectenſque nouem diſtinctionum numerum, quaſi tot portas myſticè legentibus patefacit, quot enumerat Interpres noſter ad concordantiam portarum Vrbis Hieruſalem in Domin. 1. poſt Epiphaniam. Ibi enim

loquens de Parentibus Chriſti, aſcendentibus cum Ieſu, iam annorum duodecim effecto, in Hieruſalem, ait primò (applicans hiſtoriam ad ſenſum anagogicum, intelligenſque per Parentes ſpem, & timorem viri iuſti) in hunc modum. *Cum iſtis parentibus vir iuſtus debet aſcendere in Hieruſalem, in qua vita excellentia, mentis tranquillitas, contemplationis ſuauitas deſignatur.*

Spes & timor viri iuſti parentes.

Deinde explicans ad literam nouem portas Ciuitatis Hieruſalem, concordanſque cum litera myſticum intellectum, miro quidem artificio in priori porta, *porta vetus* nuncupata, ponit Angelos. In ſecunda, dicta *porta fontis Patriarcha*, ponit Patriarchas. In tertia porta, quæ propter altitudinem vocabatur *porta nubuloſa*, ponit Prophetas. In quarta porta *clauſa* B. Virginem. In quinta *Equorum*, Sanctos Apoſtolos. In ſexta *ſterquilina*, Martyres ponit, quorum corpora tamquam ſtercora ab interfectoribus reputata ſunt. In ſeptima *Scutariorum* collocat Prælatos. In octaua *Piſcium*, bonos ſubditos clauſtrales. In nona *Porta Vallis*, Virgines tandem ponit. Cuncti hi Ordines in Leonis noſtri Hierarchici facie vna (quæ & quadrifacies eſt, quia *quatuor facies vni*) intuentur per ſeptem diſtinctiones, vt patet. Cum his omnibus deinde aperit veluti octauum oſtium militantis Hieruſalem octauam diſtinctionem, oſtendens bonos ſubditos clauſtrales, tam illos, quam alios eiuſdem profeſſionis, per quos deuictis ſchiſmatibus ad oſtium vnionis veræ Eccleſiæ eos intrare fecit, profligatiſque hæreſibus ad virginea catholicæ fidei dogmata per oſtium Vallis Virginum (portentoſus facie abominando peccatum, terrificus voce, accuſando delicta, alatus ad curſum) remittendo iniurias, animatus ad prædam, compatiendo proximum, paratus ad certamina, ſeipſum, & Mundum deſpiciendo, conſtans ad ardua, perſeuerando vſque ad finem) impolluto calle pertraxit. Sic ad totius Eccleſiaſticæ Monarchiæ bonum quinque præcipuis oculis ex omnibus portis ſimul impauidus cum Martyribus, inuictus cum Confeſſoribus, rubens cum D. Bonauenturæ purpura, vigilans cum Doctoribus, certans cum Epiſcopis, prædans cum Leuita Franciſco animas peccatorum: Iubilans cum Virginibus, quieſcens cum Viduis, cicurans cum Coniugatis, conſpicit Chriſtum Paſſum. Chriſtum Sacramentatum. Chriſtum, Ieſu nomine exaltatum. Chriſtum ab Immaculata Virgine conceptum, & genitum. Chriſtum per cultum, & ritus eccleſiaſticos veneratum. Hiſce quinque oculis plenus intus, & foris per reſpectum ad quinque Stigmata Seraph. Hominis, & Leonis Franciſci, has nouem reſerat portas, per quas qui non intrat, in ouili ouium Fratrum Minorum, ſed aſcendit aliunde, ad ſubripiendum eorum bonum nomen, & eos iniuſtè perſequendum, fur eſt, & latro. Qui verò intrat eas ra-

Nouẽ portæ Hieruſalem literaliter, & myſticè.

tione profeſſionis, tenetur aſcendere in Hieruſalem per vitæ excellentiam, per mentis tranquillitatem, per contemplationis ſuauitatem. Denique qui has nouem portas intrat per deuotionem exemplis Sanctorum Martyrum, Confeſſorum, Cardinalium in D.Bonau. Doctorum, Epiſcoporum, Leuitarum in ſolo Franciſco Archileuita Pauperum Mendicantium; Virginum, Viduarum, Coniugatorum Hierarchiæ Franciſcanæ, poterit ex parentibus ſpe, & timore ſpiritualiter, ac feliciter renaſci, & cum illis vt vir iuſtus Hieruſalem aſcendere.

In qua vita excellentia, mentis tranquillitas, contemplationis ſuauitas deſignatur.

Cuilibet, qui faciei Hominis, & faciei Leonis Apoſtolici, & Euangelici, quas hic Tomus prior exhibet, ſe conformare exoptat.

VNge caput tuum, & faciem tuam laua, Matt.c.6. Vbi pulchrè docet Interpres noſter fer.4.in c.Ieiunii, ita explicans iuxta ſenſum myſticum. Caput iſtud mens eſt, in quo omnes ſenſus ſunt mirabiliter conſtituti. Quia viſus cognitionis, auditus attentionis, guſtus affectionis, odoratus diſcretionis. Iſtud caput debet vngi humilitate, quia facit in eo deuotionem, & gratiam ſcaturire, quia Deus humilibus dat gratiam. Caput myſticum in nobis

Et faciem tuam laua, id eſt, inquit Doctor, conſcientiam, quæ eſt principalior, & maior pars capitis, quæ ſi munda fuerit, diuinam imaginem repræſentat. *In facie prudentis relucet ſapientia*, Prou.17 ſcilicet, ait, increata, quæ Deus eſt. Subditque ſtatim ſuper illud Gen.1. *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*. Aliqui, inquit, habent ipſam faciem, nimium tenebroſam per malitiam: ſanguinolentam per iram, & odium. Liuidam per inuidiam. Pulueribus plenam per auaritiam. Lutoſam per laſciuiam, & ſic de aliis. Et nunc lauanda eſt aqua confeſſionis. *Laua à malitia cor tuum*, Hier.4. & Iſaiæ 1. *Lauamini, & mundi eſtote*. Nota hic (pergit auctor) quod aliqui non ſolum habent malitiam, & immunditiam interius, verum etiã portant ſigna exterius, vnus ſigno odii armatus, alius ſuperbiæ, alius luxuriæ, &c. Quaſi ita appetant eſſe noti exterius Mundo, ſicut ſunt noti interius Deo. Igitur *Laua faciem tuam* aqua confeſſionis pura, quæ non ſolum habet conſcientiam expiare, verum etiam & illuminare intellectum, conuertere te ad Deum, qui à te auerſus fuerat. Hæc Interpres, Doctor, & Dux noſter, qui dum faciem puram mortalibus ſuadet, iam per internum contritionis lauacrum, & per externum ſacramentum deterſam, mundatamque, eam Humanam vult, & Leoninam, & maximè in Religioſis, qui faciei Humanæ, & Leoninæ Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, per Apoſtolicam, & Euangelicam fidem informatã charitate conformare ex vi profeſſionis habent. Ac ſimul tum facie Hominis quadruplici, tum facie Leonis etiam quadruplici, tam priores illius ſex alas, quam, poſteriores huius Seraphico volatu per contemplationem explicare. Inquit namque D.Gregorius ſuper Ezech.Homil.3.lib.1.loquens de Euangeliſtis ſuper illud, *Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni*, vnde & totum Hierarchiæ noſtræ argumentum. *Quid per faciem*, ait, *niſi notitia, & quid per pennas, niſi volatus exprimitur?*

Quid per faciem ſpiritualiter.

Lauanda eſt facies.

Facies animæ per fidem cognita à Deo.

mitur? Per faciem quippe vnuſquiſque cognoſcitur, per pennas verò in altum auium corpora ſubleuantur. Facies itaque ad fidem pertinet, penna ad contemplationem. Per fidem namque ab omnipotenti Deo cognoſcimur, per contemplationem verò, qua ſuper noſmetipſos tollimur, quaſi in aera leuamur.

Felix cuiuslibet Franciſcanæ Sobolis facies, ſi, vt decet, faciei Seraphici Hominis, ſibi Hierarchæ (quæ eſt prior huius tomi facies) conformis eſſet ſua conſcientia (mentis capite iã humilitatis oleo vncto) in illam munditiem iam reſtituta ſit, qua diuina imago præſentari nequaquam poterit, atque aliquo pacto faciei hominis Patris Franciſci ſimilitudinem præſeferre, Imò & faciei Leonis eius, Apoſtolici, & Euangelici, quæ eſt altera Libri facies, aliquali correſpondentia referri.

Igitur lauanda facies noſtra eſt, iuxta doctrinam Chriſti à D. Antonio explicatam, ſi cupimus in cordis, & conſcientiæ libro alteram,
& alteram faciem, ſcilice Hominist, & Leonis, quam in
hoc Primo Tomo protulimus, mentis capite per
humilitatis oleum peruncto, vt di-
ximus, ſimul cum Dei
imagine pa-
teface-
re,

SECVNDAE FACIEI, AC PRIORIS TOMI EXPLETIO.

Nouenario ordinum, & Diſtinctionum numero auſpicata.

INDEX

Duarum Facierum, & illius duodecim Capitum, & iſtius nouem Diſtinctionum, quæ in hoc priori Tomo continentur.

Prior Facies Hominis, ſex pennis Seraphicis alati, ita ſe habet in ſuo argumento.

HIERARCHIÆ Franciſcanæ prior Facies, duabus Stellis, Seraphico Homine, Hierarchico Stemmate; quinque ſobolibus decorata. Eius Pontifex Chriſtus. Columna firmiſsima Immaculata B.V. Conceptio. Pontifices benefici ferè vniuerſi. Obedientialis Humilitas ad penes Eccleſiæ. Nomina quatuor. Reformationes totidem. Sobolum exercitatio in Hoſtes Eccleſiæ. Perſecutio in odium Eccleſiæ. Defenſio Chriſtus. Deipara, Patres. Principes Chriſtiani; quorum ſummus Princeps, & Pater Vicarius Chriſti. fol. 1.

Eius ſymbolum ex D. Bernardino ibidem immediatè in altera eiuſdem paginæ facie 2.

CAPITA CVM SVIS PARAGRAPHIS.

I

Capita. SAnctiſſimi Hierarchæ Dominicus, & Franciſcus, duæ nouæ, ac benignæ Stellæ ſub inſcrutabilis Prouidentiæ Dei ſignaculo ab æterno clauſæ. Sed debito tempore cælitus patefactæ ad felicem Eccleſiaſticæ Monarchiæ, vndique collapſæ reparationem. fol. 3.

II

Hierarchæ Franciſci ortus temporalis, ac ſpiritualis. Ex hoc veluti è conflatorio Diuini Spiritus ceù nouus Seraph; ac nouorum Seraphinorum Hierarchiæ fundator, exiuit Franciſcus. fol. 16.

1. *Annus Eccleſiaſticus ortus B. Franciſci. Menſis, dies, tempus, aureus numerus.* 17.

Paragraphi. 2 *Franciſci Baptiſma, nomen Maternum, & Paternum, horumque arcana.* 22.

III

Caput. Stemma Hierarchicum, ac Seraphicum, in ipſomet Hierarchæ Franciſci ſæculari ſtemmate, in quo tres anſeres ſupernatantes, haud obſcurè auſpicatum. Tot hodie ſub eo ordines ceu regales ſtirpes, quotquot in eo charitatis inſignia. fol. 27.

Paragr. 1 *Stirps, B. Hierarchæ Franciſci.* 30.

IV

Caput. Quinque ſoboles Franciſcanæ, præter alias tres ſeorſim à Diuo Franciſco productas, & in genera redactas, quibus per Fratrum Minorum Genus ſtemma Seraphicum translatum eſt. 33.

1. *Hierarchicæ gentis Ordinis Fratrum Minorum Euangelica, atque Apoſtolica origo.* 35.

2. *Admirandæ D. Claræ ſobolis inceptio.* 40.

3. *S. Claræ Aſſiſiatis Genus, è clariſſima Sciphorum proſapia.* 40.

paragraphi. 4 *Aureæ ſobolis Tertij Ord. B. Franciſci exordium.* 41.

5. *Regularis Obſeruantiæ ſoboles, quæ ſoboleſcens in genus, ſanctitate, claritate, auctoritate, amplitudine, legitima ſucceſſione Hierarchici ſtemmatis Hæres facta eſt.* 44.

6. *Patrum Conuentualium ſoboles, multa amplitudine, & claritudine conſpicua. Olim in Hiſpania, nunc verò in Italia, virtutibus, ſanctitate, atque literis florida.* 53.

7. *Sequitur alia ſoboles, tribus diuerſis nuncupationibus eſſentia eadem,* Ample-

Amplectitur enim in Italia Reformatos, in Gallia, & alibi Recollectos, in Hiſpania, & in nouo Orbe Diſcalceatos. 56.
8 *Patrum Capuccinorum ſoboles, Vrbi, & Orbi notiſſima.* 58.
9 *Commendabilis Tertij Ordinis Clauſtralium ſoboles, ad quam tandem Hierarchicum ſtemma translatum eſt.* 63.

V

Christus Dominus, Pontifex futurorum bonorum, Hierarchiam Franciſcanam ex ſe immediatè gratiis, & fauoribus peculiari dignatione à principio tripliciter locupletauit. 66. Caput.

1 *Primum cæleſtium gratiarum genus vberrimus gratiarum theſaurus Indulgentiæ Portiunculæ dicendus eſt. Anno Domini* 1221. *inſueto miraculo cælitus effuſus.* 67.
2 *Secundum gratiarum cæleſtium genus continet aliquot priuilegia ſingularia ab ipſo Chriſto B. Franciſco, paulò antequam ab eodem ſtigmatizaretur, hoc eſt anno* 1224. *pro eius Ordine conceſſa.* 72. Paragraphi.
3 *Tertium gratiarum cæleſtium genus, erit quintum priuilegium in commune Chriſtianorum beneficium paulò poſt per ſacra ſtigmata elargitum.* 74.

VI

Virgo Deipara originali à primo inſtanti ſui eſſe carens crimine, Columna præcipua dicenda, in cuius tutela, ac patrocinio Franciſcana Hierarchia ſolidè fundata eſt. 80. Caput

Feſtum Immaculatæ Conceptionis Virginis ab Eccleſia Romana celebratum, ſed à Franciſcana ſpecialius, & cum ſua Octaua. 87. Paragraphus

VII

Romani Pontifices Opt. Max. qui Seraphicam Religionem variis priuilegiis ſublimare ſatagerunt. 93. Caput

1 *Sæculum primum, ab anno* 1206. *vſque ad* 1306 *continens Pontifices* XIX. *literas verò Apoſtolicas* 2146. *fol.* 94.
2 *Sæculum ſecundum, ab anno* 1306. *ad ann.* 1406. *vbi Pontifices* X. *literæ Apoſtolicæ* 2797. *f.* 95
3 *Sæculum tertium. In quo* XIV. *Pontifices, literæ autem Apoſtol.* 3017 *fol.* 96. Paragraphi.
4 *Sæculum quartum, cuius Pontifices à Leone* X. *Medices, ad Leonem* XI. *etiam Medices* XV. *literæ verò Apoſtolicæ* 1894. *f.* 97.
5 *Sæculum quintum incompletum, cuius anni* 60. *Pontifices verò cum ſuperſtite Alexandro* VII. *quinque, ſed literæ Apoſt.* 1041. *f.* 98.

VIII

Franciſcana Hierarchia Eccleſiaſticæ Monarchiæ pedibus prouoluta ad illius firmitatem, & profectum. Quidquid Caput

enim clementer, ac materné ab ea recipit, gratanter rependit. 100.

IX

Caput Hierarchia Franciſcana dum pedibus Eccleſiaſticæ Monarchiæ ſubiicitur, quatuor facies humiliter pandit, quot ſunt hodie Orbis terrarum partes. 109.

Paragraphi. 1 *Aſia, vaſtiſſima Orbis terrarum pars, ac regio, Hierarchiæ noſtræ faciei Hominis, ſex Seraphim alis volantis, ſociiſque eius ſe ſtatim patefecit.* 110.

2 *Africa monſtruoſiſſima, ingenſque mundi pars, faciei Leonis, cui & ſex Seraphim alæ, Hierarchiæ noſtræ ſe à principio exhibuit.*

3 *Europa nobilior mundi pars, faciei Bouis Hierarchiæ Franciſcanæ, ſex quoque alas habentis, primarium obiectum extitit.* 118.

4 *America, quarta pars Orbis, quæ & mundus nouus, faciei Aquilæ Franciſcanæ prius detecta, Europæis deinde patuit.* 119.

X

Quadruplex Hierarchiæ Franciſcanæ facies ad quatuor nominũ circa ſuos originem eodem ferè tempore inſpicit. 125.

XI

Capita Item quatuor facies Hierarchiæ noſtræ quatuor alias Congregationes Apoſtolicas ſub illo nomine ſtrictioris Obſeruantiæ digna varietate comprehendit. 128.

XII

Hierarchiæ Religioſorum, tam antiquæ in Eccleſia veteri, quam recentiores in noua Eccleſia, ſed potiſſimum Dominicana, & Franciſcana, Pugilorum, & Athletarum paleſtræ ſunt aduerſus Monarchiæ Eccleſiaſticæ hoſtes.

1 *Antiquitas Religionum, & Religioſorum in Eccleſia noua ab Eccleſia veteri ex vtraque lege, naturæ ſcilicet, & Moſaicæ deſumenda equidem eſt* 137.

Paragr. 2 *In Hierarchiam Religioſorum Pugilorum, & Athletarum paleſtram pugiles, & athletæ acatholicorum, & impiorum hominum armati in totius fidei Romanæ, Eccleſiaſticæ Monarchiæ, Chriſtianæque Reipublicæ eradicationem.* 141.

3 *Odium ſatanæ, & ſuorum in Monachos, & fratres genuinum eſt. Stant tamen pro Monachis, & fratribus Patres. Stant Principes, & magnates Chriſtiani. Stat Eccleſia, & Chriſtus ipſe.* 146.

Puncta *Punctum primum.* ibidem.

Punctum ſecundum. 148.

Punctum tertium. 150.

Punctum quartum. Stant demum pro Monachis, & fratribus Chri-

ſtus, qui immediatè deſignauit cum Virgine Matre ordines Prædicatorum, & Minorum ad totius Eccleſiæ reparationem. 152.
Concluſio, & concordantia omnium, quæ ſunt in hac priori facie. 154

Poſterior facies Leonis, cui & ſex alæ Seraphicæ, ita per ſynopſim patefit.

Hierarchiæ Franciſcanæ facies poſterior, cuius ſumma Maieſtas tot beatos, ac ſeraphicos Ordines in Eccleſia Militante complectitur; quot Ordines in cæleſti Hierarchia Eccleſiam triumphantem conſtituunt, decorantque. Sunt nanque Martyres. Confeſſores. Cardinales. Doctores. Epiſcopi. Diaconi. Virgines. Viduæ. Coniugati. 157. *Symbolum eius iuxta ſex alas ex D. Antonio de Padua ibidem.* 158.

DISTINCTIONES CVM SVIS ARTICVLIS.

I

Hierarchici Ordines, Prædicatorum, & Minorum ſtatim ab eorum initiis in omnem terrarum Orbem diffuſi, ad fidẽ Romanam reparandam, inſtaurandam, promulgandam, ſtabiliendam. 159. Diſtinctiones.

II

Primus Ordo in Franciſcana Hierarchia ſunt Martyres, quorũ ſanguis Europæas, Aſianas, Africanas, Americanas oras in Catholicæ fidei promulgationem, ac propugnationem illuſtrauit. fol. 165.

1 *Sancti Martyres Minoritæ duabus claſſibus diſtincti, in quibus tot numero oſtiæ, ac cruentæ primitiæ in Hierarchiæ Franciſcanæ exordiis, quot Apoſtoli in Monarchiæ Eccleſiaſticæ fundamentibus.* 169.

2 *Prior claſſis quinque Martyres Marochij complectitur. Ipſi tamen anteſignana Ordinis Prædicatorum claſſis.* 172.

Poſterior claſſis ſeptem Martyribus Cæpta conſtat. 173.

3 *Martyres* 23. *in India Orientali ad Imperium Iapponicum. Hi omnes ex Reformata.*

4. Di-

Articuli.
4 *Diſcalceatorum ſobole, ſeraphici ſtemmatis ſub vno capite Miniſtro Generali totius Ord. S. Franciſci digna harede.* 176.
5 *Primi in nouo Orbe, & in vtraque India Miſſionarij Franciſcani Regularis Obſeruantiæ, deinde Reformati, tam Racollecti ex Gallia, quam Diſcalceati ex Hiſpania, iuxta quinque miſſiones præcipuas ad Indias Occidentalis alias.* 177.
6 *Quatuor aliæ primariæ Miſſiones Apoſtolicæ ad Indiam Orientalem; vbi primi omnium Franciſcani.* 184.
7 *Regio, vrbs, genus martyrij, profeſſio, ac nomina* 23. *Martyrū Iaponenſium Reformatorum, & eorum declaratio à Sede Apoſtolica ſub Rom. Pont. Opt. Max. Vrbano* VIII. *f.* 189.
8 *Beati Martyres Reformati, ad quorum proceſſus conficiendos literæ petuntur Apoſtolicæ.* 192.
9 *Beati Martyres, quorum proceſſus fiunt auctoritate Apoſtolica* 193.
B. Martyres, quorum proceſſus fiunt in partibus coram Ordinarijs ibidem 194.

III

Ordines Confeſſorum; Doctorum, & Scriptorum, Hierarchiam Franciſcanam conſtituentes.

Diſtinctio
1 *Sancti Confeſſores quorum aliqui & Pontifices ſimul ex Ordine fratrum Minorum, Canonizati ab Eccleſia. ibidem.*
2 *De B. Fr. Pontio Carbonello Minorita Catalano S. Ludouici, Minoritæ & Epiſcopi Toloſæ Magiſtro.* 196.
3 *S. ac Seraphicus Chriſti Confeſſor Bonauentura Fidantia, ſeptimus poſt Hierarcham Franciſcum Generalis Miniſter.* 204.
4 *Ex Reformatione Regularis Obſeruantiæ ibidem.*
5 *Doctores Franciſcani, ſiue canonizati à ſede Apoſtolica, & in numero Doctorum Eccleſiæ adſcripti, ſiue non.* 205.
6 *Cantio rythmica Panegirica ſuper Benedictam D. Antonij de Padua Linguam* 207.
7 *S. Hierarcha, ac Patriarcha Franciſcus nouam quandam vitalis doctrinæ ſcholam, ad docendum, & inſtruendum totam Monarchiam Eccleſiaſticam à Deo miſſus primus inſtituit, & aperuit.* 209.
Articuli
8 *S. Antonius de Padua primus in ordine S. Theologiæ profeſſor à Parente Franciſco inſtitutus, ac ſuæ ſcholæ fundator* 214.
9 *B. Alexander de Hales irrefragabilis ſcholæ auctor.* 218.
10 *D. Bonauentura Seraphicæ Scholæ primus, atq. mirificus Magiſter.*
11 *B. Ioannes Duns Scotus Scholæ ſuæ ſubtiliſſimus inſtitutor.* 221.
12 *Gulielmus Ochamus Scholæ nominalium nobilis inceptor* 222.
13 *B. Nicolaus de Lyra Venerabilis Doctor, & in peculiari poſtillandæ*

da vniuerſa Biblia profeſſione, Scholæ ſuæ inclytus Princeps, fundator, & ſtabilitor. 227.

14 *Fr. Petrus Mongioius Galatinus, ſcholæ ſuæ in Theologia Polimica contra Iudeos auctor, ac Magiſter: & in tribus Linguis ſingularis D. Hieronymi æmulus, & imitator* 232.

15 *B. Ægidius de Capotiis Aſſiſias, Tertius Hierarchæ Franciſci ſocius & diſcipulus, profeſſione Laicus, Theologus aſceticus, Deo plenus, & aureæ doctrinæ in peculiari Schola Præceptor, & Magiſter.* 235.

16 *B. Iacoponus de Benedictis Tudertinus Profeſſione Laicus. Vir doctus, & Scholæ ſuæ Apoſtolicæ, neque ab aliis Apoſtolicis Magiſtris hactenus excogitatæ, nouus, mirificuſque indagatur.* 238.

IV

Confeſſores Ordinis Minorum, alij viri docti alii fratres ſimplices, ac profeſſione laici, & in catalogo Beatorum à ſede Apoſtolica conſcripti. 241. Diſtinctio

1 *Idea B. Ioannis de Capiſtrano* 243.

2 *Ligamen Apoſtolicum ſpiritu ſapientiæ fabrefactum pro canonizatione B. Petri de Alcantara.* 251. Articuli

V

Quinque SS. Confeſſores ex Tertio Ordine Franciſcano. Ceu Arces Seraphicæ intra quinque Ciuitates Refugii quinque Hierarchæ Franciſci plagarum. 254. Diſtinctio

1 *S. Ludouicus Rex Francorum Antiſtecon.* 255.

2 *Frutex Sanctus, & Roſa Mariana D. Dominici in horto B. Franciſci exortus ad miraculum, ſiue ſtirps capeta à S. Rege Ludouico* IX. *vſque ad Regem Ludouicum* XIV. *Borbonium regnantem* 258.

3 *Alij quatuor Sancti Confeſſores Tertiarij Franciſcani.* 264. Articuli.

4 *BB. Confeſſores, quorum cauſa expedita eſt in S. Rota.* 266.

5. *Beati Confeſſores, quorum proceſſus fiunt auctoritate Apoſtolica* 266.

VI

Sanctæ, Beatæ, ac venerabiles Virgines Franciſcanæ clariſſæ. 271. Diſtinctiones.

VII

Sanctæ, ac Beatæ Franciſcanæ Clariſſæ, & Virgines, & Viduæ Tertiariæ. 279.

1 *Tertiariæ non clauſtrales Virgines, & Viduæ.* 281.

Genus S. Eliſabethæ Landgrauiæ Franciſcanæ Reginæ Vngariæ. Quæ & Auiæ S. Eliſabethæ Aragoniæ, Portugalliæ Reginæ, fuit ſoror. 282.

2. *S. Eli-*

2 *S. Eliſabetha Landgrauia Arbor Genealogica ſpiritualis, ac cæleſtis, &c. 286.*

3 *S. Eliſabethæ Franciſcana Patientia in tenella octo annorum ætate, & in pueritia, & adoleſcentia cum ſponſo ſuo veluti aneus coloſſus. 288.*

4 *Franciſcana S. Eliſabethæ patientia in Viduitatis ſtatu eò ſuper omnem credulitatem prodigioſior, quòad omnem Chriſtianam ſpem funditus euertendam proximior, aptiorque aduerſitas.*

5 *S. Eliſabeth ſemel ignominioſè eiecta, atque ſimul inclytè quinque reuelationibus excelſa. 292.*

Articuli. 6 *S. Eliſabetha altera Regina Portugalliæ. 298.*

7 *Synopſis genealogica de genere S. Eliſabethæ Aragoniæ, Luſitaniæ Reginæ. 302.*

8 *Genus Regum Portugallenſium, per Sanctam Viduam, ac Reginam Eliſabetham, S. Franciſci Tertiariam propagatum. 305*

9 *Aliæ Beatæ, ac celebres Mulieres Tertiariæ, omni ſanctitate, ac Religione pollentes.*

10 *Beatæ Mulieres Clauſtrales Tertij Ordinis S. Franciſci, quarum inclyta Dux, & Inſtitutrix B. Angelina, Comes Corbariæ ex antiqua, ac illuſtri proſapia Montis Martis. 312. & 315. num. 7*

11 *Proteſtatio Auctoris circa Beatos viros, ac Beatas mulieres Franciſcanas, nondum à Sede Apoſtolica declaratas. 317.*

VIII

Diſtinctio Hierarchiæ Franciſcanæ Leonis quadrifacies multo ſudore conſperſa, imò etiam ſanguine pro ſchiſmaticis, vt ad vnionem veræ Eccleſiæ ſpontè concurrerent. 319.

1 *Labor, ſudor, profectus Fratrum Minorum in Græcorum reductione ad Eccleſiam Romanam. 320.*

2 *Tres vniones Eccleſiæ Græcorum cum Latina, reductioneſque Armenorum, Iacobitarum, & aliorum Schiſmaticorum Orientalium per Fratres Minores. 322.*

3 *Acta Fratrum Minorum circa aliarum Nationum reductionem. Ac Societas Peregrinantium propter Chriſtum. 326.*

4 *Quadruplex Leonis Hierarchici Fratrum Minorum facies ad quadruplex ſæculum directa, terribilem, proficuamque ſimul ſe prodit in Hæreticos. 328.*

5 *Prior facies ad hæreticorum conuerſionem primi ſæculi multa inſpectione directa. 329.*

6 *Poſterior facies in ſecundo ſæculo 1300. aliorum illius temporis hæreticorum conuerſionem aſpicit. 331.*

7 *Tertia facies ſæculi tertij 1400. in hæreticorum conuerſione. ibidem.*

8 *Quarta facies quarti ſæc. 1500. ad modernos hereticos firma acie intuetur. 333.*

Leonis

IX

Leonis quadruplex Hierarchiæ Fratrum Minorum facies ad totius Eccleſiaſticæ Monarchiæ bonum præcipuis obtutibus conſpicit Chriſtum paſſum. Chriſtum ſacramentatum. Chriſtum Ieſu nomine exaltatum. Chriſtum ab Immaculata Virgine conceptum, & genitum. 336. Diſtinctio

1 *Hierarchiæ Franciſcanæ quadrifacies Leonis ad cultum, & ritus in Eccleſiæ bonum perſpicax.* 351.

2 *Archiconfraternitates Chordæ Seraphicæ, & Confalonis, & Societas ſe flagellantium in Eccleſia.* 356. Articuli

3 *Concluſio, & concordantia cunctorum, quæ in hac poſteriori facie exhibentur.* 360.

D. Antonius de Padua ad quemlibet, qui faciebus Hominis, & Leonis Euangelicis ſe conformare exoptat. 363.

Ad Lectorem.

HAbes ergo, Lector beneuole, ex præſenti indice in priori Hierarchiæ noſtræ facie Capita XII. & paragraphos XXVI. In facie verò poſteriori habes diſtinctiones IX. & articulos LIV. Fateor tamen in pluribus me defeciſſe circa materias, nunc ſine lepore propoſitas, nunc rationi temporū parum conſonas, nunc demum exactè, clarè, ſolidè, & impolita phraſi explicatas. At, ſicut ſcis, tritum eſt dicterium illud, quod partus valdè celeris, vel rumpit in abortū, vel prolem cœcā in lucem prodit. Vnde vulgò dictum, quod Felis propter celeritatem parit catulos cœcos.

Rerum notabilium, ac præcipuarum alphabetica diſtributio.

A

Alæ ſex Seraphicæ myſticè in B. Franciſco. fol. 2.
Antichriſtus, vltima abominatio nuncupatus. 4.
Aquilo miſticus Diabolus. 13
Animarum intima vnitas inter Dominicum, & Franciſcum. 14
Angelico officio deputati Dominicus, & Franciſcus. 16
Annus emboliſmalis, hoc eſt annus excedens in ortu B. Franc. 20
Auctor ſtemmatis Seraphici ſolus Franciſcus. 29
Anſer miſticus D. Franciſcus, cuius ſtemmatis ico tres anſeres. 31
Admiranda D. Claræ Ordinis inceptio. 40
Aureæ Tertii Ordinis ſoboles exordia 41
Augurium ab auibus ita dictum. 73
Antiquitas Religionum vnde ſumenda. 137
Area Teſtamenti appellatus à Greg. IX. S. Antonius. 206
Acta Fratrum Minorum circa cultum, & ritus Eccleſiaſticos. 351.

B

BEati Franciſci nomen Ioannis ex baptiſmate, Franciſci autem ex patre, vtrumque in eo conſonum. 23.
B. Franciſcus in conflatorio Diuini Spiritus efformatus. 26. Et innumera alia de eo in tota Hierarchia noſtra, quam ipſe fundauit.
B. Rufinus Aſſiſias D. Claræ conſanguineus. 40
B. Birgittæ teſtimonium de Indulgentiis Portiunculę. 67
Ei apparet Chriſtus ibidem.
Baſes quatuor in Hierarchia Franciſcana. 107
B. Virgo totius Eccleſiaſticę Monarchię fundatrix. 80
Eius Immaculata Conceptio Columna firmiſſima Hierarchiæ Franciſcanæ. ibi. & ſeq.
Bonauentura Doctor Seraphicus de ſacris Stigmat. 76
Barbę introductio in Ordine Minorum ob Miſſiones Apoſtolicas. 160.

Chri-

C

CHRISTVS præſentia ſua cuncta Iudæorum hæreſes profligauit. 7. Apparet Franciſ. ſub ſpecie Seraphim. 28. Ipſiq. per omnia conformis Franciſcus. 20.
Comparatio inter Lucernam Præcurſoris Chriſti, & duas Stellas BB. Dominici & Franciſci. 9.
Canis, Mundi Cuſtos Sanctus Dominicus. 11.
Ciuitas Aſſiſii quam felix in B. Franciſci ortu.
Cordis & Crucis deſertum quale. 34.
Calipodia à B. Franciſco ob paupertatem aſſumpta. 36.
Eorum initia in Regulari Obſeru. 48. & 434. in 2. tomo
Clariſſimum D. Claræ Aſſiſiatis genus ex Sciſorum progenie. 40
Conflatorium diuini Spiritus dedit ad Eccleſiæ reparationem B Franciſcum. 26
Corpus humanum plauſtro ſimile. 12
Congregationes ex Tertio Ordine S. Franc. exortæ. 42
Ceſarenorum, & Clarenorum origo. 43
Capuccinorum diſcrimen præcipuum cum Reformatis. 45
Congregatio Epiſc. & Regul. in fauorem tituli, ſigilli, ac præcedentiæ Miniſtri Generalis S. Franc. 45
Concilium Conſtantiæ fauet Obſeruantibus. 49
Corona aurea ſuper ſtemma Seraphicum quare. 51
Collectaneorum initia. 52
Capuccinorum Religioſorum ſoboles vnde emerſa. 58
Capuccini ſunt Reformati PP. Conuentualium. 59
Eorum Superiorum Genaralium Cathalogus. 6. Prouinciæ, Cardinales ibidem Profectus, amplitudo, miſſiones ad gentes barbaras. 62
Chriſtus quam beneficus Minoribus ex ſe immediatè. 66
Ceruical B. Franc. ad Regem Galliæ S. Ludouicum miſſum, 161

D

DVx caſtus in omnibus D. P. Dominicus. 12
Dominici, qui præceſſerunt D. Dominicum. 9
Duæ Stellæ ſub diuinæ prouidentiæ ſignaculo Dominicus, & Franciſcus. 3. Apparentes in medio nebulæ. 15
Dies natalitius B. Franciſci in quo Menſe. 18
Diplomata Pontificia, & Prælator. inferiorum in rebus B. Fräc. 23
Deſerta miſtica ſeptem ex D. Antonio de Padua. 33

Diabolus Aquiloni comparatur.13
Dominico cæleſtis viſio facta.14
Diſcrimen præcipuum inter Reformatos,& Capuccinos.44
Diſcalceati,& Recollecti idem ſunt cum Reformatis.57
Domina Catarina Cibò ſtrenua Capuccinorum fautrix.58
Dei cura peculiaris erga Fratres Minores.44
Diffinibilitas Conceptionis Immaculatæ B.V.Mariæ 86
Deuotio maxima Alexandri VII. erga Immac.Concept.V. 91
Dominici Roſarium cum Franciſci Lilio.81
Duodecim Socii Franciſci in propagatione Euangelii, & reparatione Eccleſiæ.162
Duodecim primi Martyres Minoritæ duabus claſſib.diſtincti.169
Diſcipuli qui dici debeant.211
Doctor Doctorum Beatus Franciſcus.212

E

Eccleſiæ Arcus fœderis naſcentibus Dominic.& Franc.8
Exceſſus ſanctitatis, & Scriptorum in rebus S.Franc. 21
Eccleſiæ ſtatus in ortu DD.Dominici,& Franciſci 8. In eiusadiutorium, ne rueret,geminus Arcus hi duo Apoſtolici viri. ibid.
Exordia Reformatorum in Italia.57
Eccleſiaſticæ Hierarchiæ totius B.Maria fundatrix.80
Extaſes B.Franciſci ſuper Montem Aluerniæ.74
Eccleſiæ proles ſingularis Ordo Minorum.102
Eccleſiæ poteſtas in Fratres Minores 104
Egidio Laico,tertio B.Franc.diſcipulo,deſtinata Africa.169

F

S. FRanciſci ortus temporalis,& ſpiritualis. 16. Sub ſymbolo nouæ Stellæ cum D.Dominico vaticinatus.3. Eius nominis deriuatio,& arcana.23. In ipſo primum tempore, & peregrinum ſanctitate.ibidem. Cuncta alia de Hierarcha, ac Paréte noſtro per ſynopſim paſſim in toto hoc priori Tomo.
Fides miraculorum,& reuelationum.68
Flamma ignis apparet Franciſco,& Chriſtus in ea.73
Franciſci vitæ principium, & finis à Cruce.79
Franciſcana Humilitas ad pedes Eccleſiæ.100
Filiorum relatio circa quatuor contigit.102
Filialis,& extrema Fratrum Minorũ ſubiectio ad pedes Eccl.104
Fratrum Minorum ad pedes Eccleſiæ digna ſubiectio.108

Fundamenta duodecim in Franciſcana Hierarchia. ibidem.
Fructus Fratrum Minorum in toto Mundo.111.& ſeq.
Fratres Religioſi omnes aduerſus hoſtes Eccleſ. pugiles ſunt. 135
Fidē Rom. perſequuntur qui fratres religioſos perſequuntur.141.
Franciſcani in nouo Orbe primi miſſionarii.177.
Franciſci ſchola multos diſcipulos fecit magiſtros.213.
Fœminæ illuſtres,quarum expreſſa memoria.à fol.270.vſq.ad 317.
Funus D.Bonauent.quàm ſollemniter peractum.220
Fratr.Minores ad multa pro Eccleſiæ bono ſpecialiter addicti. 336.& ſequ.
Familiæ præcipuæ,de quibus fit mentio in vtraque facie.Moriconum S.Franciſci.30. Sciſorum S.Claræ, & B.Ruffini. 40. Bulloꝛnum,vulgò,Boglioni S.Antonii de Padua.195. Capeta S.Ludouici Epiſcopi Toloſæ.ibidem. & S.Regis Ludouici eius Aui fratris.258. Fidantia D.Bonauent.204.Albiceſſa S.Bernardini. Mongioia P.Petri Galatini. 232. de Capotiis B. Aegidii, tertii S.Franc.diſcipuli.235.De Benedictis B.Iacoponi.238. Gariuita S.Petri de Alcantara.249.De Cruce S.Rocchi.264.De Sabrano S.Elzearij.Confaloniera S.Conradi Placentini.265. Scolmata B.Antonii Siculi,269.Solana B.Franciſci Retici ibidem. Pagana B.Antonii Vincti.270.Gonzaga B.Cæciliæ.274. & alibi.Columnenſis.ibidem,& alibi. Nigronum B.Catarinæ Bononienſis 275.Farneſia Venerabilis Franciſcæ Farneſiæ.277. Aragonia 279.& ſeq.Vngarica S.Eliſabethæ 282. & vlterius. Et plures aliæ etiam in ſequentibus folijs.

G

Gratia Dei apparuit exorientibus ſtellis Domin. & Franc.15.
Geminus Arcus fœderis Domin.& Franc.15.
Gloria omnis in B.Franc.ex ſacris Stigmatibus.28
Genus paternum B.Franc.ex familia Moriconum.30.
Generalis Miniſter vnus eſſe debet in Hierarchia Franciſcana. 45
Generale Capitulum primò ab Obſeruant.celebratum.53.
Generalium Tertij Ordinis ſeries.65
Grandis Hiſpaniæ eſt Miniſter Generalis S.Franc.& Magiſter Generalis S.Dominici.51.
Gregorius xv.ampliauit Indulgentias Aſſiſii.71.
Genus Religioſorum triplex in Eccleſia.139.
Granum frumenti quare quilibet Martyr.165.
Gulielmus Ochamus quis fuerit.222
Genealogiæ nonnullæ conſpicuæ in hoc libro. S.Franc.30.D.Claræ.40.S.Eliſabethæ Lotaringiæ.282. S.Eliſabethæ Luſitan. 302.
Here-

H

HAereſes Iudæorum naſcente Chriſto quæ, & quot.7
Hæreſes Chriſtianorum in ortu Dom. & Franc.ibidem
Homo nouus Franciſcus à Deo miſſus.18
Hierarchia Franciſcana ſubiectum huius operis,& à principio vſque ad finem.
Hiſpaniæ Reges quam addicti Franciſcanis.51
Hiſpania Recollectorum parens.50
Hierarchiæ Eccleſiaſticę B.Virgo fundatrix.80
Hęretici circumcelliones Monachorum. 142. Inter ſe diſcordes in fratres, & Monachos concordes. ibidem.
Habitatores in toto mundo quot ſunt.100
Hierarchia Ordinis,Prædicatorum, & Minorum in toto Orbe diffuſi.159.per totum.
Hęreſes Albigentium à Prædicatoribus,& Minor.profligatę.ibid.
Hellas ſanctitatem fingit.160
Honorii III.diploma concedens ex occaſione barbam.ibidem
Hymnus rithmicus ſuper linguam D.Anton de Padua.207

I

INteriora Auſtri quę in Dominico, & Franciſco.13
Inſtitutio Ordinum Prędicatorum,& Minorum in reparationem Eccleſiæ.15
Iuſtitia Sanctorum miſticum perpendiculum.32
Innocentius III.ex Comitibus Signię,vulgò Conti, laudatur.35
Ioannes Cardinalis de Columna obtinet à Pontifice approbationem Regulę S.Franciſci.36
Ius poſitiuum nullum coegit Dominicum,& Franciſcum, vt peterent approbationem Regulæ à Sede Apoſtolica.38
Indulgentiae Portiunculae in Cœlis confirmatae.67. Valent pro defunctis.69
Ingenua,nobiliſque eſt vita Religioſorum in Eccleſia.141
Ingens Eccleſiae beneficium Ordinum varietas.140
Ioanni Bapt.DD.Dominicus,& Franciſcus in primo Capite fol.3 comparati.Sed D.Antonius de Padua.214
Imago ſapientię D Antonii ex ſua doctrina cognoſcenda. 217
Indię in nouo Orbe duæ,Orientalis, & occidua.176
Ibi primi omnium vt Apoſtolici miſſionarii Fratres Minor. 177
Indiam Orientalem quis primum detexerit.ibidem.

L

Lites,& iurgia circa habitum, & alia inter Fratres Minore æradicatę.46
Leo x.Medices laudatur.54. Ad Franciſcum de Angelis eius litteræ Apoſtolicę.179
Latro inſignis à B.Franc.in Monte Aluernię conuerſus.73
Leges naturę,& Lex Moſaica habuerunt ſuos Religioſos.137
Leo Confeſſarius B.Franciſci ad eius pedes dum eſtaticè ſurſum rapitur.74
Locutio Chriſti ad Franciſcum de ſuo Ordine.134
Litera occidit,quomodo intelligatur,iuxta expoſitionem S.Fr.209
Lilio cum Ieſu in D.Antonij alluſio.208
Laureatus D.Bonauentura ſuis ſcriptis. ibidem.
Lucernę quatuor iuxta doctrinam D.Antonij.214

M

Maomethes inſignis pręcurſor Antichriſti.4
Magna vicinitas B.Franciſci ad Spiritum Sanctum.27
Monialium Clauſtralium Tertij Ordinis inceptio.41. Eius inſtitutrix B.Angelina Gomes Gorbariæ ex illuſtri Montis Martis proſapia.316
Martinus v.Columna quam beneficus,ac propenſus Ordini.49
Miniſter Gener.Ord.Fratr,Minorum eſt Grandis de Hiſpania.51
Manus Chriſti in Cruce implent omne animal benedictione.66
Matthęus de Aquaſparta reſpondet Martino iv.71
Montis Aluernię preconia.72. Apparitiones ibi B. Franciſco effectę.ibidem,& ſeq.
Mons Aluerniæ ſciſſus in morte Chriſti.76
Minorum Ordo pręcipua Eccleſię ſoboles.102
Marrochij primi Epiſcopi Minoritæ.116.
Miſſiones Fratrum Minorum per Orbem vniuerſum.111.& ſeq.
Mira Dei prouidentia nouos Ordines excitando in Eccleſia.140
Minores in pauperes de Lugduno hæreticos deſtinati.459
Miſſio Apoſtolica Prædicatorum ad Marrocchium.160
Martyres Marrochii,Captæ, & 23.Reformati.189
Mulieres illuſtres Franciſcanæ.Vide fœminæ.
Martinus de Valentia Indiarum Apoſtolus.178
Eius ingens profectus in America.180. ſupra excidium animarum Martini Lutheri in Europa.ibidem.

Nomen

N

Nomen Dominicus in cognatione ſua primum. 9. Eius interpretatio.10
Natiuitas B.Dom.ad ann.1170. 6.*Franciſci* verò 1181. ibidem.
Nomen *Franciſcus* in toto Mundo primum. Eius deriuatio, & arcana.23
Nomen diſcipuli vnde deriuet.211
Numerus quaternarius in Lucernis.214
Natio Alexandri de Hales.218
Numerus Doctorum *Franciſcanorum* arithmeticè,& per materias ab ipſis ſcriptas.223.& ſeq.
Nationes ſchiſmate infectæ.319. & ſeq.

O

Ordines Prædicatorum, & Minorum ſub ſtellis Dominico,& *Franciſco* auſpicatiſſimi.8.& ſeq.
Ordo Minorum ſub aſtro D.*Franciſci*.12
Orion Stella à gladio dicta cũ Hiade,ac Stellis *Franciſco*.& Dominico iuncta 13
Ordines Minorum,& Prædicatorum ſuſtentant Eccleſiã Rom.15
Oracula prophetica, & omnium gaudium in ortu B.*Franc*.22
Ordo Seraphinorum in cœleſtibus contrahit immediatam affinitatem cum Spiritu Sancto.26
Ortus B.*Franciſci*.1181. ex ſententia Mariani contra Baronium, & Vadingum.17. Vtrum de die, an de nocte.18
Ordinis Minorum initia.35
Origo *Fratrum* Clauſtralium Tertij Ordinis 42
Obedientia *Fratrum* Minorum interminata.104
Officium Conceptionis B.M.quis compoſuerit.90
Ordines,Confeſſorum,Doctorum, & Scriptorum in Hierarchia *Franciſcana*.194.per totam illam diſtinctionem.
Opera D.Bonauenturæ ex Cardinali Bellarmino.208
Ordo Minorum fundatus in fide Catholica.328

P

Paralella vit.inter Dominicum,& Franciſcum.5
Prodigia,naſcente Dominico viſa.10
Primus Ordinis Protector Innocentij III.Nepos.36.

Præcurſores Chriſti in Iudicio, Dominicus, & Franciſcus.16.
Pontifices octo, & Imperatores tredecim in vita BB. Dominici, & Franciſci.16
Propinquitas B.Franc.ad Spiritum Sanctum.27
Paulus Fulginas Laicus, Regularis Obſeruantiæ inſtitutor.47
Paupertas D. Franc. facit Reges, coronatque ſtemma Seraphicum.52
Primi Reformati in Ordine.ibidem.
Patrum Conuentualium ſoboles.53. Superiores Generales, Prouinciarum amplitudo, & alia inferius.
Pius v ſubiecit Obſeruantibus Patres 3.Ordinis 63.
Primus Ordo in Franciſcana Hierarchia ſunt Martyres. 165
Panis delicatus fit ex Martyrum membris.165
Patres Societatis ad Regnum Iaponicum 188
Pontius Carbonellus B.& Minorita.196.Vbi pulchra, & curioſa diſputatio circa poſtillam ſuam, & catenam auream D.Thom.

Q

Qvinque temporum rationes diſcutiendæ in quinque ſobolibus Franciſcanis.33
Quantus populorum concurſus ad Indulgentias Aſſiſii.69
Quatuor obiecta circa relationem filiorum.102
Quatuor priuilegia à Chriſto B.Franciſco immediatè cõceſſa. 74
Quatuor conſequentiæ in fauorem Immaculatæ Conceptionis B.Virginis.83
Quam vniuerſale feſtum Immac.Concept.V.in tota Eccl.89
Quinque ſunt in vera obedientia.102
Quatuor facies Hierarchiæ Franciſcanæ ad pedes Eccleſ.109
Quot habitatores ſunt in toto mundo.100
Quatuor nomina eodem ferè tempore in Ord.Fr.Minor.125
Quis officii Conceptionis B.Mariæ compoſitor.90
Quinque Miſſiones Apoſtolicæ Fr.Minor.ad Americam.177
Quatuor aliæ poſteriores ad Indiam Orientalem.184

R

Roma quo tempore, & ſub quibus Principibus condita.6
Reparatio Eccleſiæ longè maior fundatione.14
Rationes ſeptem circa nouitatem nominis B.Franc.24
Regula prima s.Franciſc.Aſſiſij conſcripta in cap.22.diuiſa.33
Reſcripta compendiatim ſuper Montem Rainerii ad Fontem

Columbam in duodecim capita redacta , Continet . 28. Præcepta præter tria vota communia,obligantia ſub mortali.ibid.
Regularis Obſeruantiæ ſoboles in ingens genus excreſcens . 44. Eius origo Italica eſt. 47. Eius origo apud Gallos . 48. Apud Hiſpanos.50.In Portugallia.57. Eius amplitudo .
Reges Legionenſes, & Caſtiliç Obſeruantibus fauent.ibid.
Reges Hiſpaniç quam propenſi Ord. Præd.& Min.51.
Recollectorum origo apud Hiſpanos.50
Romani Pontifices benefici erga Ordinem Fr. Minorum ab eius principio.93
Religioſi omnes ſub triplici genere diuerſi. 138

S

Stellç ſunt Sancti, clauſæ ſub diuinç Prouidentiæ ſignaculo . 3
Sancti Dominicus, & Franciſcus duæ nouç ſtellæ.ibidem
Sybillæ Eritreæ vaticinium de BB. Domin. & Franciſco . 4. Eius tempora.6
Stella Canicularis D.Dominicus in ventre matris.8
Stella in fronte Dominici poſt baptiſma viſa.9
Sidus noctu micans Sanctus Dominicus.11
Stabulum ortui B.Franciſci ordinatum.20
Septenarium miſterioſum in B·Franciſci nomine.24
Stemma Seraphicum conſtituunt ſacra ſtigmata.27
Stemma quid apud Scriptores.29·Eius variæ acceptiones.ibidē . Moriconum Auſpicatiſſimum B.Franciſco.31
Sciforum Proſapia in Vrbe Aſſiſij illuſtris 40
Stemma ſeraphicum in ſtemmate D. Claræ præfiguratum.ibidem.
Sixtus v. exemit clauſtrales Tertii Ordinis à regimine Obſeruantium.63
Stigmata B. Franciſci,eorumque arcana nonnulla.24.& ſeq.
Satanç,& ſequacium odium in Religioſos genuinum eſt.146
Scholas duas habet Chriſtus.211
Scholarum præcipuarum Fundatores in Ordine Minorum plurimi.209.& ſequent.

T

TRoia quo tempore euerſa.6
Tria arcana ex nomine Dominici per antiſtecon deducta.11
Tria fulmina in ſignum vindictæ in Chriſti dextera, à D Dominico Romç viſa.15

Trin-

Trincionum ſtirps apud Fulginates nobiliſſima 47
Tertii Ord.S.Franciſci ſoboles.63. Ex qua Clauſtrales, horum Generales, Prouinciæ,& alia.65
Teſtimonium D.Antonini de ſacr.Stigmatibus.75
Trium votorum eſſentialium allegoria.101
Tres Virtutis Iuſtitiæ partes.108
Teſtimonium Magiſtri ſui de Antonio de Padua.214
Temporis diſtributio qualis in D.Antonio.216
Teſtimonium Hieronymi Plati S.I.de Franciſcanis.178
Tres proles habuit s.Eliſabetha Landgrauia.290

V

Viſio cæleſtis Dominico effecta dum eſſet Romæ.14
Vita B.Franciſci annos 45.complexa eſt.16
Vita eiuſdem à Deo ſemper præuenta in ſuæ virginitatis cuſtodia.27
Virga aurea eſt quælibet regula monaſtica.37
Vicarii Generales Ordinis Minorum citra,& extra Montes. 53
Vſus Capillorum, & Barbæ in Ordine quare introductus. 62
Volatilibus, Sancti comparati.72
Virtutis Iuſtitiæ tres partes.108
Viſiones inſignæ D.Franciſci ſuper montem Aluerniam. 74. & ſequ.
Vulnera ſua dedit Franciſco Chriſtus ex ſe.76
Veritas Scripturæ, notitia, certitudo vnde.88
Vera obedientia in ſe habet quinque.102
Victoria Agnorum de Lupis,115
Varietas Ordinum antiquiſſima in Eccleſ.139
Vas baptiſmale D.Dominici in Madritum translatum à Regibus Hiſpaniæ, in quo baptizatus Philippus IV.ſuperſtes.161
Vitę, & mortis ſcientia quæ.210
Viri illuſtres, de quibus expreſsè ſynopſis in 2.huius I.tomi facie ſunt, Martyres,à fol.169.vſque ad 194. Confeſſores, & Doctores,à fol.194.vſque ad 270.Fœminæ.Vide litera F.
Vnus Franciſcanus 7.centena millia baptizauit in America. 182

Z

Zelus Paſtoralis Martini v.erga Obſeruantes.49
Zelus Apoſtolicus Fr.Minorum aduerſus ſchiſmaticos. 319 & ſequ.Ad compeſcendas hæreſes vſque ad præſentem diem 328.& ſequ.

INDICIS PRIORIS TOMI FINIS.

Errata.

Menda, quibus ſcatet hic prior tomus haud pauca equidem ſunt, & diuerſi generis. Quia verò Lector poteſt cuncta ex ſe facillimè caſtigare, conſultò derelinquuntur. Vbi autem peruenerit ad illa verba fol.45.num.5.verſ.6. *obſeruant ad vnguem*, deleat ipſa vt ſuperflua. A primo verſ.fol.54.dele x. Pro Italia in fol.54.ſub n.5.ponat Hiſpaniam. In fol.169. legat fundaminibus loco fundationibus. Ad finem deinde vltimi folii pag.364.verſ.9. vbi Typographus poſuit *reſtituta ſit, qua*, ipſe, ponendo comam ante verbum illud, *ſit*, legat, *ſine qua*.

5034345 D

BNCF.

345